

(69)

Specimen

VAH-m  
RARE

Vahl, Martino  
Symbolae Botanicæ sive plantarum  
tam earum quas in itinere Insuper  
Orientali . . . 1790

B-1182

Brittle and fragile

(69)

Rare

(69)

FRIDERICO,

REGIS FILIO,

REGUM DANIAE ET NORVEGIAE HAEREDI,

PRINCIPI OPTIMO ET BENIGNISSIMO,

SCIENTIARUM ET ARTIUM FAUTORI,

HANC SYMBOLAM BOTANICAM

MAXIMA OBSERVANTIA ANIMIQUE SUBMISSIONE

D. D. D.

AUCTOR.



MBOLAE BOTANICAL

SIVE

PLANTARUM,

TAM EARUM,

QUAS IN ITINERE, INPRIMIS ORIENTALI,

COLLEGIT

PETRUS FORSKÅL,

QUAM ALIARUM,

RECENTIUS DETECTARUM,

EXACTIORES DESCRIPTIONES,

NEC NON

OBSERVATIONES

CIRCA

QUASDAM PLANTAS DUDUM COGNITAS,

AUCTORE

MARTINO VAHL,

PROFESSOR REGIO, SOCIETATIS AGRARIAE TAURIN, ISL, PHYSICO-BOTANICAE ET GEORGOPHI-  
LORUM FLORENTINORUM, GEORGICAE TREIENSIS, SCIENTIARUM, QUAE VELITRIS EST,  
PHYSIOGRAPHICAE LUNDENSIS, SCIENTIARUM NORVEGICAE SODALI.

PARS PRIMA.

CUM TABULIS XXV AERI INCISIS.

H A U N I A E,

IMPENSIS AUCTORIS.

EXCUDERANT NICOLAUS MÖLLER ET FILIUS,  
AULAE REGIAE TYPOGRAPHI.

M D C C X C.

M 70

25/6/64









## PRAEFATIO.

**I**nter plurima divi FRIDERICI QUINTI de scientiis & artibus merita non ultimum locum obtinet litterarium illud in Arabiam jussu & impensis ejus susceptum iter. Et sane non dubium est quin Viri docti, quibus commissum erat gravissimum hoc negotium, spem, quam in illis habebant scientiarum cultores, impleverint, ni omnes præter unum Cel. Niebuhr in ipsa expeditione sublati fuissent.

Quantum historia naturalis incrementi diligentia *Forskælii* pene incredibili habitura fuisset, si itinere perfungi & observata sua in lucem edere ipsi licuisset, satis superque testantur cum ditissima ejus collectanea ex omnibus Naturæ regnis, tum observationum fragmenta a Cel. Niebuhr elita.

Sed harum imperfectio & collectaneorum fata adversa in causa fuerunt, cur historiæ naturali præter spem minus profuerint inventa *Forskælii*. Plurimum quidem omnes, harum rerum periti, debent Cel. Niebuhr, amici sui observationes in lucem edenti, quæ alioquin fortasse cum vultore ipso interissent. Quamquam enim in opere posthumo, cui non admota fuit ultima manus auctoris, multa minus recta deprehendantur, necesse est, plurimæ tamen & in Fauna & in Flora ejus dantur observationes haud exigui momenti; sed optandum erat, ut res ipse cum descriptionibus earum prius collatæ; errores in itinere, vix evitandi, ubi omnia subito nec semper accurata diligentia in codicillos conjiciuntur, prius emendati; resque ad aliena loca relatæ prius recte definitæ fuissent, quam in lucem publicam illæ editæ essent observationes. Quæ omnia so facilius fieri potuissent, cum in urbe nostra adhuc adservantur ejus collectanea animalium & plantarum. Sic evitati fuissent errores & ii, qui solo ejus vitio irrepserunt, cui chartulæ *Forskælii* in ordinem digerendæ commissæ erant, & ii, quos *Forskælius* ipse præ difficultate itineris cavere non poterat, et ii, quibus jam originem debent & forte debebunt libri *Forskæliani*.

*Forskælius* autem ipsum excusatum facile habebit, si non iste, qui in museis & bibliothecis rerum naturalium cognitioni otiosus & securus operam dat, attamen is, qui per se cognoscit molstias, quæ curiosos naturæ comitantur in regionibus calidissimis, desertis arenosis & locis aqua & umbra carentibus, ubi non, ut in borealibus Europæ terris, plures plantæ in exultis campi, humidis pratis & umbrosis sylvis confertæ reperiuntur, sed hic illic ita dispersæ, ut, licet longos terrarum tractus peragraveris & altos montes conscenderis, toto die vix unam alteramve invenias. *Forskælius* præterea non soli plantarum studio vacavit, sed & omnia naturæ regna scrutatus est, non tantum in regione fervidissima versabatur, sed & ex parte in regione, quam nemo physicus hucusque perlustraverat; in colligendis igitur rebus, quæ ipsi undique fere nova videbantur, occupatissimus, satis habuit, si notas rerum, quæ in oculos maxime incidere, excerpisset, reliquas autem cogeatur differre in tempus magis opportunum, si in contingeret.

Deinde

Deinde si consideraverimus, peregrinantem ut plurimum destitutum esse suppellechile librorum, excusationem magis meretur noster; nam sæpissime unica spes sita est in brevissimo alicujus systematis caractere, qui pluribus ejusdem generis novis speciebus congruat. Ponamus præterea, quod interdum accidit, unam tantum generis cujusdam speciem, & eam quidem ex sola differentia generica, non autem ex prolixiore descriptione totius plantæ innovasse, tunc eam, quam ipsi dereximus, facile habebimus vel pro eadem vel pro diversa, prout quisque vel majori vel minori rei herbariæ cognitione instructus fuerit; sed si vel maxime in examinandis ad artis regulas plantis versati sumus, facile tamen errabimus, cum nimium quantum differunt plantæ in solo natali, præsertim arido & arenoso, ab iisdem, quæ in hortis coluntur, ita ut peritissimus quisque plantas ejusdem speciei sæpe habeat pro diversis. Non nisi accuratiori exploratione, quæ in itinere vix locum habet, emendari hæc vitia possunt, & nomina mutari, quæ sæpe a peregrinatore ob id solum adscribuntur, ut sciatur, ad quam rem observatio quæque pertineat.

Adde quod ipso peregrinationis tempore & eo spatio, quo novæ plantæ in patriam vehuntur, ut ibi definiantur accuratius, veraque nomina fortiantur, ab iis fraudati diversa, quibus inventor primo & festinanter signaverat, scientia herbarum varias subire possi vicissitudines & incrementa, quas rerum naturalium studiosus propter locorum distantias nullo modo rescire potuit; & spero fore, quod æquus rerum æstimator erroribus, qui in libris *Forsskalianis* inveniuntur, facile ignoscat.

Periti & indefessi physici nomen is nunquam denegabit nostro, qui numerosissima ejus collectanea viderit, & quam accurate res ab eo longe plurimæ sint descriptæ, animadverterit; deprehendet profecto, diligentiam *Forsskalii* in multis cum immortalis ejus præceptois comparari posse. Quas enim plantas hic antea existimavit esse species alius generis, accuratiori autem disquisitione invenit constituere separatam genus, easdem ita se habere eodem tempore intellexit Noster, & quam bene plantas descripserit, ut multas silentio præteream, Micelium ejus nominasse sufficit, ejus notas si conferre velis cum iisdem *Ecliptæ Linnaei*, discrimen tam leve est, ut fere credas, alterum ab altero descriptionem mutuasse.

Verum enim vero si hæc nominum diversitates vitia vocaveris, siue minus, negari non potest, quin ansam hæc dare possint multis erroribus, donec certo statuatur, quæ plantæ *Forsskalii* vere novæ sint, quas jam cognitæ ille existimaverit esse novas. Quod eo magis necessarium est, cum plures Botanici synonyma nominum trivialium & specificorum colligere solent, nulla ratione habita, utrum descriptio speciei *Linnaeanæ* congruat, nec ne. Et multi in augendis generibus & speciebus justo magis solliciti, varias, quas ipsi non cognoscunt, plantas in novis habent, tantum quia ab aliis ita habitæ sunt, licet descriptio vel differentia nil fere contineat, quibus ab alio genere vel specie distinguantur. Sane nil facilius est, quam in unum congerere, quæ alii scripserunt, & augere plantarum indicem, sed quanta inconmoda perversum hoc studium secum ferat, facile intelliget, qui cogitaverit, si eadem planta pluribus locis inter varia genera & species ponatur, certitudinem scientiæ evanescere, & historiam adeo naturalem funditus corrumpere.

Eadem falsa synonyma in causa fuerunt, cur plures species tanquam novæ in variis scriptis botanicorum adferantur; nam multi, qui terminologiam *Linnaeanam* haud satis calluerunt, neglecta differentia specifica *Linnaeanâ*, vel mala figura vel allegatione ad speciem *Linnaeanam* n<sup>o</sup> pertinentem nixi sunt; quam multa autem in editis a *Linnaeo* speciebus plantarum falso sint citæ facile comperiet, qui plantas herbarii ipsius cum plantis aliorum, quæ ab eo erant, herbarum conferat; hinc factum est, ut aliæ, licet diversæ, eadem ac *Linnaeanæ*, aliæ autem, licet eo olim descriptæ, novæ habeantur.





Excusationem harum falsarum allegationum, quæ multis exprobrationibus huic viro, de scientia naturali immortaliter merito, factis ansam dederunt, in aliud tempus differemus; sed cum jam tot falsa dantur synonyma; cur ea multiplicare volumus? cur loca allegare, ubi planta tantum nominatur, nulla autem subjungitur observatio, quæ eam clariorem reddat? Nam si erraverimus, vel plures aut pauciores species numerabimus, quam quæ in natura revera existunt, vel locum plantæ in systemate non inveniemus, vel omnino incerti erimus, ad quam demum plantam hæc vel illa observatio pertineat.

Sic, ut hoc utar, cui contigit *Forskælii* Elymum caput medusæ vivum & in solo suo videre, ejusque plura exemplaria inter se conferre, is, quæ huic propria sunt, melius poterit adferre, quam illi, qui eandem aut aridam in theca quadam herbaria, aut cultam in hortis viderunt. Ejus igitur descriptio, ut naturæ convenientior, præferatur. Ad hanc adeo vel refingendus est specificus plantæ hujus character, vel potius, si res ita ferat, ex genere, ad quod a *Linneo* relatus fuit, eximendus, ut proprium quoddam novumque genus constituat. Quod si jam hic Elymus non esset *Linnei*, sed ad speciem alius generis a *Linneo* alibi descriptam pertineret, fieri poterat, ut non solum verus Elymus ex systemate ejiceretur, sed etiam ut una eademque planta vel uno loco, ut genus, alio autem ut species, vel diversis locis ut duæ species duorum generum locaretur. Si quis deinde, invento vero Elymo capite medusæ *Linnei*, locum ejus in Systemate quæreret, is admitti in locanda planta erroris ignarus, vel frustra eum locum quæsiturus esset, vel falsa synonymia frenus, plantam pro nova & ab Elymo capite medusæ *Linneo* prorsus diversa habiturus. Plura exempla enumerare supervacaneum est, cum quisque sibi alia ejusmodi formare possit, & res tam clara ulteriori demonstratione non egeat.

Videmus etiam, hunc *Forskælii* Elymum aliasque ab eodem non rite determinatas plantas cum ab aliis, tum imprimis a *Reichardo* in editione specierum *Linnei* ad falsas species esse relatas; quumque hæc editio *Reichardi* a multis puratur esse reliquis emendatior, dubium non est, quin hi errores ulterius propagentur, nisi ab iis, quibus hujus rei suppetit facultas, emendantur. Debuisset saltem ingens illud discrimen, quod inter plantas *Forskælianas* & *Linneanas*, quarum ille nominibus suas insignivit, intercedit, collectores synonymorum ad attendendum excitare, & suspicionem injicere diversitatis, præsertim cum discrimina ejusmodi sint, quæ neque regionibus neque cultura debeantur. Rectius sane hi fecissent, si synonyma omnino omisissent, cum copia horum imprimis falsorum magis ad obscurandas quam ad illustrandas plantas faciat.

Hiscæ rationibus commotus operæ me prætium facturum putavi, si in vulgus ederem, quod aliquot abhinc annis, cum copias *Forskæliarum* plantarum perlustrarem, observare mihi contigit; quæ licet ob longam ab Indis ad hanc urbem vecturam non prorsus illasce essent, tales tamen erant, si paucas excipias, de quibus nil præter solum nomen restabat, ut plurimas agnoscere possim, quoniam *Forskælius* plura exemplaria ejusque plantæ legerat, singulisque nomina adjecerat. Hanc meam qualemcunque operam non ingrati fore spero, cum nisi oculis ipsæ plantæ usurpentur, ad quod paucis datur aditus, observationes *Forskælii* inutiles forent, plantæ ejus, ad genera sua non relatæ, ignotæ haberentur, & errores, quibus abundat Flora ejus, corrigi non possent.

Octo quidem jam præterlapso sunt anni, quum illustrationes plantarum *Forskæliarum*, quæ in hoc volumine continentur, a me conscriptæ sunt, sed varia & extra & intra patriam itinera fecerunt, ut nunc demum eas publicare liceat. Ex mea vero hac peregrinatione hunc fructum cepi, ut non solum hocce opusculum augere potuerim & iis plantis, quas in australibus Europæ terris ac in Barbaria ipse detexi; & iis, quæ ex reliquis orbis partibus missæ donatæque mihi ab amicis & fautoribus sunt; sed etiam, ut *Forskælianas* plantas accuratius defini-

rem, cum plures earum videre mihi contigit vivas in Africa, cujus ora maritima fere easdem, ac Ægypti, profert plantas, interiores autem regiones varias cum Ægypto superiore & Arabia communes habent.

Id quoque commodi mea peregrinatio habuit, ut plantas antea mihi ignotas, quæ ab auctoribus etiamnum viventibus vel olim defunctis descriptæ sunt, oculis usurpare contingerit. Data enim maximos, qui in Europæ Museis asservantur, thesauros adeundi copia, exoptatissima usus occasione, ea, quæ par fuit, diligentia plantas perlustravi *Linneanus* quidem bis, primum Upsaliæ & postea Londini, ubi nunc visuntur, & præter has in Belgio insignes copias *Burmanni*, *Schwenkii* & *Ramwolfii*; in Gallia *Tournefortii*, *Vaillantii*, *Jussaii*, *Thouinii*, *de la Markii*, *Sequierii* & *Gouanii*; in Hispania *Bernardesii* & *Pallavii*; in Italia *Allionii*, *Bellardi*, *Witmanni*, *Halleri*, quæ Mediolani nunc servantur, *Bassii*, *Michelii*, *Imperati*; in Britannia *Banksii* & in Museo Britannico, præter alia, *Sloanei*, *Petiverii*, *Plukenetii*, *Raji*. Horum muscorum omnibus & possessoribus & præfectis ob summam in his thesauris aperiendis benevolentiam & humanitatem, singularemque possessorum in donandis mihi quam plurimis rarissimis plantis liberalitatem gratias habeo maximas, dignas perfolvere nequeo.

His instructus subsidiis, non solum falsa, quæ in libris *Linnei* reperiuntur, Synonyma emendare, sed & vera adferre possum tam plantarum *Forskælianarum*, quam earum, quas ipse invenit, quasque ab aliis datas possideo.

Opusculum meum quod attinet, eas tantum *Forskælii* attingi plantas, quibus subjunguntur observationes; hæ enim, minus rite denominatæ, ansam præcipuam darent erroribus, quarum vero nomina tantum ex variarum Florarum indicibus afferuntur, in iis, si quid erratum fuerit, nullum tamen aliud ea res adferre potest incommodum, quam hoc, ut regionis, ad quam non pertineant, incolæ existimentur plantæ. Quarum una alterave pars omissa erat, vel aliud quid, quo magis illustrari posse credidi, plantas has ipse descripsi. Satis cognitæ & ab aliis accurate descriptas præterii; quæ ab auctoribus omissa erant vel aliter mihi visa, adieci. Figuras addidi, non eas nitidissimas quidem, sed ad habitum plantarum probe expressas; libros allegavi, non qui in bibliothecis instructissimis raro deprehenduntur, sed plerumque parabiles & vulgo obvios. Hæc observare perquam necessarium videntur, ut ad scientiam nobilissimam, focietari humanæ imprimis utilem, quam plurimis pateat aditus. Nomina *Forskælii* trivialia semper retinui, nisi quum planta ejusdem generis eodem antea nomine insignita fuerat; nam præstat omnino nomina, licet minus apta, retinere, quam eadem semper novare. Differentias autem ejus specificas ubique mutavi; quanquam enim eo tempore, quo in itinere versabatur vir beatus, recte distinguendis plantis hæc sufficerent, tamen in præsentiarum, detectis longe pluribus, minus apte deprehenduntur. Tandem quoque ob causam variis in locis, ubi opus fuit, adhibitas a *Linneo* differentias mutavi; quo successu, judicent periti.

Optandum autem est, ut, qui *Linneanus* denuo vulgare species in animo habeant, si plantas nuper detectas iis inferant, differentias antea cognitarum ita aptent, ut certis cunctæ distinguantur notis. Quod ni fiat, augebitur tantum plantarum index, nihil incrementi capiet scientia.

Rerum naturalium peritis meum hoc opusculum si non displicuerit, sequentibus voluminibus & reliquis *Forskælii* plantas, & quas ipse detexi, simili modo definiam, additis, quæ ad majorem regni vegetabilis notitiam nonnihil facere videantur.

Havniæ ipsi Calendis Junii 1790.

AUCTOR.

VERO-



## V E R O N I C A:

**V**ERONICA corymbo terminali, caule adscendente, foliis lanceolatis margine cartilagineis: inferioribus connatis vaginantibus. *Gentianoideae* 13-14.

*Veronica orientalis, erecta, gentianellæ foliis.* TOURNEF. Corol. p. 7.

Habitat in Cappadocia.

CAULIS herbaceus, adscendens, simplicissimus, inferne glaber, lævis, versus summitatem villosus, spithameus.

FOLIA 4 vel 6 in caule, lanceolata, semipollicaria: inferiora crassiuscula, glaberrima, obscure trinervia, avenia, margine cartilaginea, utrinque crenis 2-3 versus apicem, minutissimis, basi in vaginam connata: vagina striata; superiora sessilia, integerrima: par ultimum villosum absque margine cartilagineo. *Floralia* alterna, lineari-lanceolata, obtusa, villosa.

FLORES corymbosi, demum racemosi, apice nutantes: *pedicelli* longitudine foliorum floralium, villosi.

CALYX villosus, quadripartitus: *laciniis* lanceolatis, duabus majoribus.

COROLLA cærulea.

FILAMENTA corollæ longiora. *Antheræ* ovatae.

VERONICA floribus solitariis, foliis ovatis acutis ferratis glabris, calycibus fructu bipartito majoribus. *Biloba* 33-34.

*Veronica orientalis, ocimi folio, flore minimo.* TOURNEF. Corol. pag. 7.

*Veronica arvensis annua chamaedryos folio.* BUXB. Cent. I. pag. 24. tab. 36.

*Veronica biloba racemis lateralibus, foliis oblongis dentatis, capsulis bipartitis.* LIN. Mant. pag. 172.

Habitat in Cappadocia ☉ ex herbario TOURNEFORTII.

CAULIS simplicissimus, erectus, superne pubescens, digitalis.

FOLIA petiolata, ovata, acuta, glabra, ferrata, basi integerrima; ferraturis utrinque tribus vel quatuor: *Floralia* alterna, sessilia, lanceolata.

FLORES pedunculati, cernui, solitarii. *Pedunculus* folio florali brevior.

CALYX quadripartitus: *laciniis* ovatis, acutis, subæqualibus, fructu duplo longioribus.

A *Veronica arvensi* differt foliis exacte ovatis, acutis, glabris, ferratis, laciniis calycinis subæqualibus, fructu duplo longioribus. Figura Buxbaumii ceterum convenit; sed rami laterales nulli in specimine TOURNEFORTIANO, rudimentum tamen floribus instructum invenitur. Descriptio etiam LINNÆI in plerisque non abludit, nisi quod nervi laterales minus conspicui sunt in laciniis calycis, nervus intermedius tamen adest. Melius mihi videtur locum habere inter Veronicas unifloras, habitu enim his maxime accedit, uti jam monuit Illust. LIN. l. c. Cur in Systematis ed. 14. desideratur, non liquet.

*Digitata* 35-36. VERONICA floribus solitariis sessilibus, foliis omnibus digitato-partitis.

Habitat Monspelii GOUAN, Hispania BELLARDI ☉

CAULIS herbaceus, erectus, superne pilosus, basi rami 2 vel 4, simplicissimi, oppositi, altitudine fere caulis.

FOLIA crassiuscula, omnia partita: infima duum parium, opposita, trifida: laciniis ovatis, lateralibus brevioribus, angustioribus. *Caulina* vel potius floralia, cum caulis a basi fere florigerus, alterna, basi pilosa: inferiora quinque partita, suprema tripartita: laciniis linearibus, obtusis, semiunguicularibus, basi parum angustioribus.

FLORES axillares, solitarii, sessiles: inferiores remotiores, superiores confertiores.

CALYX quadripartitus, longitudine capsulae: laciniis lanceolatis, ciliatis, duabus minoribus.

CAPSULA obcordata: lobis divergentibus.

Differt a Veronica triphylla floribus sessilibus, foliorum laciniis linearibus, capsulis obcordatis: a V. verna foliis omnibus partitis.

## JUSTICIA.

*Ecbolium.* JUSTICIA fruticosa, foliis lanceolato-ovatis, spicis tetragonis, bracteis ovatis ciliatis, corollarum galea reflexa. LIN. Syst. Veg. pag. 61. Flor. Zeyl. no. 17.

*Justicia viridis; foliis oblongis, integris, spicis terminalibus imbricatis, bracteis ovato acutis; galea lineari reflexa, bidentata.* FORSK. Descr. p. 5. no. 14.

Specimina omnia in Coll. FORSKÄLEI inermia erant, nec in schedulis FORSKÄLEANIS, nec in Descriptione aliquid de spinis commemoratur, conjicio itaque errore ordinantis chartularum FORSK. inter spinosas relatum fuisse. Præterea exemplaria plantæ FORSK. ut etiam descriptio conveniant cum specimenibus J. Ecboli ex horto Upsal. & Ind. Orientali.

*Esfuosa.* JUSTICIA fruticosa, foliis ellipticis, thyrsis terminalibus, floribus secundis, calycibus duplicatis bifloris. Tab. 1.

*Just. fruticosa, foliis ellipticis, thyrsis terminalibus.* LIN. Mant. p. 172.

Sufficienter distincta a sequente FOLIO ellipticis utrinque angustatis, apice emarginatis, plerumque glabris, RACEMO composito elongato terminali, FLOREBUS secundis, foliolis floralibus subrotundis mucronatis, CALYCIBUS exterioribus quadripartitis flores binos includentibus.

SYNONYMU PLUKENETHI Tab. 193. fig. 3. minime huc spectat, pertinet enim ad RUELLIAM patulam JACQ. icon. rar. Tab. 41. ut herbarium ipsius PLUKENETHI docuit.

*Forskælei* 9-10. JUSTICIA fruticosa, foliis ovatis acuminatis, thyrsis axillaribus terminalibusque, calycibus duplicatis unifloris.

*Just. paniculata; paniculis axillaribus; petiolo longioribus, foliis ovato-lanceolatis.* FORSK. Descr. pag. 4. n. 9.

Habitat in Arabia felici.

RAMI inferne obscure angulati, purpurascens, glaberrimi, articulati: articulis tripollicaribus, quadrilineatis.

FOLIA petiolata, remota, patentissima, ovata, acuminata, integerrima, venis subtus margineque pilosa, bipollicaria. Petiolus pilosus, semipollicaris.

PEDUNCULI axillares, solitarii, brevissimi, oppositi, interdum simplices, sæpius apice spicas tres subsessiles gerentes.

SPICÆ erectæ, pollicares. Flores conferti, imbricati. *Foliolum* florale ad basin singuli calycis ovatum, periolatum, acutum, deciduum. *Braçtea* solitaria, linearis. *Squamæ* tres minutæ, membranaceæ ad basin calycis interioris ut in præcedente. Reliqua ut in Descript. *Celeb.* ZOEGL, mantissa LIN. p. 174. quæ hæc pertinet, non vero ad præcedentem.

JUSTICIA fruticosa, foliis ovato-lanceolatis, pedunculis subtrifidis, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis. Bivalvis  
9-10.

*Folium tinctorum.* RUMPH. Herb. Amb. 6. pag. 51. tab. 22. fig. 1.

*Just. foliis lanceolato-ovatis, pedunculis sexfloris, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis parallelis.* LIN. S. V. p. 63.

*J. foetida.* FORSK. Descr. p. 5. no. 12.

Habitat in India, Arabia felici.

CAULIS fruticosus, teste etiam RUMPHIO. *Rami* inferne vix angulati, glabri, articulati: *articulis* bi sive tripollicaribus, basi apiceque crassioribus.

FOLIA periolata, ovato-lanceolata, versus basin obscure crenata, pilosa, pilis raris, brevissimis, adpressis, bipollicaria, superiora lanceolata, cuspidata. *Petiolus* folio quadruplo brevior.

PEDUNCULI axillares, solitarii, oppositi, in ramulis alterni, petiolis duplo breviores, erecti, apice *pedicellis* binis vel tribus pedunculo longioribus, foliolisque binis setaceis longitudine pedicellorum.

FLORES recti *Braçteis* binis, ovatis, integerrimis, mucronatis, venosis, trinerviis, inæqualibus, unguicularibus: lateralibus bifloris, intermediis unifloris.

CALYX duplex, utrique longitudine æquales, quinquepariti; *laciniis* lanceolatis, villosis.

CAPSULA villosa.

Synonyma RUMPHII ad hanc & J. purpuream in Spec. plant. LIN. absque dubio, transposita sunt, ex descriptione enim RUMPHII pag. 52, pariter ac e figura tab. 22. fig. 2. Tom. 6. patet, Bungum R. ad purpuream pertinere, Folium tinctorium vero ad J. bivalvem. Synonym. RUMPHII utpote dubium exclusi.

JUSTICIA foliis ovatis, pedunculis axillaribus elongatis subtrifloris, bracteis lineari-lanceolatis. Triflora  
9-10.

*Justicia triflora; pedunculis axillaribus foliis longioribus, apice trifloris.* FORSK. Descr. p. 4. no. 10.

CAULIS herbaceus, ramosus. *Rami* villosi: articulis quadripollicaribus, quadrifurcatis.

FOLIA petiolata, remota, ovata, integerrima, rarius versus basin obscure denticulata, pilosa, pollicaria. *Petiolus* folio duplo brevior.

PEDUNCULI axillares, solitarii, interdum oppositi, folio duplo vel triplo longiores, pilosi, apice tri- vel quadriflori.

*Involucrum* sub floribus e foliolis duobus petiolatis, lineari-lanceolatis, obtusis, eisque brevioribus.

*Braçteæ* binæ, calyce longiores, inæquales, lineari-lanceolatæ, obtusæ.

PERIANTHIUM duplex, *exterius* pentaphyllum; foliolis linearibus, inæqualibus.

*Interiorius* polyphyllum; foliolis subulatis, brevioribus.

- Chinensis.* JUSTICIA foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris, bracteis ovalibus  
L. S. V. pag. 63.  
*Justicia sexangularis.* FORSK. Deser. pag. 5. no. 13.  
RAMI sexangulari, lignosi.  
PEDUNCULI interdum solitarii, apice tri- vel quadriflori. *Involucella* bina sub  
singulo flore.  
*Bractee* oblongae, mucronatae, basi angustatae.  
PERIANTHIUM duplex: *exterius* tetraphyllum: foliolis lanceolatis. *Interius* pen-  
taphyllum.

## DIANTHERA.

- Punctata* DIANTHERA caule herbaceo, spicis terminalibus, foliis lanceolato-ovatis acumi-  
2-3. natis, antheris muticis.  
*Dianthera americana* β. *alba*, flore & antheris albis: labio inferiore in fauce  
violaceo-punctata; verticillis remotis, spicatis; bracteis lanceolatis, calyce  
duplo brevioribus. FORSK. Deser. pag. 9. no. 25.  
CAULIS herbaceus, erectus, teretiusculus, laevis, articulatus: articulis tripollicari-  
bus, inferne angustatis.  
Ramuli axillares, filiformes, longitudine articulorum.  
FOLIA opposita: caulina petiolata, lanceolato-ovata, acuminata, vix crenata, gla-  
bra, simpliciter venosa venis suboppositis, articulis dimidio breviora: Ramu-  
lorum sessilia, unguicularia.  
SPICA in apice ramulorum, pedunculata, pollicaris, glabra. Pedunculus fili-  
formis.  
Flores verticillati, utrinque 2-3. brevissime pedicellati, parvi: inferiores remo-  
tiores.  
*Bractee* lanceolatae, acuminatae, lineam longae.  
PERIANTHIUM simplex, bracteis longius, quinquesidum: laciniis subulatis.  
COROLLA calyce duplo longior, extus glabra; fauce violaceo-punctata.  
ANTHERAE muticae.  
A binis insequentibus differt, bracteis omnibus calyce brevioribus, calyce simplici,  
flore albo violaceo punctato, antheris muticis.

- Sulcata* DIANTHERA caule herbaceo fulcato, foliis cordato-ovatis, spicis terminalibus,  
2-3. anthera inferiore aristata.  
Habitat in Arabia felici. FORSK.  
CAULIS herbaceus, erectus, angulatus, sexfulcatus, pubescens, articulatus; arti-  
culis 2-3 pollicaribus, geniculis tumidis.  
FOLIA opposita, petiolata, cordato-ovata, obrusa, vix crenata, secundum nervos  
scabriuscula, subvillosa, subtus pallidiora, sesquipollicaria, venis alternis. Pe-  
tiolus longitudine folii.  
SPICA terminalis, tripollicaris, subsessilis.  
Flores verticillati, sessiles, utrinque 3., inferiores remotiores, superiores con-  
ferti, minores quam in precedente.  
*Bractee* duae sub singulo verticillo, lanceolatae, versus marginem villosae, un-  
guiculares, longitudine floris. Aliae duae sub singulo flore, lineares, villosae,  
breviores.

PERIANTHIUM duplex: *Exterius* longitudine fere bractearum, tripartitum laciniis subulatis. *Interius* exteriori dimidio brevius, quinquesidum laciniis lanceolatis, ciliatis.

COROLLA extus villosa, alba, venis purpureis: *labium inferius* trilobum lobis oblongis, obtusis, aequalibus.

ANTHERÆ purpureæ: inferiores aristatæ, arista alba.

Pro varietate prioris habuit FORSKÄLHUS, ut differt caule herbaceo sexsulcato, foliis cordato-ovatis obtusis, petiolo longitudine folii, floribus verticillatis, corolla venis purpureis striata.

DIANTHERA fruticosa, foliis elliptico-lanceolatis, spicis terminalibus, antheris inferioribus aristatis.

*Flava*  
2-3-

*Dianthera americana* a) *flava*, spicis terminalibus imbricatis, bracteis lanceolatis, foliis scabrinervis; floribus flavis labio inferiore latiore; anthera inferiore caudata. FORSK. Descr. pag. 9. no. 24.

CAULIS fruticosus, teretiusculus, crassitie pennæ asperinæ.

Rami obsolete quadrangulares, subpubescentes, lateribus linea exaratis, articulati: articulis pollicaribus, geniculis humidis.

FOLIA petiolata, opposita, elliptico-lanceolata, integerrima, rare pilosa, articulis duplo longiora, venosa, venis alternis. *Petioli* brevis.

SPICA terminalis, pedunculata, bipollicaris, subpilosa: *Flores* oppositi, solitarii, contigui.

*Bracteæ* tres sub singulo flore, lineari-lanceolatæ, obtusæ, subtus villosæ, unica majore, longitudine floris.

PERIANTHIUM duplex: *Exterius* profunde tripartitum: laciniis linearibus, obtusis, villosis, bracteis dimidio brevioribus. *Interius* quinquesidum, villosum, exteriori paulo brevius: laciniis subulatis.

COROLLA extus villosa, longitudine bractearum: *Labium inferius* trisidum laciniis lateralibus lanceolatis, intermedia oblonga obtusa.

ANTHERA inferior aristata.

Quod hæc tres species varietates *D. americana*, ut credidit FORSK., esse nequeunt, evidens est ex datis descriptionibus; differunt enim ab americana, figura foliorum, spicis terminalibus, floribus inferioribus remotis nec omnibus confertis subcapitatis.

DIANTHERA caule fruticoso, spicis solitariis imbricatis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis ciliatis.

*Debilis*  
2-3-

*Dianthera debilis*; foliis oblongis, spicis axillaribus imbricatis, bracteis late ovatis, ciliatis. FORSK. Descr. pag. 9. no. 23.

CAULIS fruticosus. Rami obsolete quadrangulares, quadrifurcati, retrorsum pilosi articulati: articulis sesquipollicaribus.

FOLIA opposita, lanceolata, basi in petiolum brevissimum angustata, integerrima, obtusiuscula, avenia, subtus nervis quatuor parallelis villosis, articulis dimidio breviora.

SPICÆ oblongæ, tetragonæ, folio breviores: axillares alternæ, sessiles; terminalis pedunculata.

*Bracteæ* verticillatæ, quaternæ, ovatæ, acutiusculæ, imbricatæ, ciliatæ, secundum nervos villosæ, duæ majores.

CALYX simplex, quinquepartitus: laciniis lineari-lanceolatis, ciliatis, bracteis brevioribus.

**COROLLA** extus pubescens, bracteis parum longior.

Differt ab insequente ramis sulcatis retrorsum pilosis, foliis sessilibus, spicis tetragonis axillaribus, bracteis ovatis verticillatis, calyce simplici.

*Violacea* **DIANTHERA** caule fruticoso, spicis terminalibus imbricatis, bracteis lanceolatis  
2-3. ciliatis, floribus bicalycularis.

Habitat in Arabia felice. FORSK.

**CAULIS** fruticosus.

*Rami* pulverulento-villosi, obsolete quadrangulares: angulis linea vix exaratis, articulati: *articulis* sesquipollicaribus.

**FOLIA** opposita, petiolata, inferiora oblonga, superiora lanceolata, basi rotundata, integerrima, glabra, late viridia, avenia, longitudine fere articulorum. *Petiolus* brevis.

**SPICA** terminalis, brevissime pedunculata, cylindrica, semipollicaris.

*Bractea* lanceolata, imbricata, ciliata, acumine subpungente terminata: infimæ longitudine fere spicæ.

**PERIANTHIUM** duplex: *Exterius* tripartitum, laciniis fetaceis; *Interius* monophyllum, quinquesidum: laciniis lineari-subulatis, glabris, bracteis brevioribus.

**COROLLA** extus pubescens, bracteis longior.

Absque nomine in Collectione FORSK. inveni, nec inter descriptas vel nominatas habetur, nisi esset *Justicia* dubia Catal. Plant. arab. pag. CII. no. 23.

*Bicalycularis* **DIANTHERA** floribus paniculatis, bicalycularis, paniculis dichotomis. RETZ  
2-3. A. R. A. Succ. 1775. pag. 297. Tab. 9. *Ejussd.* Observ. B. fasc. 1. pag. 10.

*Dianthera malabarica* floribus paniculatis, pedicellis bi f. trifidis, floribus bicalycularis, lacinia dorsali majore. LIN. Suppl. pag. 85.

*Dianthera paniculata* paniculis axillaribus trichotomis. FORSK. Descript. p. 7. no. 19.

*Justicia ligulata*. LA MARK. Encyclop. nova no. 37.

Habitat in Arabia felice. FORSK.

**PEDICELLI** sæpe trifidi, hinc FORSK. paniculas trichotomas dixit.

**CALYX** profunde quinquesidus, ut habet CEL. RETZIUS l. c. nec pentaphyllus.

Specimen a RETZIO amic. communicatum omnino convenit cum plantis herbarii FORSKÆNI, pariter etiam J. ligulata LA MARK, ut in ipsius herbario vidi; nec specimina malabarica KOENIGII ullo modo differunt.

## UTRICULARIA.

*Stellaris.* **UTRICULARIA** verticillo utriculario bractearum ciliari. LIN. Suppl. pag. 86.

*Utricularia inflexa*; foliis dichotoquis; pedunculo racemoso, basi utriculis verticillatis; nectariis inflexis truncatis. FORSK. Descript. pag. 9. no. 26.

*ÆGYPTIACA* recedit ab *Inflexa* utriculis oblongis ad basin scapi nec ovatis in medio, ceterum omnia simillima. In speciminibus horti siccii FORSKÆNI utriculæ nullæ in radiculis apparent, quamvis de illis in descript. FORSK. l. c. commemoretur. Radiculæ sæpe etiam adsunt in apice utriculorum scapi.



## SALVIA.

SALVIA foliis lineari-lanceolatis denticulatis, floribus pedunculatis. L. S. V. *Egyptiaca* pag. 68.

*Melissa perennis*; floribus verticillatis, utrinque ternis pedunculatis, foliis oblongis crenatis. FORSK. Descr. pag. 108. no. 30.

PLANTA spontanea fruticulus rigidus, humilis, vix spithameus, cinerascens, reverse hirsutus.

FOLIA lineari-lanceolata, margine reflexa, dentata, hirsuta.

SALVIA foliis lanceolatis subintegris cauleque lanato viscosis.

*Salvia philonoides* foliis lanceolatis dentatis, hirsutis, viscidis. Introd. in *Philonoides* 39-40.

Oryctogr. Arrag. pag. 158. tab. 4.

Legi in montibus circa Siguenzam Hispaniæ.

Tota Planta lanato-tomentosa, viscosa, incana.

CAULIS herbaceus, erectus, dodrantalis & ultra, plerumque simplicissimus, rarius basi ramosus.

FOLIA pleraque radicalia, lanceolata, basi in petiolum angustata, obtusa, sæpe dentata, interdum nonnulla dentato-subsinuata, plurima integerrima, bipollicaria, duo vel rarius quatuor in caule sessilia, remota.

FLORES verticillati, utrinque tres, interdum bini.

Bractæ cordatæ, acuminatæ, minime pungentes, apice rectæ, duæ minores steriles caulem terminant.

CALYX hirsutus, 12-14 sulcatus, longitudine bractearum, bilabiatus: Labium superius tridentatum; inferius bidentatum; dentibus omnibus lanceolato-subulatis, inermibus.

COROLLA alba, magnitudine Salviæ Sclæræ.

Differt a *S. æthiopis* caule fere semper simplicissimo, viscositate, foliis angustis, bracteis apice non reflexis, calycibus inermibus. A *S. argentea* distinguitur foliis angustioribus minime erosis vel dentato-angulatis, caule non paniculato, colore florum.

## CYPERUS.

CYPERUS culmo tereti nudo-articulato. LIN. S. V. pag. 96.

*Articulatus.*

*Cyperus niloticus*; Culmo tereti nudo, æquali, non articulato, umbella composita spicis globosis. FORSK. Descr. pag. 13. no. 37.

Culmi in speciminibus horti feci FORSK. articulati erant. In planta viva articuli forte minus conspicui sunt, isthmi vero magis evidentes sunt externe, prouti pars spongiosa exsiccat, hinc absque dubio FORSKÆLÆUS culmum non articulatum esse dixit.

Spiculis brevioribus, interdum octofloris, pallidioribus, a *C. articulato* americano folummodo recedit.

CYPERUS, scapo nudo vaginato triquetro, involucri monophyllo stricto, spicis subternis sessilibus. RORTB. Descr. pag. 19. no. 20. tab. 8. fig. 4. *Mucronatus* 6-7.

*Cyperus lateralis*; culmo tereti; basi vaginato-foliofa, capitulo laterali. FORSK. Descr. pag. 13. no. 28.

CULMUS potius teres dicendus, cum inferne revera teres est, sub spiculis vero vix angulatus, forte exsiccatione. SPICULÆ sæpe 4-6-8.

*Cruentus* CYPERUS culmo triquetro, involucri polyphylo longo, umbella simplici, spicis conglomeratis, flosculis sulcato-punctatis. ROTTB. Defcr. pag. 21. no. 23. tab. 5. fig. 1.

*Cyperus globosus*; culmo triquetro, basi foliosa, spicis conglomeratis subglobosis, spiculis convexis, viridibus nitidis. FORSK. Defcr. pag. 13. no. 40.

*Fuscus*. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis simplicibus inæqualibus, spicis confertis linearibus. L. S. V. pag. 97. ROTTB. Defcr. p. 33. no. 43.

*Cyperus ferrugineus*. FORSK. Defcr. pag. 14. no. 43.

## SCIRPUS.

*Articulatus*. SCIRPUS culmo tereti nudiusculo semigeniculato, capitulo glomerato laterali. L. S. V. p. 98. ROTTB. Defcr. p. 53. no. 70.

*Scirpus fistulosus*; culmo subulato nudo; basi vaginata, capitulo laterali. FORSK. Defcr. pag. 14. no. 45.

*Dichotomus*. SCIRPUS culmo triquetro nudo, umbella decomposita, spicis dichotomiæ sessilibus. L. S. V. pag. 100. ROTTB. Defcr. pag. 57. no. 76. tab. 13. fig. 1.

*Scirpus bisumbellatus*; culmo basi vaginata, spicis pedunculatis terminalibus bisumbellatis. FORSK. Defcr. pag. 15. no. 46.

*Scirpus annuus culmo triquetro nudo, involucri diphylo, pedunculis nudis, spicis solitariis*. ALLIONI Fl. Pedem. no. 2371.

A speciminibus ex India orientali recedit fere tantummodo magnitudine, & villositate. Planta polymorpha.

## SACCHARUM.

*Spontanæum*. SACCHARUM foliis convolutis panicula effusa: spiculis simplicibus, floribus remotis involucratiss. L. S. V. pag. 103.

*Saccharum bifolium*; panicula lanata secunda; calycibus unifloris, geminatis, extus lanatis. FORSK. Defcr. pag. 16. no. 50.

## PANICUM.

*Sanguinale*. PANICUM spicis digitatis basi interiori nodosis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. LIN. S. V. pag. 106.

*Phalaris velutina*, spicis alternis, filiformibus; culmo foliisque villosissimis. FORSK. Defcr. pag. 17. no. 55.

*Fluitans* PANICUM spicis alternis sessilibus secundis. RETZ. obs. fasc. 3. pag. 8. 12. 9-10.

*Panicum geminatum*, spicis linearibus alternis, appressis, spiculis solitariis bifariam imbricatis. FORSK. Defcr. pag. 18. no. 59.

*Gramen panicum polystachion sinicum*, binis granorum ordinibus. PLUK. AMALTH. pag. 110. tab. 417. fig. 7. Ex fide Horti sicc. Plukenetii.

Habitat in Madagascar, arabia.

VAGINÆ in FORSKÅLEANA ventricose.

*Valvula* accessoria truncata.

GLUMA biflora. *Flos masculus* univalvis; valvula tenuis, pellucida. *Flos hermaphroditus* bivalvis: valvulis crassioribus: *Exterior* convexa; *Interior* minor, plana, lateribus valvulae exterioris inclusa.

Specimina FORSKÄLEI minora sunt, quam Indica. Omnino diversa a *P. brizoides* LINNÆI, ut ex specimine herbarii LINNÆANI vidi.

PANICUM spiculis alternis secundis muticis ovatis scabris, rachi teretiuscula. *Colonum*. LIN. S. V. pag. 105.

*Panicum tetraetichon*; spiculis alternis secundis, quadrifariam imbricatis, flosculis secundis hinc planis, inde gibbosis, villosis, muticis. FORSK. Defscr. pag. 19. no: 62.

## AGROSTIS.

AGROSTIS panicula contracta mutica, foliis bifariis involutis ferrulatis, rigidis. *Pungens* 22-23.

*Agrostis pungens* panicula coarctata mutica, foliis involutis rigidis pungentibus: superioribus oblique oppositis culmo ramofo. SCHREB. Gram. p. 2. pag. 46. tab. 27. fig. 3.

*Phalaris disticha*; panicula mutica, ovata, foliis distichis, involutis, culmo ramofo repente. FORSK. Defscr. pag. 17.

CULMUS repens, ramulosus. Rami floriferi obliqui, inferne ramofo, rarius ramo unico superne, vaginis foliorum tecti.

FOLIA alterna, bina semper approximata, bifaria, involuta, rigida, pungentia, glabra, ferrulata, intermedia longiora, saepe bipollicaria; summum spathaceum reliquis parum amplius.

Vaginae foliis breviores, substriatae, fauce utrinque barbatae, ejusdem fere latitudinis ac folia.

PANICULA coarctata, subbipollicaris.

Valvulae CALYCINAE lanceolatae, carinatae, glabrae, inaequales: unica longitudine corollae, altera duplo brevior.

COROLLAE valvulae aequales: exterior substantia & figura calycis, altera tenuis, membranacea, genitalia involvens.

A figura Cal. SCHREBERI parum recedit: panicula minus coarctata, foliisque rarius oppositis.

Ut varietas maritima *Agrostis stolonifera* in herbario LINNÆI asservatur.

AGROSTIS panicula spicata, foliis involutis rigidis in geniculis coacervatis, ramis infraetis. *Spicata* 22-23.

*Agrostis virginica*; fermentis repentibus, foliis convolutis ciliatis. FORSK. Defscr. pag. 20.

Convenit cum praecedente culmo repente, glabritie, foliis calycibusque, sed differt facie: FOLIIS, ramis ramulisque plurimis in geniculis congestis. Vaginae foliisque grosse striatis, non vero subtilissime ut in praecedente, foliis latioribus. RAMIS floriferis simplicibus, inferne infraetis. Internodiis plerumque tribus, infimis bilinearibus vestitis totidem foliis versus basin ramorum approximatis. Articulo ultimo rami floriferi quadripollicari, folio vaginanti duplo longiore. Paniculis spicatis, cylindricis, tripollicaribus.

Præcedens vero gaudet ramis ex plurimis articulis compositis, geniculis minime infractis, a basi usque ad apicem foliis plurimis approximatis instructis eorumque vaginis rectis, articulo ultimo ut & folio ultimo magnitudine reliquorum. Panicula contracta.

Obs. Foliis involutis gaudent plurima gramina, quæ ad littora maris mediterranei inque collibus aridis Hispaniæ & Barbariæ observavi, facie sæpe tam diversa ab aliis in loco fertiliori enatis, ut incautum facile seducant. Pro specie distinguenda certe igitur folia involuta non sufficiunt, nisi aliæ notæ simul adsint. Quapropter gramina varia foliis involutis cultura exploranda essent, ut innotesceret, num revera ab aliis jam notis differrent, vel in illa transirent.

*Cornuande-  
kana* 24-25. AGROSTIS panicula ovata patente, pedunculis simplicibus, floribus secundis muticis, calycibus æqualibus acutis nitidis. RETZ. Obs. fasc. 4. pag. 19.  
*Agrostis indica.* FORSK. Catal. Pl. Arab. pag. civ. no. 66.

## CYNOSURUS.

*Floccifolius* 8-9. CYNOSURUS spicis linearibus rectis, foliis conduplicatis margine alterne barbaris.  
*Cynosurus floccifolius; spicis linearibus, inferioribus alternis, supremis geminis, foliis alternis margine alterne flocciferis.* FORSK. Descr. pag. 21. no. 73.

Difficillime limites inveniuntur inter hunc & reliquos Cynosuros digitatos. Habitu proxime accedit ad C. coracum. Differt ab omnibus Focis suis singularibus conduplicatis alterne barbaris. In interiore latere folii versus marginem foveola minuta oblonga adest, & e regione foveolæ externæ macula, ambæ flavescentes, margo folii involutus inter has duas maculas excisus est, totaque hæc regio pilis albis, mollibus, fasciculatis vestitur. *Vagina* nunquam ciliata vidi nec folia pilosa. Spicæ Spiculæque longiores & angustiores, quam in C. Coracano, valvulæ flosculorum acutiores.

## FESTUCA.

*Pungens* 20. FESTUCA spica glomerata ovata, spiculis sexfloris cæteribus lanuginosis, foliis involutis rigidis.

*Festuca mucronata; panicula glomerata; spiculis multifloris; flore glandulifero.* FORSK. Descr. pag. 22. no. 74.

CULMUS repens. Rami erecti, superne plerumque in quatuor ramos divaricatos, spithameos, crassitie pennæ columbinæ divisi. Internodii pollicares.

FOLIA alterna, bifaria, patentissima, involuta, rigida, ungaicularia, pungentia, glaberrima, subtilissime striata.

*Vagina* articulis duplo longiores, culmum tegentes, foliis latiores, ciliatæ, fauce utrinque barbata: Ligula nulla.

SPICA composita, sessilis, terminalis, ovata, semipollicaris. Rachis pubescens. Spiculæ duodecim, alternæ, glomeratæ, teretes.

CALYX 6-8 florus, bivalvis: Valvula oblongæ, concavæ, glabræ, carinatæ, mucicæ, altera angustior.

COROLLÆ valvula exterior ovata, concava, mucronata, hyalina, lincis tribus elevatis viridibus, apice subserrulata, externe pilosa, præsertim basi & versus marginem. Valvula interior angustior, plana, lateribus inflexis, pilosis, utrinque ad marginem linea viridi.

Glandulas in filamentis observare non potui in specimine sicco.

Tab. II. a. Spicula. b. Flosculi gemini magnitudine naturali. c. Lente aucti.

## LAGURUS.

LAGURUS spica cylindrica mutica. LIN. S. Veget. pag. 123.

*Cylindricus.*

*Arundo epigeios.* FORSK. Descr. pag. 23. no. 82.

## ARISTIDA.

ARISTIDA paniculata, arista intermedia longiore lanata, culmis villosis. LIN. *Plumosa.*  
Spec. plant. pag. 1666.

*Aristida lanata; panicula ramosa, corollæ arista medio-lanata.* FORSK. Descr.  
pag. 25. no. 87.

CULMUS basi in quatuor vel quinque ramos divisus: Internodiis inferioribus  
superne lanatis.

FOLIA involuta, filiformia, bipollicaria, rigidiuscula, apice flavescentia.

Vaginæ articulos inferiores tantummodo ad dimidium tegunt.

ARISTÆ laterales intermedio triplo breviores, capillares.

Patriam hujus Graminis Americam esse asserit Illust. LIN. Spec. Plant. pag. 1666. ed. 2.  
sed error absque dubio est. Incolam Orientis etiam indicat Synonymum TOVANE-  
ROSTU ibidem allatum.

Tab. III. a. Ramulus paniculæ magnitudine naturali. b. Flos calyce instructus auctus.

## ROTTBÖLLIA.

ROTTBÖLLIA spica subulata hirsuta, flosculis hermaphroditis patentibus, sterili- *Hirsuta.*  
bus pedicellatis adpressis. 1-2.

*Triticum ægilopoides.* FORSK. Descr. pag. 26. no. 94.

CULMUS pedalis & ultra, striatus, superne alternatim excavatus. *Rami* flori-  
feri interdum plures ex uno geniculo.

FOLIÆ involuta, rigidiuscula, bipollicaria, apice flavescentia, ultimum spathaceum.

Vaginæ foliis latiores, subfulcatæ, fauce barbatæ.

SPICA terminalis, solitaria, subulata 3-4 pollicaris. Rachis flexuosa, articulata;

*Latere* unico convexa, altero concava secundum flosculos, hirsutie fericea  
molli tota obrita, excepto latere cavo; dentibus bifloris: flos alter sessilis, pa-  
tens, alter pedicellatus adpressus, rarius 3 ad singulum dentem, intermedius  
tunc pedicellatus est.

GLUMÆ bivalves, ovatae bifloræ. *Valvule* inæquales, *exterior* plana ovata, pilis  
longis ciliata, margine involuta, acuminata; acumine bifido, laciniis inæquali-  
bus. *Interior* convexa, carinata, dorso & apice pilosa, acuta, integra.

COROLLA altera mascula, altera hermaphrodita. *Valvule* lanceolatae hyalinæ.

ANTHERÆ lineares.

STIGMATA penicilliformia.

FLOS pedicellatus sterilis; *valvule* lanceolatae, inæquales, ciliatae, integrae.

Ad ROTTBÖLLIAM Gramen pulcherrimum amandavi ob rachin articulatam & flores ante  
anthesin in cavitate rachidis reconditos. Gluma calycina in ROTTBÖLL. dimidiata  
etiam bivalvis & biflora est æque ac in hirsuta. Flos sterilis in reliquis ROTTBÖLL.

seffilis est parum supra alterum, in hirsuta vero pedicello elevatur. Cæterum facies omnino eadem cum reliquis ROTTBOLLII.

## TRITICUM

*Maritimum.* TRITICUM calycibus multifloris, flosculis mucronatis, spica ramosa. LIN. S. V. pag. 127.

*Festuca dichotoma; panicula dichotoma; spiculis seffilibus, patentissimis linearibus, trifloris, muticis.* FORSK. Descr. pag. 75. no. 22.

## MANETTIA.

*Lanceolata.* MANETTIA foliis lanceolatis, floribus pentandris.

*Ophiorrhiza lanceolata.* FORSK. Descr. pag. 42.

Certe fruticosa est.

PEDUNCULI terminales sæpe terni, laterales intermedio triplo longiores, apice bifida. Foliolum lanceolatum ad divisuram pedunculorum.

FLORES primum congesti, dein racemosi, secundi: foliolis fetaceis ad basin calycis.

Capfula calyce coronata ideoque non Ophiorrhiza. Cum Manettia convenit corolla nectario, stigmate & Pericarpio, differt solummodo numero flaminum & laciniarum calycis. Genus ordine naturali Cinchonis affine.

## PLANTAGO.

*Albicans.* PLANTAGO foliis lanceolatis obliquis villosis, spica cylindrica erecta, scapo tereti. LIN. S. V. pag. 156.

*Plantago cylindrica foliis linearibus utrinque hirsutis; spicis cylindricis subcurvis, corollis lanceolatis.* FORSK. Descr. pag. 31. no. 4.

## SCOPARIA.

*Dulcis.* SCOPARIA foliis ternis floribus pedunculatis. LIN. S. V. pag. 157.

*Scoparia ternata foliis lanceolatis apice ferratis, ramis ternatis nectario villoso.* FORSK. Descr. pag. 31. no. 7.

## SALVADORA.

*Perfita.* SALVADORA. LIN. S. V. pag. 166.

*Rivina paniculata.* ib. pag. 165.

*Cissus arborea; foliis oblongis, integris crassis.* FORSK. Descr. pag. 32. no. 8.

*Embelia Burmanni.* RETZII Obl. Bot. fasc. 4. p. 23. no. 69.

RAMI lævissimi, glabri, versus apicem obscure tetragoni, cortice albo.

FOLIA opposita, petiolata, elliptica, integerrima, crassa, pallida, nervosa.

RACEMI axillares, patentes: *racemulis* horizontalibus, superioribus sensim minoribus.

CALYX minutus, quadrifidus: *laciniis* rotundatis.

**COROLLA** monopetala, persistens, pallide flava, quadrifida: laciniis ovatis, acutis, reflexis.

*Embelia Ribes* BURMANNI Fl. ind. p. 22. tab. 23. est planta distincta foliis alternis & reliquis partibus, ut ex speciminibus Herbarii Ccl. viri didici. *Embeliam* grossularioidem KONIGII vidi in Horto sicco Ill. LINNÆI sub nomine *Salvadoræ perficæ*. Cissus arboreus FORSKÆLEI in omnibus convenit cum *Embelia grossular. KONIGII*, quare de veritate Synonymorum, plane convictus sum. Rivina paniculata utpote eadem planta ac *Salvadora perfica* in Systemate Vegetabilium desecatur, quod jam monuit immortalis Præceptor in Spec. plant. pag. 178.

Cum calyx minor corollam arcte includens eique concolor a laciniis corollæ tegitur, in descriptione generis omissus fuit. Cerre adest, ideoque *Salvadora* in secundâ divisione *Tetrandriæ monogyniæ* collocatur.

Tab. IV. repræsentat plantam secundum specimen a KONIGIO missum fig. a flos magnitudinè aucta a latere visus. b. Corolla cum staminibus & pistillo.

## HELIOTROPIUM.

**HELIOTROPIUM** foliis obovatis villosis integris, spicis simplicibus conjugatisque, *Coromandelianum* 5-6.  
feminibus punctatis. RETZ. Obs. fasc. 2. pag. 9.

*Lithospermum ovalifolium caulibus decumbentibus; foliis oblongo-ovalibus, integris petiolatis.* FORSK. Descr. pag. 8.

Planta arabica differt solummodo ab Indica ramulis, foliis feminibusque densius villosis, sericeis.

**HELIOTROPIUM** foliis lanceolatis hispidis margine revolutis undulatis, spicis conjugatis, corollis villosis, caule procumbente. *Undulatum* 6-7.

*Lithospermum hispidum; caule procumbente, foliis lanceolatis hispidis, sessilibus undato-dentatis; spicis terminalibus secundis.* FORSK. Descr. p. 38. no. 24.

**CAULIS** lignosus, pilosus, subdichotomus, teres, procumbens.

**Rami** spithamæi & ultra.

**FOLIA** alterna, angusto-lanceolata; inferiora in petiolum brevissimum attenuata, suprema sessilia, semipollicaria, margine revoluta, undulata, obtusiuscula, rugosa, hispida, præsertim versus marginem: pili adpressi, tuberculis minutis insidentes.

**SPICÆ** conjugatæ, laterales & terminales, pollicares, compactæ.

**CALYX** pilosus, quinquefidus; laciniis linearibus, obtusis.

**COROLLA** extus pilosa, calyce longior. *Tubus* medio amplior, superne angustior. *Faux* pervia. *Limbus* quinquefidus, plica dentiformis inter lacinias.

**STIGMA** conicum, apice bidentatum, basi annulo cinctum.

**SEMINA** villosa.

**HELIOTROPIUM** foliis ellipticis petiolatis villosis margine revolutis planis, spicis conjugatis, caule procumbente. *Lineatum* 6-7.

*Lithospermum heliotropioides; caule procumbente, foliis petiolatis ovalibus subrepandis, spicis terminalibus & lateralibus.* FORSK. Descr. p. 39. no. 25.

**CAULIS** fruticosus, teres, dichotomus, crassitie pennæ columbinæ, procumbens.

**Rami** tenues, spithamæi, villosi, superne tomentosi.

**FOLIA** petiolata, elliptica, semipollicaria, margine revoluta, plana, acuta, villosa, mollia, præsertim subtus, lineata: lincis utrinque tribus.



SPICÆ conjugatæ, laterales & terminales.

Bractee lineares, acutæ.

CALYX villosus; laciniis lanceolatis.

COROLLA glabra, calyce longior. *Tubus* superne amplior. *Faux* pervia. Dens inter laciniis Limbi.

STYLUS filiformis. *Stigma* conicum, acutum, integerrimum, apice villosum.

SEMINA villosa.

Dignoscitur a præcedente figura & villositate foliorum, margine minime undulato-  
rum, præsentia bractearum, glabritie corollæ, stigmate integerrimo.

Habitus, inflorescentia, dens inter laciniis persuadit, hanc una cum præcedente spe-  
ciem esse *Heliotropii*.

## LITHOSPERMUM.

*Oriente.* LITHOSPERMUM ramis floriferis lateralibus, bracteis cordatis amplexicaulibus.

LIN. S. V. pag. 185.

*Anchusa tuberculata; seminibus tuberculatis.* FORSK. Defer. pag. 41.

*Callosum.* LITHOSPERMUM foliis lanceolato-linearibus calloso-verrucosis hispida, caule suf-  
fruticoso hispido.

*Lithospermum angustifolium seminibus levibus; corollis calyce triplo longiori-  
bus; caule diffuso, foliis lanceolatis.* FORSK. Defer. pag. 39.

Habitat in desertis Kahirinis.

CAULIS dodrantalis, cortice albo, inferne villosus, superne hispida, præsertim  
versus apicem, ramosus: *Rami* altitudine caulis, superne bis vel semel divisi.

FOLIA sessilia, remota, lanceolato-linearibus, obtusa, undique callis albidis apice  
setis rigidis concoloribus adspersa.

SPICA terminalis, revoluta, hirsutissima. *Foliolum* lineare, calyce longius, cilia-  
tum ad basin singuli floris.

COROLLÆ *tubus* villosus.

Variat ramis magis vel minus erectis.

*Ciliatum.* LITHOSPERMUM foliis ovatis incanis margine calloso ciliatis, caule suffruticoso  
muricato hispido.

*Lithospermum ciliatum; foliis ovato-lanceolatis, tomentosis, aculeato-ciliatis.*  
FORSK. Defer. pag. 39.

FRUTICULUS rigidus, erectus, dodrantalis, incanus, superne muricatus, hispida  
ramosissimus: *Rami* dichotomi.

FOLIA semiamplexicaulia, ovata, incana, apice patula, margine callis albidis  
verrucosa, ciliata, parva.

SPICA lateralis, semipollicaris.

## ASPERUGO.

*Ægyptica.* ASPERUGO calycibus fructus ventricosus. LIN. S. V. pag. 188.

*Anchusa flava; caulibus procumbentibus; pedunculis lateralibus decurrentibus  
ad axillas.* FORSK. Defer. pag. 40. no. 30.

Tota planta hispida. *Pedunculi* fructiferi cernui.

## P R I M U L A.

PRIMULA foliis ferratis glabris, floribus verticillatis. Tab. V.

*Primula verticillata; floribus verticillatis; foliis lanceolato-ovatis, ferratis petiolatis, subtus farinosis.* FORSK. Descr. pag. 42. no. 38. Verticillata  
4-5.

FOLIA radicalia, lanceolato-ovata, in petiolum planum, foliis duplo longiorem deficiente, superne inæqualiter ferrata, inferne integerrima, acuta, venosa, subtus farinosa, bipollicaria.

SCAPUS erectus, teres, crassitie pennæ anserinæ, pedalis & ultra.

VERTICILLI versus summum 2-3. remoti, inferior sexflorus, superiores multiflori.

BRACTEÆ sub verticillis inferioribus lanceolatæ, superne ferratæ, pollicares; in verticillo terminali lanceolato-fabulatæ, integerrimæ, omnes subtus farinosæ.

PEDICELLI longitudine bractearum, tertiusculi, tenues, farinosi.

PERIANTHIUM monophyllum, campanulatum, abbreviatum, farinosum, profunde quinquefidum: laciniis ovato-lanceolatis, acuminatis.

COROLLÆ tubus cylindricus, clavatus, basi farinosus, pollicaris.

PERICARPIMUM ut in congenecibus.

## C O N V O L V U L U S.

CONVOLVULUS foliis lanceolatis hastatis, pedunculis axillaribus geminis bifloris. Hastatus  
7-8.

*Convolvulus hastatus; caule volubili, bicubitali, scandente; foliis hastatis, bipollicaribus, basi infra unidentatis, pedunculis geminis, semel dichotomis.* FORSK. Descr. pag. 203.

Caulis volubilis, pilosus.

Folia petiolata, remota, hastata, lanceolata, integerrima, supra glabra, subtus villosa: auriculis rotundatis, postice interdum unidentatis.

PETIOLUS folio dimidio brevior.

PEDUNCULI axillares, gemini, petiolo breviores, biflori, villosi.

CALYCES pilosi; foliolis acuminatis, apice patulis.

CONVOLVULUS. LIN. Sp. pl. pag. 22.

*Convolvulus sericeus; caule volubili; stigmate simplici; foliis palmato-pedatis, pedunculis unifloris.* FORSK. Descr. pag. 204. Althæoides β.

Varietas hæc Convolvulo althæoide tenerior est. Corolla minor. Foliola exteriora calycis non pilosa, sed subnuda. Villositas in foliis densior quam in C. althæoide. Hæc vero differentie minus sufficiunt pro specie distinguenda, præsertim cum in specimenibus variis in Europa australi & Teneri visis, foliis plus vel minus dissectis ludat secundum locum. Folia superiora in Convolv. alth. omnino eadem sunt, ac in sericeo FORSK. ideoque tantummodo ut varietas consideranda.

CONVOLVULUS foliis palmatis glabris serrulatis, stipulis foliiformibus palmatis, axillis tomentosis, calycibus paniculatis lævibus. Cairicus.

*Convolvulus henneaphyllos, flore purpureo.* BARREL Ic. 30.

*Convolvulus Cairicus foliis pinnato-palmatis serratis, pedunculis filiformibus paniculatis, calycibus lævibus.* LIN. S. V. pag. 202.

*Ipomœa palmata*; foliis palmatis, lobis quinque lanceolatis, extimis bifidis; pedunculis dichotomis. FORSK. Descr. pag. 43.

AXILLÆ dense pilosæ, cæterum tota planta glaberrima.

FOLIA septemfida: lobi lanceolati, ferrulati, mucrone terminati, laterales breviores.

FOLIOLUM utrinque ad basin petioli, structura foliorum caulis.

PEDUNCULI folio duplo longiores: pedicelli versus medium libracæati.

FOLIOLA CALYCINA glabra, obtusa.

COROLLA campanulata.

STIGMA capitatum.

*Lanatus*  
45-46.

CONVOLVULUS foliis lanceolatis linearibus tomentosis, ramis senescentibus spinosis, floribus capitatis involucreatis.

*Convolvulus cneorum*. FORSK. Catal. pl. Ægypt. pag. 63. n. 124. & Catal. pl. Arab. p. 106. n. 120.

*Convolvulus Orientalis humilis argenteus latifolius erectus & villosus*. TOURNEFORT Cor. p. 1.

Habitat in Ægypto inferiori & monte Sinai.

CAULIS fruticosus, erectus, inferne ramosus. *Rami senescentes*, spinosi, aphylli, steriles, subvillosi, 1-2 pollicares. *Floriferi* e basi senescentiam, simplicissimi, spithamei & ultra, erecti, teretes, inermes, rigidi, versus apicem flexuosi, valde hirsuti; hirsutie mollissima.

FOLIA alterna: inferiora lanceolata, basi attenuata, interdum plura, congesta ad exitum ramorum ex eodem puncto, inæqualia. Superiora lanceolato-linearia, sessilia, acuta, unguicularia, spatio semipollicari remota. *Floralia* reliquis parum latiora, omnia crassiuscula, avenia, tomentosa, minime sericeo nitentia.

PEDUNCULI a basi fere usque ad apicem ex omnibus axillis, solitarii, folio dimidio breviores, multiflori.

FLORES 6-8 sessiles, involucreati. *Involucreum* hexaphyllum, longitudine calycis: foliolis tribus exterioribus ovatis, acutis; interioribus lanceolatis. Omnibus latere exteriori una cum pedunculis calycibusque hirsutissimis, e pilis longis, mollissimis, nitentibus: latere interiori subpilosis.

*Bractææ* binæ sub singulo flore.

PERIANTHIUM quinquepartitum: *laciniis* linearibus.

COROLLA campanulata, extus pilosa, colore Conv. cneori.

FILAMENTA inæqualia: *Antheræ* lineares.

STYLUS filiformis, bifidus: *laciniis* filiformibus. *Stigmata* acuta.

Differt a Conv. Cneoro ramis senescentibus spinosis, floribus axillaribus. Conv. spinosus LIN. Suppl. pag. 137. distinguitur a nostro ramis foliisque tomentoso-sericeis, pilis minoribus, spinis axillaribus, pedunculis unifloris versus summum.

De Synonymo TOURNEFORTI non dubito, quamvis spinæ nullæ adessent in specimine a TOURNEF. ipso lecto, quod in Collectione Dn. JUSSIEU Parisiis vidi, nam omnia reliqua eadem erant. Si non fallor, BURMANNI Convolvulus sericeus Fl. Ind. pag. 49. tab. 19. fig. 3. etiam huc pertinet, certe specimina, quæ in ejus herbario vidi, cum nostro omnino conveniunt; nam quantum recorder, flores plures in capitulo collecti erant.

*Hyffrix*. CONVOLVULUS fruticosus, foliis oblongis, floribus sessilibus subsolitariis, ramis spinefcentibus.

*Convolvulus spinosus*. FORSK. Cat. pl. Arab. pag. 106. n. 121.

Habitat in Arabia.

FRUTEX rigidus, ramosissimus, diffusus, pedalis: ramis ramulisque spinescens: ramulis subsericeis, semipollicaribus.

FOLIA sessilia in ramis ramulisque, sparsa, oblonga, sericea, integra, parva, vix bilinearia.

FLORES ex axillis inferioribus ramulorum, sessiles, plerumque solitarii, rarius gemini.

Bractea binæ ad basin calycis, oblongæ, acutiusculæ, apice parum latiores, reflexæ.

CALYCIS foliola hirsuta, duo exteriora oblonga, rigida, reliquis majora.

COROLLA hirsuta, parva.

STIGMATA duo, capillaria.

CONVOLVULUS foliis sagittatis postice obtusis, caule repente, pedunculis subbifloris (unifloris L.) LIN. S. V. pag. 203. *Repens.*

*Iponoea aquatica*; foliis cordatis acutis. FORSK. Descr. p. 44.

Habitat in aquosis Arabiæ felicis.

RADICULÆ fibrosæ, bipollicares.

CAULIS repens, teres, crassitie pennæ anserinæ. Stolones axillares, 3-4 pollicares.

FOLIA primaria cordato-acuminata, versus basin dentata: dentibus 3-4 inæqualibus, remotis, pollicaria. Stolonum cordato-sagittata, integerrima, minora. Omnia glabra.

Petiolus flexuosus, glaber, foliis duplo longior.

PEDUNCULUS axillaris, solitarius, biflorus, rarius quadriflorus, longitudine petioli. Flores pedicellati: pedicelli sensim crassiores. Bractea duæ minutæ ad basin pedicellorum.

CALYX quinquefidus: laciniis oblongis, glaberrimis, obtusis.

COROLLÆ tubus semipollicaris.

Planta FORSKÅLEI optime convenit cum BALEL Hort. Malab. T. II. pag. 107. tab. 52.

Convolvulus vero PLUM. Amer. p. 89. tab. 105. videtur esse diversa planta.

CONVOLVULUS foliis panduriformibus integrisve emarginatis basi cordatis, pedunculis unifloris, caule repente. *Imperati* 60-61.

*Convolvulo marino*. IMPER. h. n. 671.

*Soldanella vel brassica maritima major*. BAUH. PIN. 295.

*Convolvulus marinus*, *Soldanella affinis*. BAUH. h. 2. pag. 168.

*Convolvulus maritimus*, *major italicus*, *sinuato & auriculato folio*. MORIS. h. Ox. 2. 37.

*Soldanella marina*, *longo & sinuato folio*, seu *Convolvulus marinus lactescens* *Soldanelle congener*. Imperati. BARRELL. Obs. 33. Icon. 856.

Habitat ad littora maris Neapoli.

FOLIA petiolata, remota, erecta, oblonga, basi cordata, utrinque lobulis binis rotundatis aucta, interdum integra, emarginata, crassiuscula, glabra, nervosa, subpollicaria.

Petiolus folio longior.

PEDUNCULUS axillaris, solitarius, interdum gemini, longitudine petiolorum; versus apicem foliolum lanceolatum.

CALYX glaber: foliolis oblongis.

COROLLA & habitus Convolvuli Soldanella.

*Arenarius* 60-61. CONVOLVULUS foliis oblongis emarginatis basi lobatis integrisve, pedunculis unifloris, corollis tubulosis, caule decumbente.

Habitat in Insulis Azoricis.

Tota planta lævis.

CAULES decumbentes, filiformes, purpurascens, flexuosi.

FOLIA congesta, petiolata, oblonga, apice valde emarginata, basi sæpe utrinque lobulo rotundato aucta, interdum integra, avenia, subtus pallidiora, semiunguicularia.

Petiolus foliis longior.

PEDUNCULI bini vel solitarii, axillares, petiolum æquantes.

CALYCIS foliola æqualia, oblonga, submembranacea.

COROLLÆ *Tubus* superne sensim parum ampliatus, sesquipollicaris.

Facies omnino præcedentis sed levior, folia plura congesta, caulis decumbens, præcipue vero differt corollis tubulosis, non vero campanulatis ut in *C. Imperati*.

## CAMPANULA.

*Cochlearifolia* 47-48. CAMPANULA foliis inferioribus petiolatis subrotundis dentatis, summis lanceolatis sessilibus subintegerrimis.

*Campanula minor alpina foliis cochleariæ.* BARREL. icon. 454.

*C. cochlearifolia caulibus simplicibus unifloris, foliis radicalibus cordato-subrotundis crenatis longissime petiolatis, caulinis subspathulatis acutis flore cernuo.* LA MARK Encycl. no. 4.

Habitat in Apeninis. Communicavit mecum Dn. CAVOLINI Neapolitanus, Cultor Historiæ naturalis eximius.

Tota glabra.

CAULES debiles, semipedales, superne ramosi. *Rami* simplicissimi, patentissimi.

FOLIA alterna; inferiora petiolata, subrotunda, grosse dentata, dentibus utrinque 3 acutis, basi integerrima, crassiuscula, avenia, semiunguicularia: superiora lanceolata, sessilia, subintegerrima, dente interdum uno alterove.

FLORES in apice ramorum solitarii, ante florescentiam cernui.

CALYCES glabri: laciniis lanceolato-subulatis, corolla longioribus.

CAPSULA angulata e lineis elevatis decurrentibus, trilocularis.

*Diffusa* 52-53. CAMPANULA caulibus diffusis, foliis petiolatis serrato-dentatis, inferioribus cordatis, superioribus lanceolatis, pedunculis unifloris.

*Campanula parva, rotundifolia, flore cæruleo, pentagono grandi.* RAJE h. pag. 791. *TOURNEF. Inst. R. H. pag. 112. fide herbarii TOURNEF.*

*Campanula saxatilis, rotundifolia, hispida; flore cæsis amplo italica.* BARREL. Icon. 453.

Habitat in Calabria. Dn. Pacifico. 2

RADIX perennis.

CAULES diffusi ramosi. *Rami* teretes, glabri, striati.

FOLIA petiolata alterna, obtuse serrato-dentata, glabra, obtusa, unguicularia, inferiora cordata, summa lanceolata.

*Petiolus*

*Petiolus* longitudine folii.

FLORES versus apicem pedunculati. *Pedunculus* folitarius, uniflorus, suffultus foliolo lanceolato integerrimo.

*Laciniae* calycis subulatae.

Varietatem vidi caulibus foliisque pilosissimis, lacinis calycis latioribus.

## C O R D I A.

CORDIA foliis ovatis supra glabris, corymbis lateralibus, calycibus decem striatis. *Myxa.*

LIN. S. Veg. pag. 230.

*Cornus sanguinea.* FORSK. Descr. p. 33. no. 10.

## B Æ O B O T H R Y S.

BÆOBOTHRYS foliis ovato-dentatis.

*Nemoralis.*

*Bæobothrys nemoralis.* FORST. nov. genera pag. 22.

Genus a reliquis pentandris monogynis floribus monopetalis superis distinguitur:

CALYCE duplici. BACCA uniloculari, polysperma.

BÆOBOTHRYS foliis lanceolatis ferratis. Tab. VI.

*Lanceolata.*

*Mesa.* FORSK. Descr. pag. 66.

RAMI glabri, teretes, cortice fusco.

FOLIA petiolata, alterna, lanceolato-elliptica, glabra, subavenia, nervis transversis, ferrata, basi integerrima.

*Petiolus* folio triplo brevior.

RACEMI supradecompositi, axillares, folio breviores.

*Bractea* minuta, lanceolata sub singulo pedunculo & pedicello.

## S T R Ö M I A.

STRÖMIA. CADABA FORSKÅLEI Descr. pag. 67.

*Character essentialis.*

CALYX tetraphyllus. Nectarium ligulatum.

BACCA corticosa pedicellata.

*Character naturalis.*

CALYX *perianthium* tetraphyllum: *foliis* ovatis, acutis, deciduis: duobus exterioribus concavis; interioribus planis.

COROLLA tetrapetala; vel nulla, *Petala* lanceolata, undulata, definentia in ungues longitudine calycis, ad idem latus deflexis.

NECTARIUM monophyllum, ascendens, receptaculo elongato versus basin e regione insertum, ligulatum. *Tubus* tenuis, petalis longior: *Lamina* lanceolata.

STAMINA *filamenta* quinque vel quatuor, filiformia, inaequalia, receptaculo infidentia, 2 in medio, 3 inferius, nectario longiora.

PISTILLUM *germen* oblongum, pedicellatum: pedicellus filamentis longior, ascendens.

*Stylus* nullus.

*Stigma* obtusum, sessile.

PERICARPIMUM *Bacca* corticosa, pedicellata, cylindrica, unilocularis, bivalvis.

SEMINA plura reniformia, compressa laevia, triplice serie, imbricata.

*Habitus generis.*

CAULIS fruticosus; ramis alternis.

FOLIA alterna, integra.

INFLORESCENTIA racemus.

Fructus & habitus Capparidis, Corolla Cleomae, distinctissima nectario & situ staminum; ordine naturali medium inter Crataevam & Capparidem.

Strömiam vocavi in honorem Dn. Ström Norvegi, Theologiae Professoris, omnium Regnorum Naturae indefessi perveffigatoris, qui scriptis plurimis Historiam naturalem Norvegiae illustravit.

*Farinosa.* STRÖMIA, foliis oblongis farinosis, floribus petaloideis pentandris.

*Cadaba farinosa, foliis ovatis oblongis farinosis.* FORSK. Descr. pag. 68. nō. 12.

FRUTEX ramis teretibus, junioribus pulvere glauco adpersis.

FOLIA alterna, brevissime petiolata, oblonga, integerrima, obtusissima, avenia, pulvere glauco farinosa, praesertim subtus. *Stipulae* nullae.

RACEMI terminales, 6-8 flori. *Pedunculi* ante florescentiam cernui.

*Tetrandra.* STRÖMIA foliis oblongis mucronatis nudis, floribus petaloideis tetrandris.

*Cleome fruticosa floribus Gynandris tetrandris, foliis simplicibus, caule fruticoso.* LIN. S. V. pag. 604.

FOLIA oblonga, mucrone terminata.

*Bractea* filiformis sub singulo flore pedicello brevior.

FLORES 10-12 in singulo racemo.

Habitus alienus a *Cleome*, Fructus & Nectarium ut in *Cadaba* Forsk. ideoque hujus generis.

*Glandulosa.* STRÖMIA piloso-viscosa, foliis subrotundis, floribus apetalis.

*Cadaba glandulosa; ramis, foliis, calyce, pistillo glandulosis villosis.* FORSK.

Descr. pag. 68. nō. 13.

CAULIS fruticosus. *Rami* teretes, uti tota planta, obsiti pilis apice glandulosis.

FOLIA petiolata, alterna, subrotunda, integerrima, mucronata, scabra, avenia, fragilia, semipollicaria.

RACEMUS terminalis, 4-6 florus. *Flores* nutantes.

CAPSULA oblonga, unilocularis, hirsutissima.

*Rotundifolia.* STRÖMIA foliis orbiculatis glabris, floribus apetalis.

*Cadaba rotundifolia; foliis orbiculatis glabris.* FORSK. Descr. pag. 68. nō. 11.

CAULIS fruticosus. *Rami* teretes, glabri.

FOLIA petiolata, alterna, orbiculata, integerrima, interdum emarginata, glabra, coriacea, avenia, pollicaria.

*Petiolus* folio duplo brevior.

RACEMUS terminalis, 8-10 florus; floribus erectis.

CAPSULA pendula, glabra, pollicaria.

Cetera quae in descriptione specierum desiderantur, vide apud Forsk. loc. citatis.

## C E L A S T R U S.

CELASTRUS inermis, foliis oppositis alternisque ellipticis serratis, cymis axillari- *Edulis*  
7-8.  
bus dichotomis.

*Catha edulis.* FORSK. Descr. p. 63.

RAMI alterni cortice cinereo, inferne teretes, superne alternatim compressi, sub foliis dilatati. *Ramuli* articulati, alterni.

FOLIA petiolata, alterna, in ramulis opposita, elliptica, obruse ferrata, glabra, venosa, obtusa, sesquipollicaria.

*Petiolus* brevis.

PEDUNCULI oppositi, dichotomi, longitudine petiolorum.

CELASTRUS spinis nudis, foliis ovatis crenatis, pedunculis filiformibus foliis *Parviflorus*  
13-14.  
longioribus.

*Catha spinosa; foliis ovatis.* FORSK. Descr. pag. 64.

RAMI teretes, purpurascens, superne rore glauco adpersi.

FOLIA petiolata, alterna, ovata, glabra, venosa, obtusa, crenata, basi integerima, rarius undulata, bipollicaria.

*Petiolus* brevis. *Spinae* intrafoliaceae, ex axillis inferioribus, subulatae, semipollicares.

PEDUNCULI axillares, solitarii, filiformes, folio longiores, dichotomi. Squamula minuta, ad basin pedicellorum.

STYLUS nullus. *Stigma* subtrifidum.

Character Celastri Ill. & LINNÆI de Nectario fillet; germen vero receptaculo magno plano decem striis notato immersum esse, habet Character generis Gen. pl. pag. 107. quod idem significare censeo ac Nectarium cyathiforme annulatum a germine divergens margine undulatum, inter stamina & germen in Catha. FORSK. l. c. Habitus est Celastri, licet folia in eduli & opposita & alterna sunt infrequens quid in genere Celastri, C. striatus tamen & alatus THUNB. habent; notatu vero dignum, quod folia in C. eduli absolute opposita non dici merentur, oblique enim opponuntur. Præterea, spinæ in parviflora intrafoliaceae sunt, æque ac in C. buxifolio. Pedunculos bifidos etiam communes habent cum omni Celastro pedunculis divisis. Fructificatione in plurimis conveniunt cum Celastris; nam in parviflora stigma sessile trituberculatum est, ut in variis Celastris, acutum quidem in eduli secundum FORSK.; cum vero in omnibus aliis characteri Celastri respondit, non dubito, quin etiam hujus generis sit.

## C E L O S I A.

CELOSIA foliis ovatis, racemis compositis laxis longissimis, pistillo bifido, caule *Candata*  
7-8.  
exstipulato.

*Achyranthes paniculata; capitulis lateralibus paniculatis.* FORSK. Descr. pag. 48. no. 62.

CAULIS herbaceus, sulcatus, glaber.

FOLIA petiolata, alterna, ovata, acuminata, integerrima, glabra, sesquipollicaria.

*Petiolus* folio duplo brevior.

RACEMUS compositus versus apicem, longissimus, pedalis; *Racemuli* alterni, remoti. *Flores* alterni, distincti. *Bractee* scariose, glabrae, oblongae.

CALYX & COROLLA scariosa, hyalina.



STYLUS bifidus.

CAPSULA disperma. *Semina* subrotunda, emarginata, nigra, nitidissima.

Habitu proxime accedit ad *Celos. trigynam*.

## ILLECEBRUM.

*Lanatum.* ILLECEBRUM lanatum caule subherbaceo erecto, floribus lateralibus, foliis alternis. LIN. S. Veg. pag. 248.

*Achyranthes villosa; spicis axillaribus congestis, villosis, linearibus, albis; foliis ovatis, integris.* FORSK. Descr. pag. 48. no. 64.

*Arabicum.* ILLECEBRUM floribus sparsis congestis, bracteis nitidis æquantibus, caulibus procumbentibus. LIN. S. V. pag. 249.

*Corrigiola albella; foliis oppositis; stipulis hyalinis.* FORSK. Descr. pag. 207. no. 31.

*Sessile.* ILLECEBRUM caulibus repentibus bifariam tomentosis, foliis lanceolatis sessilibus, capitulis oblongis glabris. LIN. S. V. pag. 249.

*Alternanthera; caule repente; ramis oppositis; capitulis axillaribus sessilibus; calycibus glabris.* FORSK. Descr. pag. 28.

Si revera stamina 6 adsint, a congeneribus tamen divelli nequit, ego tantummodo filamenta 5 vidi in speciminibus siccis. Convenit cum Illeebro sessili tam herba, quam fructificatione, eandemque esse speciem dubium non superest.

## CARISSA.

*Spinorum.* CARISSA foliis ovatis acutis venosis, laciniis corollæ lanceolato-oblongis.

*Carissa spinarum foliis ovatis acutis.* LIN. S. V. pag. 251.

Differt a Car. eduli ramulis vix villosis, foliis venosis, pedunculis foliariis bifidis, calycis laciniis subovatis, corolla majori, laciniis lanceolato-oblongis. Ramuli in omnibus speciebus versus apicem compressi.

*Edulis 3.* CARISSA foliis ovatis acutis aveniis, ramis superne villosis, laciniis corollæ lanceolato-linearibus.

*Antura.* FORSK. Descr. pag. 63.

RAMI dichotomi, teretes, inferne glabri, superne villosi.

*Spinae* duæ ad dichotomiam ramorum, oppositæ, parentes, teretes, glabræ, apice rubræ, inferiores majores, pollicares.

FOLIA opposita, subsessilia, ovata, integerrima, acuta, rigida, glabra, avenia, par unicum inter singulam dichotomiam, in ramulis floriferis plerumque trium parium oblonga, par extremum reliquis majus.

*Petiolus* brevissimus.

*PEDUNCULI* terminales, plerumque bini, interdum tres, subquinqueflori.

*PERIANTHIUM* monophyllum, subpilosum, quinquepartitum: *laciniis* subulatis, ciliatis.

*COROLLÆ* tubus rectus: *laciniæ* limbi lanceolato-lineares.

*FILAMENTA* versus faucem tubi.

*PERICARPIUM* bacca bilocularis, disperma FORSKÄL.

Cel. SCOPOLI in Introd. ad Hist. Nat. pag. 199. Anturam FORSKÄLI ad Arduiniam retulit, obstat vero corollæ tubus rectus non curvatus, filamenta non in inferiore parte tubi

tubi infera sed versus faucem, stigma simplex, non vero bifidum. Affinitas certe Arduinæ maxima est cum Cariffa & forte non absolum foret utrasque uno genere conjungere. Descriptionem fructus e ROMPHIO mutuavit immortalis præceptor a LINNÆ, quare character genericus emendandus est.

## PERGULARIA.

PERGULARIA foliis cordatis tomentosis. LIN. S. V. pag. 256.

*Tomentosa.*

*Asclepias cordata; foliis petiolatis, cordatis reniformibus; caule ramoso, apice volubili.* FORSK. Descr. pag. 49.

*Asclepias cordata* BURMANNI Flor. Indica pag. 72. diversa planta est foliis cordato-ovatis glabris acuminatis, corollis triplo majoribus, cujus specimen vir ill. amicissime communicavit.

## ASCLEPIAS.

ASCLEPIAS foliis planis lineari-lanceolatis, caule fruticoso, umbellis lateralibus solitariis, corollis hirsutis. Tab. VII. *Laniflora* 11-12.

*Asclepias laniflora; foliis lineari-lanceolatis.* FORSK. Descr. pag. 51.

CAULIS erectus, fruticosus, glaber, articulatus, crassitie pennæ anserinæ.

FOLIA opposita, lineari-lanceolata, approximata, basi in petiolum attenuata, plana, glaberrima, avenia, supra in medio sulco longitudinali, subtus nervo elevato, tripollicaria. *Denticuli* plurimi, minuti, setacei, ad articulos verticillatim dispositi.

PEDUNCULUS interfoliaceus, solitarius, folio dimidio brevior, umbelliferus, tandem racemosus.

UMBELLA erecta, multiflora, involucrata: *Involucris* foliolis subulatis, inæqualibus.

*Pedicelli* pollicares, basi denticulis minutis, numerosis, deciduis, inæqualibus.

CALYCIS *foliola* lanceolato-acuminata.

COROLLA quinquefida, plana, extus glaberrima, intus præsertim versus margines hirsuta: *Lacinie* corollæ ovatæ, acutæ.

FOLLICULI duo cylindrici, utrinque angustati, incurvi, læves.

ASCLEPIAS foliis linearibus revolutis oppositis, caule fruticoso. Tab. VIII. fig. 1. *Setosa* 21-22.

*Asclepias setosa; foliis margine revolutis.* FORSK. Descr. pag. 51. no. 76.

CAULIS erectus, fruticosus, teres.

RAMI subvillosi, a casu foliorum muricati, crassitie pennæ columbinæ.

FOLIA omnia opposita, sessilia, approximata, linearia, basi revoluta, acuta, glaberrima, subtus pallidiora, pollicaria.

PEDUNCULI interfoliacei, solitarii, subvillosi, longitudine foliorum, umbelliferi.

UMBELLÆ erectæ, quinquefloræ.

COROLLA reflexa, magnitudine Ascl. fruticosæ.

FOLLICULI inflati, ovato-acuminati, hispidi; setis sparsis flexilibus.

Differt ab Ascl. sibirica caule fruticoso erecto, foliis omnibus oppositis, umbellis paucifloris, floribus majoribus viridibus.

## S A L S O L A.

*Muricata.* SALSOLA fruticosa patula, ramulis hirsutis, calycibus spinosis. LIN. S. V. pag. 263.

*Salsola monobracæa; diffusa frutescens; foliis linearibus pilosis, inermibus; calycis seta in spinam transcunte.* FORSK. Descr. pag. 55. no. 85.

In herbario PERUVIENI invenitur sub nomine Kali ægyptiacum villosum calyce stellato aculeato VAUQUANTII.

## A N A B A S I S.

*Spinosissima.* ANABASIS frutescens, ramis nudis spinosissimis. LIN. S. V. pag. 264.

*Salsola mucronata; fruticosa, ramulis mucronatis, foliis subulatis, inermibus.* FORSK. Descr. pag. 56. no. 88.

## S W E R T I A.

*Decumbens* 4-5. SWERTIA corollis quinquepartitis, foliis lineari-lanceolatis, caulibus decumbentibus.

*Parnassia polynæstaria foliis lineari-lanceolatis; nectariis decem setosis.* FORSK. Descr. pag. 207. Icon. tab. 5. fig. b.

CAULES decumbentes, filiformes, superne ramosi, obscure angulati, glaberrimi, uti tota planta.

FOLIA sessilia, opposita, remota, lineari-lanceolata, basi subconnata, patentissima, semipollicaria.

PEDUNCULI gemini ex apice ramorum, filiformes, basi foliolo lineari.

CALYX quinquepartitus uti Corolla.

STIGMATA duo.

Reliqua vide FORSK. Descr. l. c.

## B U P L E U R U M.

*Obliquum* 14-15. BUPLEURUM frutescens foliis lanceolatis obliquis, involucri involucrellisque reflexis.

*Bupleurum gibraltarium frutescens foliis longis acutis aristatis involucri & involucrellis reflexis.* LA MARK Encycl. B. n. 16.

*Bupleurum arborescens.* JACQU. Coll. vol. 2. p. 343.

Habitat ad Algezir Hispaniæ.

CAULIS fruticosus, erectus, simplicissimus, teres, glaber, striatus, 3-4 pedalis, versus apicem ramosus.

FOLIA alterna, semiamplexicaulia, basi oblique flexa, lanceolata, obtusa, mucronata, integerrima, margine flavescencia, cartilaginea, lævia, glaberrima, subcoriacea, 2-3 pollicaria.

UMBELLA terminalis; *universalis* 20 radiatus; *partialis* 12 radiatus: *laterales* ramulorum 12-14 radiati.

*Involucri & involucrellæ* 5-6 phylla, reflexa, pedunculis pedicellisque duplo breviora.

## CACHRYS.

- CACHRYS foliis pinnatis ternatisque: foliolis oblongis crenatis, feminibus hirsutis. *Panaxifolia*  
*Panax ficulum femine hirsuto.* BOCCON. plant. sic. rar. pag. 1. Tab. I. 4  
*Cachrys Ungarica panacis folio.* TOURNEF. Inst. R. H. p. 325.  
 Legi in Castilia nova & Barbaria minus frequentem 4.  
 CAULIS tripedalis, striatus, canescens, teres, fæctus.  
 FOLIA radicalia pinnata, quina, caulina ternata. *Foliola* oblonga, sessilia, extrema tria subconfluentia, crenata, venis villosa, scabra, subtus pallidiora, lateralibus basi altero latere obliqua, terminale reliquis majus.  
*Petioles* striati, uti etiam nervus costalis.  
 UMBELLÆ terminales, concavæ, tredecim radiatæ: *partiales* confimiles.  
 INVOLUCRA 7-8 phylla; *foliolis* linearibus-subulatis, reflexis, villosis, radiis multoties brevioribus. *Involucella* foliolis copiosioribus, cæterum similibus involucri.  
*Petala* minuta, alba.  
 SEMINA oblonga, hirsuta, incana, parum suberosa. *Styli* bini, reflexi, persistentes, feminibus breviores.

## STATICE.

- STATICE scapo simplici capitato, foliis linearibus triquetris rigidis pungentibus. *Juniperifolia*  
*Statice maritima lamellina, folio capillaceo, rigido.* TOURNEF. I. R. H. 1-2.  
 pag. 341.  
 Habitat ad littora maris in Hispania & Lusitania 4.  
 Cæspitosa, glabra.  
 FOLIA triquetra, rigida, apice mucrone albo pungentia, semipollicaria.  
 SCAPUS foliis duplo altior, striatus.  
 CAPITULUM, flores & reliqua ut in Stat. Armeria.  
 Si varietas armeriæ certe notabilis & maxime memoratu digna est, cum per plures annos in horto culta habitum retinet, nec quantum novi, alibi observata ad littora maris mediterranei nisi in Hispania & Lusitania.  
 STATICE scapo paniculato, foliis lanceolatis trinerviis subundulatis apice mucro- *Incana*,  
 natis, paniculæ ramis triquetris. LIN. Mant. 59. 513. S. V. pag. 300.  
*Statice speciosa.* FORSK. Cat. pl. Ægypt. pag. 65. n. 192.  
 Habitat in Ægypto 4.  
 Bractææ ovato-acuminatæ, amplectentes, margine membranaceæ.  
 Glumæ quatuor oblongæ, acuminatæ, inæquales, concavæ, apice parulæ, margine membranaceæ, intima trifida: laciniis linearibus, acutis.  
 Planta FORSKÄLÆ in omnibus consentit cum specimine, quod ab Illust. LINNE habui.  
 STATICE scapo simplici tereti, spicis lateralibus terminalibusque secundis, foliis spatulatis acutis. *Auriculifolia*  
*Limonium lusitanicum, auriculæ urfi folio.* TOURNEF. I. R. H. p. 342. fide  
 Herb. TOURNEF.  
 Legi ad littora maris in Barbaria 4.  
 RADIX superne divisus ut in congeneribus.

FOLIA omnia radicalia, plura, spachulata, crassa, enervia, mucrone rigido terminata, semipollicaria.

SCAPUS erectus, teres, laevis, spithameus. *Rami* nulli nisi pedunculi simplices, teretes, patentes, laterales & terminales.

SPICÆ solitariae, interdum binæ, oblongæ, pedunculatæ, patentes.

*Flores* confertissimi, secundi, erecti, duplici serie, quatuor a totidem bracteis inclusi. *Bracteæ* inæquales: duæ exteriores breviores, ovatae, duæ interiores majores, omnes glauco-fuscescentes, margine membranaceo splendente lineaque marginali purpurascente. Præterea adhuc bracteæ binæ tenerrimæ ad basin singuli flosculi.

Aliam communicavit Dr. BROUSSENET in Hispania lectam, foliis latioribus brevioribus, scapo digitali, pedunculis fastigiatis, specie vero vix diversam. A *Statice* cordata distabat, cui folia apice rotundata vel retusa absque mucrone, scapus ramosus, spicæ alternæ erectæ, teretes plures in pedunculo communi, flores alterni, solitarii intra squamas. Affinis *St. oleaefolia* Scopoli deliciae Fl. & Faunæ Inf. p. 1. pag. 24. tamen diversa.

*Axillaris* 14-15. STATICE caule fruticoso folioso, paniculis spicatis axillaribus, foliis lanceolatis vaginantibus. Tab. IX. fig. a. gluma & calyx lente aucta.

*Statice axillaris*; caule fruticoso, folioso; paniculis axillaribus dichotomis; floribus erectis confertis. FORSK. Descr. pag. 58. no. 96.

CAULIS erectus, teres, inferne tectus squamis, ramosus.

FOLIA alterna, conferta, lanceolata, integerrima, obtusa, glabra, crassa, sensum versus basin attenuata, pollicaria, omnino figura *Stat. monopetalæ*.

SPICÆ paniculatæ, axillares. PEDUNCULUS communis teres, foliis longior: pedicelli flexuosi, altero latere planiusculi. *Flores* minuti.

Gluma quadrivalvis; valvulis oblongis, glabris; margine membranaceis, obtusis. Structura omnino *St. monopet.* diversa vero inflorescentia axillari.

*Cylindrifolia* 15-16. STATICE caule fruticoso folioso dichotomo, foliis teretibus vaginantibus. Tab. X. fig. a. gluma cum calyce magnitudine aucta.

*Limonium galliferum*, foliis cylindricis. SRAW. Afr. p. 369.

*Statice cylindrifolia*; caule fruticoso, folioso, ramoso, foliis cylindricis acuminatis. FORSK. Descr. pag. 59.

CAULIS fruticosus, erectus, teres, dichotomus, crassitie pennæ anserinæ, undique tectus squamis imbricatis, ovatis, obtusis, aridis.

FOLIA versus apices ramorum, conferta, cylindræa, interdum parum incurva, squamis fuscis vaginantibus insidentia, lævia, coriacea solida, obtusissima, mucronata, inæqualia, sæpe pollicaria, rarius superne parum crassiora.

SPICÆ paniculatæ. *Flores* conferti.

PEDUNCULUS communis usque axillis supremis, bi-vel 3 pollicaris, flexuosus.

Gluma trivalvis calycem involvens: valvulis inæqualibus, concavis, margine membranaceis, calyce brevioribus: interioribus oblongis, exteriori subrotunda.

CALYX glaber, albidus, fusco quinquerradiatus.

*Pruinosa*. STATICE caule flexuoso ramoso furfuraceo. LIN. S. V. pag. 301.

*Statice aphylla*; caule ramoso articulado, undulato, tuberculato; foliis nullis, squamis ad genicula. FORSK. Descr. pag. 60. no. 99.

CAULIS & rami articulati: *articuli* sub ramis in squamam oblongam, fuscam, glabram, margine membranaceam definientes. *Ramuli* ex axillis ramorum, basi simili squama instructi.

SPICÆ paniculatæ ex apice ramorum.

Synonymum Shawii, quod citat LINNÆUS, deleatur, cum ad Stat. cylindrifoliam pertinet.

## TRADESCANTIA.

TRADESCANTIA repens lævis, spathis triphyllis imbricatis. LIN. S. V. p. 315. *Papilionacea.*  
Mant. 61.

*Tillandsia decumbens; foliis ovato-lanceolatis.* FORSK. Descr. pag. 72. no. 23. β.

FLORES non modo terminales, sed etiam axillares.

Maxime vitiose tradidit ordinatp̄ schedularum FORSK. hujus plantæ nomen, nunquam enim credidit FORSK. illam esse speciem Tillandsiæ, quam sub nomine Tradescantiæ FORSK. semper vidi in herbario.

## RUMEX.

RUMEX, floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis nudis, foliis oblongis *Nervosus*  
trinerviis. 20-21.

*Rumex perficarioides, floribus hermaphroditis, valvulis integris nudis, foliis oblongo-lanceolatis.* FORSK. Descr. pag. 76. no. 41.

CAULIS suffruticosus. *Rami* teretes, striati; *articuli* apice fusci, pollicares.

FOLIA petiolata, oblonga, suprema lanceolata, omnia acuta, integerrima, glaberrima, crassa, avenia, trinervia, glauca, pollicaria & ultra.

*Petiolus* longitudine foliorum.

*Stipule* membranaceæ, vaginantes, truncatæ.

PANICULA terminalis. *Pedicelli* capillares, sub flore incrassati, fructu longiores.

CALYX reflexus.

SEMEN valvulis orbiculatis, glabris, integerrimis, nudis.

## ANTICHORUS.

ANTICHORUS. L. MANT. pag. 64. S. V. pag. 359.

*Depressus.*

*Jussiaea edulis; caulibus prostratis, foliis longe petiolatis, ovatis, margine plicata serrata; floribus tetrapetalis octandris.* FORSK. Descr. pag. 210. no. 44.

FLORES in planta spontanea semper solitarii.

## MIMUSOPS.

MIMUSOPS foliis confertis. LIN. S. V. pag. 360.

*Kanki.*

*Binefaria.* FORSK. Descr. pag. 82.

Nihil de Nestariis Mimufopis in editione 6ta generum plantarum, vel in Systemate Veget. Holm. 1759 commemoratur, quapropter FORSKÆLÆUS ob eorum præsentiam genus novum formavit. Character tantummodo in novissimis editionibus emendatus habetur, ideoque FORSKÆLÆI error excusari potest. Descriptio FORSK. documento est, quantum ad omnia attentus fuerit Vir nunquam satis laudandus.

## A M Y R I S.

*Kataf* 3-4. AMYRIS foliis ternatis, apice serratis, pedunculis confertis bifidis.  
*Amyris Kataf; foliis ternatis, apice serratis, pedunculis dichotomis.* FORSK.  
 Defcr. pag. 80.

Am. Sylvatica & maritima differunt ab Am. Kataf foliis nitidis crenatis panicula terminali brachiata. Reliqua FORSK. habet l. c.

*Gileadenfr.* AMYRIS foliis ternatis, integerrimis, pedunculis unifloris terminalibus (lateralibus LIN.) LIN. Mant. 65. S. V. pag. 361. Amoen. Ac. 7. pag. 68.

*Amyris opobalsanum; foliis ternatis, integris, pedunculis unifloris.* FORSK.  
 Defcr. pag. 79. ubi defcr.

Tab. XI. sinit ramum foliis & floribus instructum magnitudine naturali fig. a. flores lente auctos.

## D A P H N E.

*Thymelæa.* DAPHNE floribus sessilibus axillaribus, foliis lanceolatis, ramis simplicissimis.

*Daphne thymelæa.* LIN. S. V. pag. 371.

Copiosissime inveni ad fines Castiliæ novæ versùs Navarram.

FRUTICULUS humilis, basi tantum ramosus. *Rami* erecti, simplicissimi, læves.

FOLIA lanceolata, glaberrima, erecta, glauco-viridia, unguicularia.

FLORES axillares, solitarii, interdum bini vel tres, sessiles, folio breviores, dioici, tetrandri.

Daphne dioica differt caule ramosissimo, ramis verrucosis, foliis confertioribus brevioribus, versùs apicem latioribus, nec utrinque angustatis.

*Vermiculata* 3-4. DAPHNE floribus sessilibus lateralibus solitariis glabris, foliis lineari-lanceolatis villosis.

*Sanamunda vermiculata.* BARREL. Icon. p. 231.

Legi in Regno Aragoniæ.

FRUTEX humilis, rigidus, ramosissimus. *Rami* purpurascèntes, verrucosi, superne villosi.

FOLIA sessilia, conferta, lineari-lanceolata, crassa, obtusa, villosa.

FLORES axillares, solitarii, oppositi, sessiles, glabri, folio breviores. *Squamæ* binæ, oppositæ, minutæ; ad basin calycis.

COROLLÆ laciniæ ovatæ.

*Sericea* 14-15. DAPHNE floribus aggregatis terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis subtus villosis, laciniis corollæ obtusis.

*Thymelæa cretica oleæfolio subtus villosa.* TOURNEL. Cor. 41.

Habitat in Creta. BROUSSENET Ichtyologus fuitimus. Neapoli legit Illust. de SCHLANDUSCIL.

FRUTEX ramosissimus. *Rami* teretes, fusci, superne villosi.

FOLIA versùs apicem ramulorum, conferta, sessilia, lanceolato-elliptica, avenia, integerrima, acuta, supra glabra, subtus villosa.

FLORES purpurei, terminales, sessiles, quinque.

COROLLÆ *tubus* villosa-sericeus, basi amplius. *Limbi* laciniis oblongis, obtusis, intus glabris, tubo dimidio brevioribus.

## FRUCTUS subovatus.

A *Daphne olcoide* differt foliis subtus villosis, numero florum, laciniis limbi oblongis.

DAPHNE floribus aggregatis sessilibus terminalibus, foliis oblongis obtusissimis subtus villosis. *Buxifolia* 14-15.

*Thymelæa orientalis buxifolia subtus villosa, flore albo.* TOURNEF. Corol. 41.

Habitat in Oriente. BROUSSONET.

FRUTEX ramis teretibus, villosis, nudis.

FOLIA versus apicem ramulorum, approximata, sessilia, oblonga, basi parum angustiora, apice rotundata, juniora utrinque villosa, reliqua tantum subtus, avenia, unguicularia.

FLORES terminales, sessiles, 6.

COROLLÆ tubus extus villosus-sericeus, basi gibbus; laciniæ oblongæ, obtusæ.

A præcedente differt figura foliorum & Corolla alba.

## P A S S E R I N A.

PASSERINA foliis carnosis extus glabris, caulibus tomentosis. LIN. S. V. p. 374. *Hirsuta.*

*Passerina Metnan; foliis ovatis, incurvis, quadrifariam imbricatis, caule tomentoso; floribus congestis, sessilibus terminalibus.* FORSK. Descr. p. 81. no. 51.

SHAW iter no. 587.

Planta frequens in Europa australi, copiosissimam vero vidi in variis locis Regni Tuncani, ubi cum Rosmarino pro focis infervit.

RAMI apice nutantes.

FLORES 6-10 in capitulis lateralibus, vel terminalibus, sulphurei.

*Antheris* fulvis.

INVOLUCRUM pentaphyllum, sub singulo capitulo.

Planta junior absque tomento in caule & pagina superiore foliorum foliisque decussatis faciem diversam habet, ut primo intuitu differens videatur. Floret mensē Februarii.

## C A S S Y T A.

CASSYTA filiformis laxa. LIN. S. V. pag. 384.

*Filiformis.*

*Volutella aphylla.* FORSK. Descr. pag. 84. no. 56.

## C A S S I A.

CASSIA foliis septem-jugis lanceolatis, extremis majoribus, petiolis eglandulatis caule fruticoso. *Angustifolia* 23-24.

Habitat in Arabia. Inter FORSKÆLÆI plantas absque nomine inveni.

Tota glabra.

FOLIA pinnata, septem-juga. *Foliola* lanceolata, sensim versus apicem majora, mucronata, subpollicaria.

*Petiolus* absque glandula, quadripollicaris.

*Stipulæ* minutæ lanceolato-subulatæ, deciduæ.

PEDUNCULI versus summitatem, axillares, solitarii, petiolo longiores.

*Florēs* racemosi, decandri.



LEGUMINA pendula, glabra, compressa, rhombico-oblonga, utrinque oblique rotundata, pollicaria: immatura falcata.

SEMINA 5. 6.

A Cassia fenna differt numero & figura foliorum, leguminibus maturis intus non curvatis.

A C. Legumina foliis extimis majoribus, petiolis eglandulatis discrepat.

*Nigricans* 32-33. CASSIA foliis quatuordecim-jugis lineari-oblongis obrutissimis mucronatis, glandula bascos sessili.

*Cassia procumbens*. FORSK. Catal. pl. arab. pag. 111.

FRUTICULUS erectus ramis teretibus, purpureis, hirtis, ramulis ex omnibus axillis, longitudine foliorum.

FOLIOLA lineari-oblonga, vix pilosa, juniora villosa, altero latere angustiora, basi obliqua, apice obrutissima, mucronata, sensim extrorsum minora.

Petiolis glandula parum infra foliola, oblonga, sessilis.

*Stipulae* lanceolatae, ciliatae, parvae.

PEDUNCULI gemini sive tres, brevissimi, axillares.

LEGUMEN lineare subpilosum.

Exsiccatione nigra evadit, villis foliorum juniorum flavescentibus.

## GUILANDINA.

*Bonducella*. GUILANDINA, aculeata, pinnis oblongo-ovatis, foliis aculeis geminis. LIN. S. V. pag. 366.

*Glycyrrhiza aculeata*; ramis rachibusque foliorum universalibus & partialibus aculeatis. FORSK. Descr. pag. 135. no. 20.

## HYPERANTHERA.

*Character essentialis.*

COROLLA inaequalis calyci insidens. LEGUMEN trivalve torulosum.

*Moringa* HYPERANTHERA floribus semidecandris foliis subbipinnatis: foliolis inferioribus ternatis.

*Guilandina moringa*. LIN. S. V. pag. 396.

In omnibus, quos aperui, floribus, filamenta tantum quinque antherifera inveni, reliqua vero semper Antheris orbata; cum meis observationibus satis consentit REEDII Hort. Malab. T. VI. p. 17. cui paria staminum uno apice obteguntur, nec plura quam stamina 5. numerat RUMPHIUS in Herb. Amb.

*Semidecandra* 2. HYPERANTHERA floribus semidecandris, foliis bipinnatis apice simpliciter pinnatis.

*Hyperanthera peregrina*. FORSK. Descr. pag. 67.

*Gymnocladus arabica*. LA MARK. Encycl. nov. n. 2.

FOLIA bipinnata cum impari 6-8 juga. Foliola 5. 6. sejuga, breve-petiolata, opposita, versus apicem sensim majora, remota, glabra, semiunguicularia.

FLORES paniculato-racemosi: Pedunculis pedicellisque alternis.

Convenit cum *Moringa* inflorescentia, flore & fructu, differt foliis aequaliter bipinnatis nec foliolis interioribus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis, non vero obovatis.

HYPE-

HYPERANTHERA foliis bipinnatis: basi apiceque simpliciter pinnatis.

*Dioica* 3.

*Guilandina dioica.* LIN. S. V. pag. 396.

*Gymnocladus canadensis.* LA MARK. Encycl. nov. n. 1.

## TRICHILIA.

TRICHILIA foliis pinnatis, subtus villosis, foliolis ellipticis.

*Emetica*

*Elcaja.* FORSK. Descr. p. 127. no. 100.

2-3.

RAMI villosi, teretes.

FOLIA pinnata cum pari, interdum cum impari FORSK. *foliolis* suboppositis, brevissime petiolatis, ellipticis, subtus villosis, exterioribus majoribus, bipollicaribus.

PEDUNCULI ex axillis supremis petiolis multoties breviores.

*Flores* corymbofo-paniculati, duplo majores quam in *Trich. spondioides* Schwartzii.

*Bracteis* ovatis, minutis.

CALYX quinquefidus: *laciniis* rotundatis, villosis.

COROLLA pentapetala: *petalis* oblongis, basi parum angustioribus, villosis, obtusis, calyce duplo longioribus.

FILAMENTA in tubum connata, longitudine corollæ, in flore perfecto absque dilaceratione a se invicem facillime separabilia: *tubus* inferne glaber, superne secundum filamenta & intus villosa.

*Antheræ* decem, erectæ, oblongæ.

STYLUS longitudine tubi filamentorum. *Stigma* capitatum ut in *Trichilia spondioides*.

TRICHILIA foliis ternatis, foliolis ovatis.

*Nervosa* 4.

*Melia Koetjape.* BURM. Fl. Ind. pag. 101.

Habitat in Java. BURMANNUS.

RAMI apice villosi-tomentosi.

FOLIA petiolata, ternata: *Foliola* breve petiolata, ovata, integerrima, acuta, nervis subtus villosa; supra glabra, avenia, bipollicaria.

*Petiolus* longitudine foliolorum, villosi-tomentosus, supra canaliculatus.

PEDUNCULI axillares, erecti, petiolo longiores.

*Flores* in paniculis brevibus, conferti; foliolum lanceolatum ad basin singuli.

CALYX villosus; dentibus rotundatis.

COROLLA villosa, calyce duplo longior.

TRICHILIA foliis ternatis, foliolis obovatis nitidis.

*Trifolia.*

*Trichilia trifolia* foliis ternatis. LIN. S. V. pag. 399.

## JUSSIEA.

JUSSIEA erecta glabra floribus tetrapetalis octandris sessilibus. LIN. S. V. *Erecta*, pag. 403.

*Jussiaea diffusa caule repente; foliis lanceolatis.* FORSK. Descr. pag. 210.

CAULIS ascendens.

Variat floribus tetrapetalis octandris & pentapetalis decandris teste THUNBERGIO Flor.

Jap. pag. 180. Fructus sessilis non vero pedunculatus, pedunculo foliis longiore.

Ceterum convenit cum figura Just. erectæ in hort. Malab. Tom. 2, tab. 50.

## T R I A N T H E M A.

*Crystallina* 1-2. TRIANTHEMA floribus pentandris monogynis congestis, foliis ovalibus, caulē fruticoso.

*Papularia crystallina; monogyna; calyce nullo; corolla monopetala.* FORSK.  
Descr. pag. 69.

CAULES ramosi, procumbentes, diffusi. *Rami* filiformes, glabri, obfiti papulis hyalinis æque ac folia, teretes, articulati.

FOLIA petiolata, opposita, ovalia, integerrima, avenia, crassiuscula, vix seminaugicularia, altero latere breviora: folio altero minore, ut in congeneribus.

*Petiolus* longitudine folii, basi bidentatus.

FLORES congesti, alterni, minuti.

CALYX quinquefidus; laciniis sub apice mucronatis more generis.

*Fruticosa* 2-3. TRIANTHEMA fruticosa monogyna filamentis alternis antheriferis.

*Gymnocarpus decandrum.* FORSK. Descr. pag. 65. no. 8. Icones Tab. 10.

Habitat etiam in Regno Tunetano.

FRUTICULUS ramosus, glaberrimus. *Rami* patuli, articulati: *articuli* superne parum incrassati, fusco-punctati, inferne cinerei.

FOLIA opposita, sessilia, carnosa, teretia, bilinearia, mucronata: mucrone pungente. Interdum fasciculus foliorum in axillis.

*Stipula* utrinque ovata, acuta, foliis triplo brevior, hyalina.

FLORES terminales in ramulis, 4. 5. sessiles, interjectis *bracteis* hyalinis.

CALYX quinquefidus, rubulosus: *laciniis* linearibus, margine membranaceis, obtusis, infra apicem mucronatis.

COROLLA nulla.

FILAMENTA decem ad basin laciniarum, capillacea, alterna antherifera.

*Germe*n oblongum. *Stylus* unicus. *Stigma* acutum.

Licet solum frustum immaturum vidi in speciminibus Herbarii FORSK. observavi tamen in seminaturo semine membrana cum stylo fecedente rectum esse, statuere igitur licet involucrum aliud adesse præter Calycem induratum. Hinc credo, cum Calyx & stipulatio eadem sunt ac in reliquis speciebus Trianthemæ, me nil extra numerum fecisse anodumque, dum Gymnocarpum ad hoc genus polymorphum retuli. Forte etiam semina bina adsunt, unum supra alterum, pro certo tamen asseverare non audeo, semen enim unicum, quod vidi, non nisi dimidiam partem membranæ replevit, reliqua pars vacua erat.

## D I A N T H U S.

*Pumilus* 18-19. DIANTHUS acaulis, foliis linearibus.

*Dianthus uniflorus; scapo brevissimo, unifloro; foliis linearibus.* FORSK. Cat. pl. Arab. pag. 111. no. 284.

Planta cæspitosa.

FOLIA ad terram congesta, linearia, acuta, glabra, semipollicaria.

SCAPUS subnullus. *Flores* sessiles solitariæ.

CALYX longitudine foliorum, glaber, striatus, squamis 6. oblongis, acuminatis flore brevioribus, exterioribus minoribus.

*Petala* dentata.

## A R E N A R I A.

ARENARIA caulibus suffruticosis dichotomis, foliis seraceis, pedunculis terminalibus simplicibus unifloris. Tab. XII. *Filifolia*  
21-22.

*Arenaria filifolia*, foliis filiformibus liberis. FORSK. Descr. pag. 211.

Caulis suffruticosus, debiles, teretes, glabri.

Folia setacea, in ramulis inferne conferta, patentia, glabra.

PEDUNCULI tres ex apice ramulorum, simplicissimi, in medio foliolis binis, oppositis, subulatis.

CALYCIS foliola lanceolato-acuminata, glabra, biftriata.

## P O R T U L A C A.

PORTULACA, foliis cuneiformibus planis, pedunculis inferioribus racemi trifloris, calycibus diphyllis. *Cuneifolia*  
8-9.

*Orygia portulacifolia*; foliis alternis, cuneatis, glabris. FORSK. Descr. pag. 103.

Atinis Port. parentis, dignoscitur ab illa pedunculis crassioribus, inferioribus apice floribus ternis pedicellatis: reliqua vide FORSK. l. c.

PORTULACA foliis obovatis mucronatis, calycibus pentaphyllis, caule fruticoso decumbente. *Decumbens*  
9-10.

*Orygia decumbens*; caule decumbente, fruticoso; foliis ovato-acutis, subfarinosis.

FORSK. Descr. p. 103.

CAULIS fruticosus, decumbens: ramis angulatis, rore glauco rectis, uti tota planta.

FOLIA alterna, petiolata, remota, obovata, integerrima, subundulata, avenia, crassiuscula, mucronata.

RACEMI ex axillis supremis; squama subulata e latere opposito pedicelli.

CALYX pentaphyllus.

CAPSULA quinquevalvis.

## O C H N A.

OCHNA pedunculis unifloris.

*Euonymus inermis foliis alternis ovatis ferrulatis.* FORSK. Descr. pag. 204. *Parvifolia*  
3.

Refert Ochnam squarrosam demta magnitudine foliorum & inflorescentia.

FRUTEX ramis teretibus, glabris: cortice cinereo-punctato.

FOLIA tantummodo in ramulis, petiolata, oblonga, ferrulata, basi integerrima, venosa, nitida, unguicularia.

PEDUNCULI ad latera ramulorum, solitarii, uniflori, superne sensim incrassati, purpurei, folio longiores.

CALYX & FRUCTUS ut in Ochna.

Dubius ad Euonymum retulit FORSK. ut ex schedula plantae affixa mihi patiat.

## G R E W I A.

GREWIA foliis orbiculatis, pedunculis solitariis unifloris.

*Populifolia*  
1-2.

*Chadara tenax.* FORSK. Descr. pag. 105. no. 23.

FRUTEX ramosus: rami tenues, glabri, cinerascetes.

FOLIA petiolata, alterna, sparsa, orbiculata, inaequaliter obtuse dentato-crenata; unguicularia, venosa, supra glaberrima, subtus vix pubescentia, pilis stellatis oculo armato videndis.

PETIOLUS filiformis, longitudine foliorum.

PEDUNCULUS solitarius, filiformis, folio parum longior, ex eadem gemma, uniflorus. Flores Grewia occidentali parum minores.

BRACTEAE binæ, oppositæ, in medio pedunculi, deciduæ.

CALYX pentaphyllus; foliolis linearibus, obtusis, villosis, intus glabris, coloratis.

PETALA linearia, calyce breviora.

Affinis quam maxime Grewia occidentali, habitus vero laxior, folia orbiculata populi tremulae dependentia, pili stellati subtus.

*Orientalis.* GREWIA foliis ovatis crenatis utrinque scaberrimis, pedunculis axillaribus trifloris.

*Pai-paroea.* RHEED. Malab. 5. pag. 91. tab. 46.

*Grewia foliis sub lanceolatis, floribus solitariis.* LIN. S. V. pag. 826.

FOLIA obtusiuscula, basi utrinque saepe triglandulosa, crenata, subtus punctis numerosissimis, quibus insident pili stellati.

PETIOLI, pedunculi, rami superne calycesque intense pilosi.

Distinguitur ab insequentibus figura foliorum & scabritie.

*Lavigata* 2-3. GREWIA foliis ellipticis acuminatis, utrinque laevibus, basi integerrimis, pedunculis trifloris.

Habitat in India Orientali. KÖNIG.

RAMI cortice purpurascens albo punctati.

FOLIA brevissime petiolata, elliptica, acuminata, obtusa, extrorsum ferrata, basi integerrima, bi- five tripollicaria. *Stipulae* subulatae, pubescentes.

PEDUNCULI axillares, solitarii, petiolo quadruplo longiores. *Pedicelli* longitudine fere petiolorum.

Differt ab insequente foliis longioribus, basi integerrimis eglandulosis, pedunculis trifloris longis.

*Glandulosa* 2-3. GREWIA foliis ovato-lanceolatis acuminatis utrinque laevibus, basi glandulosis, floribus solitariis subsessilibus.

Habitat in Insula Isle de France dicta.

RAMI scabriusculi.

FOLIA ovato-lanceolata, acuminata, acuta, glabra, utrinque laevia, crenata: crenis 3. 5. basi proximis glandulosis.

PETIOLUS brevis.

FLORES axillares, solitarii, brevissime pedunculati.

*Frustrificatio* ut in reliquis.

*Hirsuta* 2-3. GREWIA foliis lanceolato-ovatis mollibus, calycibus pilosissimis, pedunculis trifloris.

Habitat ad summities Montium Ind. Orient. KÖNIG.

RAMI molliter pilosi, praesertim superne.

FOLIA brevissime petiolata, lanceolata, basi rotundata, altero latere breviora acuminata, nervoso-venosa, subtus villosiora, subviridia, inaequaliter acute ferrata, sesquipollicaria.

*Stipulae* setaceae, longitudine petiolorum.

PEDUNCULI axillares, terni, interdum solitarii, triflori. *Flores* subsessiles: involucro triphylo, lanceolato.

PETALA brevissima, oblonga, ciliata.

Facili negotio distinguitur a reliquis foliis mollissimis lanceolato-ovatis.

GREWIA foliis oblongis subtus tomentosis incanis.

*Excelsa*

*Chadara arborea; foliis ovatis, serratis, glabris.* FORSK. Descr. pag. 105.

2-3.

FOLIA inæqualiter obtuse serrata, supra lævia, nervoso-venosa, subtus incana.

PEDUNCULI axillares sæpe solitarii, triflori: pedicelli angulati.

GREWIA foliis cordato-subrotundis subtus canis, pedunculis axillaribus subquaternis petiolo longioribus. *Asiatica.*

*Grewia asiatica foliis cordatis.* LIN. S. V. p. 827. Mant. p. 122. \*

Rami pube canescentes.

FOLIA exacte figura & magnitudine Tiliæ, supra glabra, quinquenervia: nervis supra canescentibus, inæqualiter acute serrata.

Petioli breves, clavati.

PEDUNCULI axillares: inferne quatuor, superne tres, sesquipollicares, triflori: pedicelli pedunculo duplo breviores. *Stipule* subulatae, petiolum fere æquantes.

CALYX & reliqua ut in congeneribus.

Pedunculis gaudet longioribus quam reliquæ species hujus generis.

GREWIA foliis cordato-subrotundis utrinque glabris, pedunculis petiolo brevioribus. *Tiliæfolia*

3-4.

Habitat in India Orientali.

RAMI glabri, cortice fusco, cinereo minutissime punctati, juniores subvillosi.

FOLIA palmaria & ultra, nervosa, venosa, lobo altero bascos parum breviora, obtuse serrata: serraturis subæqualibus.

Petioli unguiculares, apice pulverulenti, vix incrassati.

*Stipule* semicordatae, acuminatae, petiolo duplo vel triplo breviores.

PEDUNCULI axillares, gemini vel terni, triflori, petiolo plerumque dimidio breviores.

INVOLUCRUM triphyllum: *foliolis* lanceolatis, obtusis, concavis, longitudine pedicellorum.

CALYX extus tomentosus, intus glaber, coloratus.

GERMEN breve petiolatum.

FRUCTUS dioecus.

Similis Gr. asiaticæ, diversa vero foliis duplo majoribus, obtuse serratis, petiolis vix incrassatis, stipulis semicordatis nec subulatis, pedunculis petiolo dimidio brevioribus, minime vero duplo longioribus, floribus duplo minoribus.

*Microcos lateriflora* LIN. Fl. Zeyl. p. 93. n. 208. & Spec. plant. p. 732. quæ in Syst. Veget. edit. 14. ad Grewiam asiaticam ab Ill. MURRAY amandatur, potius huc revocanda, cum folia glabra, obtuse serrata, stipula dimidiato-ovata & pedunculi petiolum æquantes nostram potius plantam indicare videntur quam Grew. sub nomine Asiaticæ in MANT. p. 122. descriptam, quæ revera differre, tam ex descriptione LINKEANA l. e. quam ex nostra, satis apparet.

A *Grewia malococca* LIN. Suppl. p. 409. differt fructu glabro aliisque notis.

GREWIA foliis ovalibus utrinque mollissimis subtus incanis, pedunculis axillaribus subternis trifloris. *Velutina*

4-5.

*Chadara velutina foliis alternis, ovato-acutis, ferratis velutinis basi obliquis.*  
 FORSK. Defcr. p. 106. no. 25.

**CAULIS** fruticosus. *Rami* tomento mollissimi uti reliquæ partes plantæ.

**FOLIA** petiolata, alterna, ovalia, interdum versus apicem subangulata, ferrata: ferraturis obtusiusculis, remotis, inæqualibus, obtusa, subtus albidiora, venosa, basi latere altero obliqua, pollicaria.

*Petioles* brevissimi. *Stipulae* fetaceæ, deciduæ.

**PEDUNCULI** axillares, 2-3, triflori, longitudine petioli.

**FLORES** minores quam in asiatica.

A *G. hirsuta* differt ramis folisque minime pilosis, f. imprimis subtus, demum ferraturis minutionibus. A simis.

Obf. *Grewia fulvisolia* LIN. Suppl. p. 409. Genere a germine coronante & aliis notis.

## M Æ R U A.

*Character essentialis.*

**CALYX** quadrifidus tubo nectarifero. **COROLLA** nulla. **STIGMA** sessile.

*Character naturalis.*

**CALYX** *perianthium* monophyllum, coriaceum, quadrifidum. *Tubus* tetragonus, brevis, superne latior. *Limbi* laciniae oblongæ, obtusæ, reflexæ, tubo parum longiores.

**COROLLA** nulla.

*Nectarium* in fauce tubi calycis, integrum vel divisum, calyce brevius, connivens, pedicellum germinis regens.

**STAMINA** *filamenta* numerosa ad basin germinis, filiformia, calyce duplo longiora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

**PISTILLUM** *germen* cylindricum, filamentis brevius, pedicellatum, glabrum: pedicello filiformi, tetragono, superne crassius, longitudine tubi. *Stylus* nullus. *Stigma* sessile, obtusum.

*Grewia* affinis, abunde vero differt calyce quadrifido, nectario faucem tubi coronante, stigmate sessili.

*Uniflora* 1. **MÆRUA** pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris, nectariis divisis.

*Mærua crassifolia.* FORSK. Defcr. pag. 104.

**FRUTEX.** *Rami* teretes, patentes, laeves, glaberrimi, cortice purpurascente.

**FOLIA** petiolata, alterna, sparsa, sæpe plura ex eadem gemma, ovalia, integerrima, mucrone minato terminata, crassa, avenia, semiunguicularia.

*Petiolus* longitudine folii.

**FLORES** axillares, pedunculati: *pedunculus* solitarius, uniflorus, filiformis foliis duplo longior.

**NECTARIUM** multifidum: *lacinis* filiformibus.

*Racemosa* 2. **MÆRUA** floribus racemosis, nectariis integris, foliis retusis.

Habitat in Arabia. FORSKÄL.

**RAMI** teretes, glabri.

**FOLIA** petiolata, remota, pendentia, ovalia, mucronata, retusa, integerrima, lævia, semipollicaria.

*Petiolus* folio brevior.

RACEMUS terminalis, nutans.

Folia minus crassa quam in priori. Habitus, calyx, germen, stylus & stigma ut in lateriflora ideoque hujus generis, quamvis nectario integro gaudet.

## CISTUS.

CISTUS arborefcens exstipulatus, foliis ovatis tomentosis trinerviis: inferioribus petiolatis supremis sessilibus, pedunculis hirtis. *Sericus*  
10-11.

*Cistus latifolius magno flore.* BARREL. Ic. 1315.

In Hispania legi.

CAULIS arborefcens, b.-f. tripedalis. *Rami* teretes, dense tomentosi, incano-albi.

FOLIA opposita, exstipulata, ovata, incana, mollissima, trinervia, plana, obtusa, subpollicaria: quatuor suprema sessilia, basi subcordata, reliqua in petiolum brevem desinentia.

PEDUNCULUS ex apice ramorum, folitarius, erectus, spithameus, incanus, totus obsitus uti pedicelli pilis longis purpurascens. *Pedicelli* versus summitem, patentes, inferiores triflori, superiores uniflori.

CALYX pilis mollibus sericeis hirsutissimus, ante florescentiam ovatus, acuminatus. *Foliola interiora* tria, ovata, intus glaberrima, *exteriora* lanceolata ad basin calycis.

PETALA purpurea, basi macula flava.

FILAMENTA purpurea. *Antheræ* flavæ.

Cistus albidus differt foliis angustioribus, lanceolatis, omnibus sessilibus, rugosis, pilis magis distinctis: Pedunculis pluribus foliis brevioribus absque pilis purpurascens: Foliolis calycinis latioribus, brevioribus, dorso linea elevata, tomentosis nec hirsutis utrinque incanis: Floribus majoribus.

In herbario PETIVERII sub sequenti nomine occurrit: Cistus mas lusitanicus folio amplissimo incano.

CISTUS arborefcens exstipulatus, foliis ovatis petiolatis incanis, ramis squamosis, pedunculis elongatis hirtis. *Hybridus*  
10-11.

In Hispania legi.

FRUTEX altitudine Cisti halimifolii. *Rami* teretes, apice angulati, incani, squamis flavescentibus recti fere ut in Cisto squamato & halimifolio.

FOLIA omnia petiolata, exstipulata, ovalia, plana, juniora undulata, utrinque incana, supra oculo armato minutissime punctata, nervosa, fragilia, semipollicaria.

RACEMUS terminalis. *Pedunculus* teres, erectus, tripollicaris, incanus, pilis purpurascens mollissimis hirtus: *pedicelli* simplices, unguiculares, structura pedunculi, geniculati.

CALYCES ovati, acuminati: *foliola exteriora* caduca: *interiora* ovata, acuminata, intus glaberrima, extus pilosa; pilis brevioribus quam in præcedente.

COROLLA purpurea.

GERMEN villosum.

Rami & folia Cisti halimifolii, pedunculus & calyx antecedentis. A præcedente dignoscitur foliis omnibus petiolatis, albidioribus, ramis flavo-squamosis.



*Elongatus* 12-13. CISTUS arborescens exstipulatus, foliis lanceolatis incanis, pedunculo elongato diphylo calycibusque racemosis hirsutis.

Legi in Hispania.

FRUTEX erectus, pedalis & ultra, ramosissimus. *Rami* breves, juniores tomentosi, incani, squamis flavescentibus adpersi.

FOLIA petiolata, exstipulata, opposita, lanceolata, avenia, utrinque incana, plana: juniora conduplicata, apice parula, vix semiungicularia.

Petiolus brevissimus, pilis rarioribus longis.

FLORES racemosi. *Pedunculus* terminalis, elongatus, semipedalis, erectus minime incanus, pilosus praesertim inferne. Folia bina versus medium pedunculi, opposita, sessilia, ramorum majora, acutiora, supera glabra. *Pedicelli* versus apicem pedunculi, remoti, filiformes, simplicissimi, plerumque quinque, superne geniculati, inferiores bini, oppositi, reliqui alterni.

*Flores* ante florescentiam nutantes.

CALYX oblongus, acuminatus, hirsutus, intus glaber: *foliola* duo caduca.

PETALA flava, basi macula fusca, calyce parum longiora.

Dignoscitur a reliquis pedunculis diphyllis elongatis absque tomentosi, solummodo pilosis, a halimifolio foliolis floralibus alternis. Folia hujus minora quam in enumeratis.

*Halimifolius*. CISTUS arborescens exstipulatus, foliis lanceolatis incanis, pedunculis virgatis. *Cistus halimi minoris folio*. BARREL. ICON. 287.

*Cistus arborescens exstipulatus, foliolis duobus calycinis linearibus*. LIN. S. V. pag. 497.

Ut eo melius differentia antecedentium perspicua evadere queat, descriptionem succinctam hujus adjungo secundum specimina numerosa in Barbaria observata.

FRUTEX 3 vel 4 pedalis, erectus. *Rami* teretes, cinerascens, apice angulati, juniores punctis flavescentibus adpersi.

FOLIA petiolata, exstipulata, opposita, lanceolata, incano-albida, vix mollia, avenia, obtusa, plana, subpollicaria.

PEDUNCULUS terminalis, compositus albidus: *pedunculi* partiales inferne oppositi, superne alterni. Foliolum sessile, caulinis angustius ad basin pedunculorum & pedicellorum.

CALYCES erecti, ovati, acuti, scabriusculi: *foliola* duo exteriora minuta, linearia, ad basin majorum.

Variat petalis ad basin vel cum vel sine macula fusca.

Differt a praecedentibus imprimis pedunculis panicularis minime pilosis, calycibus erectis minoribus acutis scabriusculis nec ovatis acuminatis hirsutis, demum foliolis minoribus calyce ipso insertis nec infra basin calycis in pedicello.

Habitu foliorum maxime accedit ad hybridum, at illo latiora folia.

*Alternifolius* 24-25. CISTUS suffruticosus exstipulatus, foliis alternis, pedunculis lateralibus terminalibusque solitariis unifloris.

Habitat in Brasilia.

FRUTICULUS erectus, ramis tenuibus, villosis, cortice fusco.

FOLIA alterna, exstipulata, sessilia, oblonga, erecta, plana, integerrima, utrinque villosa, siccitate nigricantia, unguicularia.

PEDUNCULI versus apicem, solitarii, interdum bini vel terni, uniflori, in axillis foliorum inferiorum ramorum, patentes, folio duplo longiores, villosi, apice parum crassiores: *folia* duo caduca ad apicem, linearia.

CALYCES ovati, acuti, hirsuti.

CALYX & inflorescentia Cisti falcifolii, at fruticosus.

CISTUS suffruticosus stipulatus erectus, foliis alternis oppositisque lanceolatis scabris, spicis secundis. LIN. S. V. pag. 499. Lippii.

*Cistus stipulatus; fruticosus; foliis confertis, tomentosis ovalibus, breviter petiolatis; margine revolutis.* FORSK. Descr. pag. 166.

Planta spontanea ramis foliisque utrinque canescentibus. FOLIA juniora axillarum revoluta. STIPULÆ fetacæ. CALYCES pilosi, sericei.

CISTUS suffruticosus stipulatus, foliis linearibus, calycibus racemosis secundis nervoso-angulatis, glabris. Racemosus.

*Cistus racemosus suffruticosus stipulatus, foliis lanceolato-linearibus subtus tomentosis.* LIN. S. V. pag. 500.

FRUTEX debilis, semipedalis: ramis e casu foliorum remote muricatis, superne tomentosis, incanis.

FOLIA opposita, brevissime petiolata, linearia, revoluta, levissime tomentosa.

Stipulæ fetacæ, purpurascens, utrinque geminæ, longitudine petioli.

Flores in RACEMO terminali solitario, secundi, penduli. Bractæ nullæ.

CALYCES glabri, ovati, acuti, angulati. Foliola duo exteriora fetacea, interioribus breviora: Interiora ovata, nervosa, sulcata.

Differt a lavandulifolio foliis angustioribus, brevioribus, minus tomentosis absque mucrone in apice, nec fasciculo foliorum in axillis, calycibus minoribus glabris ex nervis elevatis angulatis.

CISTUS suffruticosus stipulatus, foliis lanceolato-linearibus tomentosis, calycibus racemosis tomentosis, secundis pendulis. Lr  
jun.  
41-42

*Cistus folio lavandulæ.* CLUS. hist. 1. p. 72.

*Cistus folio spicæ.* BAUH. Pin. p. 465.

*Cistus folio lavandulæ Clusii, forte idem cum Helianthemo recto.* BAUH. h. 2. pag. 5.

*Cistus lavandulæ latifoliæ folio.* BARREL. Ic. 288.

In Hispania, Massiliæ & collibus aridis regni Tunerani observavi.

FRUTEX palmaris, interdum pedalis, inferne ramosus. Rami teretes, erecti, tomentosi, incani.

FOLIA petiolata, opposita, lanceolato-linearia, utrinque tomentosa, incana, avenia, revoluta, interdum nonnulla plana, rigida, mucronata, pollicaria, fasciculus foliorum minorum in singula axilla.

Petioli brevissimi.

Stipulæ utrinque geminæ, subulæ, molliter pilosæ, purpurascens, patulæ apice reflexæ.

RACEMI terminales, solitarii, sæpe gemini, ante florescentiam apice revoluti.

Flores secundi, penduli, copiosi. Bractæ nullæ.

CALYCIS foliola duo exteriora lanceolata, piloso-ciliata; interiora ovata, majora, acuminata, tomentosa, incana, intus glaberrima.

COROLLA flava.

## DELPHINIUM.

- Aconiti.* DELPHINIUM nectariis monophyllis antice quadridentatis capsulis solitariis, ramulis unifloris. LIN. S. V. pag. 503. Mant. p. 77.  
*Aconitum monogynum unicapulare; nectario unico; caule foliisque multifidis villosis; flore pallide violaceo.* FORSK. Cat. Syst. pl. Const. p. 27. no. 248.  
 Tab. XIII. fig. a. ficit folium magnitudine naturali.

## TEUCRIUM.

- Levigatum*<sup>1-2.</sup> TEUCRIUM foliis inferioribus multifidis, summis tripartitis, pedunculis solitariis longitudine foliorum.  
 Habitat in Bonaria.  
 Herbacea, tota glaberrima.  
 FOLIA Teucris campanulari, suprema tripartita: *laciniis* integerrimis.  
 CALYCES campanulati, quinqueidi: *laciniis* lanceolatis, dorso linea elevata.
- Iva.* TEUCRIUM foliis subtricuspidatis linearibus, floribus sessilibus lateralibus solitariis. LIN. S. V. p. 526.  
*Moscharia asperifolia.* FORSK. Descr. p. 158.  
 Florentem inveni initio mensis Octobris in rupibus circa Massiliam, & mense Aprili in variis locis Regni Tunetani.  
 CAULIS basi ramosus. *Rami* simplicissimi, diffusi, pilosissimi, spithamei.  
 FOLIA linearia, versus basin angustiora, sessilia, obtusa, dente uno alterove obtuso ad apicem, pollicaria; superiora magis approximata, integerrima, margine revoluta.  
 FLORES axillares, solitarii, oppositi, sessiles, ab imo usque ad apicem.  
 CALYX pilosus, quinquesidus; *laciniis* ovatis, acutis, perfecta florescentia in formam globosam clauditur.  
 COROLLA calyce triplo longior, extus villosa, albida, intus rubra.  
 SEMINA quatuor, oblonga, rugosa, punctata, corolla marcescente tecta.  
 Moschariam Forskæli nil aliud esse quam Teucrium Ivam, unicuique patebit, qui descriptionem illius cum hac confert. Corolla marcescens superne in mucronem tetragonum contrahitur, qui mucro FORSK. audit Antheræ quatuor stigmatibus connate. Tota planta certe Teucris Ivæ est, & omnia specimina Herb. FORSK. deflorata erant; hinc jure suspicor, quod nunquam plantam florentem vidit. Quotquot calyces in turi Teucris Ivæ examinavi in loco natali plantæ, characterem semper Moschariæ habuerunt; perfecta enim florescentia corolla marcescens connivet, frustumque adhuc tenerum ab injuriis defendit.
- Polium trifoliatum*<sup>32-33.</sup> TEUCRIUM capitulis subrotundis laxis, foliis ternis oblongis revolutis antice crenatis tomentosis.  
 Legi in Hispania & Barbaria.  
 CAULES spithamei, adscendentes, incani, e casu foliorum muricati: *ramis* junioribus tomentosis.  
 FOLIA tantummodo in ramis junioribus, terna, sessilia, oblonga, viridia, tomento tenui, subtus densiori tecta, mollia, parum revoluta, antice crenata, obtusa.  
 PEDUNCULI tres ex axillis supremis; gemini ex ala opposita, altitudine caulis.

CAPITULA subrotunda, laxa. Foliola terna ad basin capituli structura caulorum.  
CALYCES tomentosi, obtuse dentati.

TEUCRIUM floribus solitariis confertis, foliis linearibus revolutis crenatis calyci- *Gnaphalodes*  
busque lanatis. 34-35.

*Teucrium montanum* quintum purpureo flore. CLUS. h. i. p. 362.

*Poliium montanum*, *gnaphalodes incisum*, flore rubro supinum. BARREL. Ic. 1083.

*Teucrium gnaphalodes* floribus subcapitatis solitariisque, foliis linearibus serratis lanatis. L. HERET. Stirp. nov. fasc. 4. pag. 84.

In loco natali circa Siguntiam & Guadalaxaram in Hispania collegi, locis montanis.

FRUTICULUS palmaris, totus lana densa, alba, superne flavescente rectus, ramissimus: ramis prostratis, diffusis.

FOLIA sessilia, conferta, linearia, revoluta, crenata, obtusa.

FLORES ad apicem ramorum, oppositi, conferti.

CALYCES majores quam in reliquis Poliis, subglobosi, obtusi.

SEMINA rugosa.

## NEPETA.

NEPETA corymbis pedicellatis spicatis, foliis lanceolatis rugosis tomentosis obtuse ferratis. *Angustifolia*  
1-2.

*Cataria tenuifolia*. CLUS. hist. 2. pag. 33.

*Nepeta arragonensis incana* foliis lanceolato-linearibus serrulatis subpetiolatis, floribus dense paniculatis, racemis obtusis. LA MARCK Encycl. cum quo hanc plantam communicavi.

Legi passim in Arragonia. ¶

CAULIS erectus, pedalis, ramosus, uti tota planta tomentoso-incanus. Rami simplicissimi.

FOLIA petiolata, lanceolata, obtruscula, rugosa, obtuse ferrata, semipollicaria.

FLORES corymbosi: Corymbi pedicellati, oppositi, in spica terminali oblonga, compacta, conferti.

Bractee parvae, lineares.

CALYX striatus: dentibus lanceolatis, acutis.

Minime est varietas N. Catariae, nec faciem in horto culta mutat. Folia basi acuta, omnia apice obtusa, calyces acuti; Catariae vero folia basi subcordata sunt, suprema uti dentes calycis cuspidari. Nepeta angustifolia, minor Hispanica BARRELIERI Icon. 735. & Bocc. Mus. pars 2. 75. Tab. 61. ad nostram forte pertinent, flores vero pauciores & remotiores in spica pinguatur, quam in angustifolia nostra.

## SIDERITIS.

SIDERITIS hirsuta foliis lanceolatis bracteisque cordatis dentato-spinosis. *Spinosa*  
*Sideritis spicis interruptis*, foliis lanceolatis, utrinque dentato-spinosis. FLORA 10-11.

ARRAG. p. 74. quamvis spicae non interruptae in meis.

Passim in Castiliis inque Arragonia legi ¶

CAULIS basi perennans, ramosissimus, diffusus, rigidus, hirsutus.

FOLIA lanceolata, basi angustiora, rigida, hirsuta: dentibus utrinque binis, spinosis.

SPICÆ terminales, sesquipollicares.

Bractææ cordatæ, dentato-incisæ, nervosæ, glabræ; dentibus spinosis.

CALYCES utrinque tres bractea breviores, hirsuti: laciniis spinosis, æqualibus.

## STACHYS.

*Lavandula-  
folia* 14-15.

STACHYS verticillis sexfloris hirsutissimis, foliis lanceolatis integerrimis lineatis. *Galeopsis orientalis, lavandula-folio, calyce villosissimo.* TOURNEF. Corol. p. 11. Habitat in Oriente. Juxta herbarium VAILLANTII descripti.

CAULIS erectus, spithameus, simplex, hirsutus.

FOLIA inferiora basi connata, superiora distincta sessilia, omnia lanceolata, integerrima, obtusa, supra glabriuscula, lineata, subtus molliter pilosa.

Floralia cordato-ovata, reflexa, verticillis breviora, latere interiori glabra.

SPICA verticillata, longitudine caulis; verticilli remoti, sexflori.

CALYCES hirsutissimi: laciniis sabulatis, patentissimis, calyce ipso triplo longioribus.

COROLLA purpurea.

Optime dignoscitur laciniis calycinis longissimis patentibus.

## PHLOMIS.

*Moluccensis*  
10-11.

PHLOMIS foliis ovatis, involucriis seraceis, calycis labio inferiore rotundato magno membranaceo.

*Clinopodium fruticosum; caule arborecente; foliis ovalibus crenatis calycis labro inferiore subrotundo.* FORSK. Descr. pag. 107.

FRUTEX ramosus; ramis villosis.

FOLIA petiolata, ovata, obtuse serrata, basi integerrima, supra pubescentia, subtus villosa, mollissima, viridia.

Petiolus mollissime villosus, longitudine folii.

VERTICILLI remoti 14 flori. Involucria 5-vel septempartita, setacea, longitudine tubi calycis, villosa.

CALYX tubulosus, 10 sulcatus, villosus, bilabiatus: *Labium superius* breve, oblongum, acutum: *Inferius* subrotundum, trilobum; lobi laterales breves, intermedius reliquis quadruplo latior, rotundatus, membranaceus, venoso-reticulatus.

COROLLA sub lacinia superiore calycis eoque duplo longior: *Tubus* amplitudine tubi calycis, villosus. *Galea* margine hirsutissima.

*Labium inferius* trilobum, longitudine galeæ.

FILAMENTA longitudine corollæ.

Habitus & omnia Phlomidis, cum Clinopodio vero nihil commune habet. Tab. XIV. fig. a. Involucrum. b. Calyx. c. Corolla.

*Glabrata*  
10-11.

PHLOMIS foliis ovatis serratis, calycibus labio inferiore producto tridentato, ramis reverse pilosis.

Habitat in Arabia. Absque ullo nomine inter Plantas FORSKÆLÆI inveni.

CAULIS herbaceus, erectus, acute angulatus; angulis geniculisque reverse pilosis.

FOLIA petiolata, patentia, ovata, obtuse serrata, basi integerrima, subpilosa, acuta, pollicaria.

VERTICILLI remoti, 6-8 flori. Involucria minuta, quadripartita, setacea, subpungentia, glabra, apice flavescencia, calyce quadruplo breviora.

CALYX

CALYX decemstriatus, glaber, subcampanulatus, obliquus inferne in labium tridentatum productus: *dentibus* æqualibus, fetaceis; superne septemdentatus.

COROLLA præcedentis.

PHLOMIS foliis ovatis ferratis villosis, calycibus quinquedentatis obliquis. *Alba* 10-11.

*Phlomis alba, involucris palmato-filiformibus; foliis ovatis ferratis.* FORSK.

Deser. pag. 107.

CAULIS herbaceus, ramosus, glaber, obtuse angulatus; *rami* superne pilosi.

FOLIA petiolata, ovata, obtusa, medio ferrata; ferraturis utrinque 3-4, pilosa, pollicaria.

*Petiolus* folio brevior.

FLORES verticillati: *verticillis* remotis 10-12 floris. *Involucra* quadrifida: laciniis fetaceis, longitudine calycis.

CALYX campanulatus, pubescens, fauce obliqua, quinquedentatus; *dentibus* subulatis, inermibus, binis superioribus majoribus.

COROLLA calyce duplo longior. *Galea* margine hirsutissima. *Labium inferius* trilobum: lobo intermedio producto, oblongo.

## O C Y M U M.

OCYUM foliis lineari-lanceolatis integerrimis, genitalibus longissimis. *Serpyllifolium* 13-14.

*Ocimum serpyllifolium foliis oblongo-cuneatis, acutiusculis, complicatis, subtus scabris.* FORSK. Deser. pag. 110.

FRUTEX ramosissimus: *Rami* divaricati, villosi, cani.

FOLIA lanceolata, basi parum angustiora, vix petiolata, integerrima, tenuissime villosa, cana, parva, facie Thymi serpylli.

*Rudimenta* ramulorum foliosorum ex omnibus axillis, hinc folia fasciculata apparent.

RACEMUS terminalis, erectus, sesquipollicaris: *verticillis* sexfloris. *Pedicelli* breves callo infidentes. *Bractee* minutæ, ovatæ, acutæ, deciduæ. *Flores* deflexi.

CALYX corolla duplo brevior, tenuissime villosus: *dentibus* binis inferioribus fetaceis, superioribus ovatis.

FILAMENTA basi villosa, corolla triplo longiora.

Diversa ab Ocym. filamentoso FORSK&L.

## P L E C T A N T H R O S.

PLECTANTHRUS nectario gibbofo, pedicellis ramosis, foliis cordato-ovatis acuminatis ferratis. *Galeatus.*

Habitat in Java.

CAULIS villosus, fulcatus.

FOLIA petiolata, late ovata, villosa, præsertim in venis subtus.

PEDUNCULUS terminalis: *pedicellis* oppositis ramosis. *Bractee* nullæ.

COROLLÆ pubescentes; *labio inferiore* galeato. Reliqua ut in congeneribus.

Accedit ad Oc. scutellarioidem LIN. cui folia ovato-lanceolata, flores minores, bractee cordatæ & pedunculi utrinque gemini.

*Forskali.* PLECTANTHRUS nectario gibboso, racemis aphyllis, caule aequali.

*Ocymum Hadiense*; foliis ovatis obtusis crenatis villosis flexilibus; floribus retrofractis. FORSK. Deser. p. 109.

Habitat in montibus Arabiae feliciae & Madagascariae.

CAULIS hirsutus, aequalis, impunctatus.

FOLIA petiolata, ovata, versus apices ramorum approximata, pilosa, obtusissima, grosse crenata, basi transversa, integerrima.

Petiolus folio duplo brevior, basi parum dilatatus.

RACEMI semipedales, erecti: verticillis 8-10 floris. Pedicelli filiformes.

CALYCES fructiferi sulcati, basi inferne gibbosi: Laciniae inferiores seracae, adscendentes.

COROLLA calyce quadruplo longior: tubus parum supra calycem refractus, sursum gibbosus.

Specimen e Madagascaria differt villositate majori mollissima.

Ob florum structuram ab Ocymis genere posse distingui una cum Zatarhendi, jam suspicatus est FORSKÄLEUS Flora Arab. pag. 109. & sequ. quod dein firmavit Cels L'HÉRETIER in præclaro Opere de Stirpibus novis fascic. 4to pag. 85. qui sub genere Plectanthri comprehendit Ocyma calycibus non scutellatis, tubo corollae basi refracto sursum in Nectarium gibbosum vel calcarum productum, filamentis simplicibus. Addit præterea FORSK. in Zatarhendi: Glandula in basi tubi. Plures forte species Ocymi huc pertinent.

*Craffifolius.* PLECTANTHRUS nectario gibboso, racemis bracteatis, foliis ovatis carnosissimis.

*Ocymum a) zatarhendi* foliis carnosissimis rigidis, late ovatis, acutis, crenatis, villosis basi truncatis. FORSK. Deser. pag. 109.

Differt a præcedente foliis carnosissimis, bracteis membranaceis ovatis.

## R H I N A N T H U S.

*Trifidus* RHINANTHUS corollis fauce patentibus, foliis trifidis.

5-6.

*Pedicularis orientalis, supina, folio trifido, flore magno, flavescente.* TOURNEF.

Coroll. pag. 9.

*Pedicularis annua chamæpityos facie.* BUXBAUM. Cent. I. p. 5. tab. 8.

Habitat in Armenia O.

CAULIS herbaceus, adscendens, simplicissimus, subtomentosus, teres, spithameus.

FOLIA opposita, sessilia, approximata, pubescentia, nervosa, profunde triloba;

laciniis linearibus, divaricatis, integerrimis, acutis, pollicaribus.

FLORES ex omnibus axillis a basi usque ad apicem, solitarii, oppositi, sessiles.

Bractea linearis, villosa utrinque ad basin singuli floris, figura & longitudine laciniarum foliorum.

CALYX ovatus, pubescens, inflatus, membranaceus, lineis 8 elevatis, quadrifidus: laciniis lineari-lanceolatis longitudine foliorum.

COROLLA bilabiata, calyce parum brevior, extus subvillosa. Labium superius integrum, acutum, porrectum: inferius longius, trilobum; lobis lanceolatis. Fauces aperta.

STAMINA filamenta quatuor, glabra, sub labio superiore. Antherae basi bifidae, mucronatae, biloculares, inferne apertae.

- GERMEN ovato-acuminatum. *Stylus* longitudine corollæ, linearis, subvillosus.  
*Stigma* truncatum.  
 CAPSULA ovata, acuminata, bilocularis, polysperma.  
 Capsula Barthæ fere, at Calyx Rhunanthi.

## L A N T A N A.

- LANTANA foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule inermi, floribus capitato-spi- *Viburnoides*  
 catis, involucri lanceolatis. 2-3.  
*Charachera viburnoides*. FORSK. Descr. pag. 117.  
 Fruticosa. Rami pilosi, scabri.  
 FOLIA ovato-lanceolata, acuta, ferrata, supra rugosa, scaberrima, subtus molli-  
 ter villosa, sesquipollicaria.  
*Petiolus* superne dilatatus.  
 PEDUNCULI oppositi, longitudine foliorum.  
 FOLIOLA involucri lanceolata, capitulo parum breviora.  
 COROLLA pubescens.  
*Charachera tetragona* FORSK. l. c. specie vix differt.

## R U E L L I A.

- RUELLIA foliis petiolatis ovatis pilosis, floribus spicatis fecundis. *Intrusa*  
*Ruellia intrusa*; corollæ laciniâ intrusa, fornicata. FORSK. Descr. pag. 113. 4-5.  
 CAULIS herbaceus. Rami obtuse-tetragoni, pilosi, articulati: articulis bipolli-  
 caribus basi incrassatis.  
 FOLIA petiolata, ovata, integerrima, acuta, pilosa, pollicaria.  
*Petiolus* brevis.  
 SPICA terminalis, bipollicaris. Flores secundi, solitarii, alterni, rarissime oppositi.  
*Bractææ* binæ, setaceæ, ad basin floris.  
 CALYX quinquepartitus; laciniis lanceolato-subulatis, pilosis.  
 COROLLA violacea, extus pubescens.  
 RUELLIA foliis ovatis integerrimis, floribus axillaribus solitariis longissimis, caule *Longiflora*  
 fruticoso. Tab. XV. fig. a. pars folii lente aucta. 15-16.  
*Canellia (errore editoris) longiflora*; foliis petiolatis cordatis, obtusis integris,  
 tuba corollæ quadripollicari. FORSK. Descr. p. 126. no. 99.  
 CAULIS fruticosus, erectus, scabriusculus, pilosus; pilis longis exstantibus, inter-  
 mixtis aliis brevissimis, stellatis.  
 FOLIA opposita, petiolata, ovata, integerrima, obtusissima, avenia, utrinque pi-  
 lis stellatis recta, viridia, subtus albidiora, pollicaria.  
*Petiole* folio breviores, pilosi.  
 FLORES axillares, solitarii, oppositi, pedunculati: *Pedunculus* semipollicaris. Fo-  
 liola bina, petiolata, caulinis simillima minora, ad basin Calycis.  
 CALYX campanulatus, quinquefidus: laciniis ovatis, acutis, intus incanis, mol-  
 lissimis.  
 COROLLÆ tubus longissimus, quadripollicaris, superne villosus. Limbus cam-  
 panulatus, quinquefidus: laciniis aequalibus, rotundatis.



FILAMENTA subæqualia.

CAPSULA elastica, oblonga, utrinque acuta, bivalvis, bilocularis.

Planta a BARLERIA longiflora Suppl. LIN. pag. 290. toto cælo diversa; illa enim gaudet foliis mollissimis absque pilis stellatis: Bracteis glabris, reticulatis sessilibus scariosis. Ut eo melius a se invicem distinguantur, figuram BARLERIÆ longifloræ etiam dedi Tab. XVI. fig. a. Calyx. b. Capsula.

## BARLERIA.

*Prionitis.* BARLERIA spinis axillaribus pedatis quaternis, foliis integerrimis lanceolato-ovatis. LIN. S. V. pag. 576.

*Justicia appressa; spinis axillaribus compositis, flore fulvo, labio superiori brevior.* FORSK. Descr. p. 6.

Planta FORSKÆLI differt modo a Prionitide LINNÆI, floribus in apice ramorum minus congestis.

Stamina certe quatuor inveniri tam in hac specie, quam in reliquis Justiciis spinosis FORSK. bina in fundo latent more BARLERIÆ.

*Trispinosa* 4-5. BARLERIA spinis axillaribus compositis triradiatis, spicis terminalibus imbricatis. *Justicia trispinosa; foliis lanceolato-ovatis; spicis terminalibus imbricatis; labio corollæ superiori brevi.* FORSK. Descr. p. 6.

FRUTEX. RAMI obscure angulati, glabri.

FOLIA petiolata, elliptica, patentissima, glabra, integerrima, acuminata, sesquipollicaria.

Petiolus brevis.

Spinae axillares, alternæ, triradiatæ, unguiculares, albæ.

SPICA terminalis, imbricata. Bractea structura foliorum caulis, sessiles, duæ aliæ minores, lanceolato-subulatæ, ad basin floris.

FLORES solitarii, oppositi.

CALYX ut in Barleria Prionitide, villosus.

COROLLA tenuissime villosa, figura Barleriaë buxifoliae.

*Bispinosa* 4-5. BARLERIA spinis axillaribus biradiatis floriferis, foliis ovatis, subtus pilosis. *Justicia bispinosa, spinis axillaribus, bifidis, corollæ labiis æqualibus.* FORSK. Descr. p. 6.

FRUTEX ramis pilosis.

FOLIA petiolo brevi, ovata, integerrima, mucronata, venis subtus margineque villosa.

Spinae ex alis superioribus, oppositæ, plerumque biradiatæ, interdum bis bifidæ, folio longiores, divaricatæ.

Pedunculi in divifura spinarum, breves, solitarii, uniflori.

CALYX longitudine spinarum, villosus, cæterum ut in congeneribus.

COROLLA magna bipollicaris, violacea. Tubus sensim amplius.

*Nodiflora.* BARLERIA spinis axillaribus ramosis, foliis lanceolatis integerrimis cuspidatis, bracteis ovatis scariosis, tubo elongato. Suppl. p. 290.

*Justicia lanceata; foliis inermibus; spinis stipularibus bracteisque foliaceis margine spinosis.* FORSK. Descr. pag. 6.

Spinae intra foliaceæ, axilla opposita inermi, albæ, patentes, margine spinis 2-3-4, foliis duplo longiores.

FLORES solitarii, sessiles, alterni.

*Bractea* reticulato-venosæ, margine ciliato-spinulosæ.

Planta Arabica differt ab Indica foliis subtus, præsertim versus marginem pilosis.

BARLERIA spinis axillaribus geminis foliaceis, spicis axillaribus secundis.

*Acanthoides*  
6-7.

Habitat in Arabia felici.

RAMI teretes, villosi.

FOLIA oblonga, petiolata, opposita, integerrima, cuspidata, pilosa, præsertim subtus & versus marginem, avenia, unguicularia.

*Spinæ* geminae ex altero axillo tantummodo, rigidae, lanceolatae, margine foliaceæ, spinosæ, raro pilosæ, folio duplo longiores.

SPICA axillaris, ramulo ex altera axilla opposita, parentissima, sesquipollicaris.

FLORES secundi, erecti. *Spinæ* geminae ad basin singuli floris, altera erecta floribus adpressa, altera patens, rarius solitariae, structura & figura spinarum ramorum.

*Bractea* binæ, ovatae, scariosæ, nervosæ, venoso-reticulatae, integrae, cuspidatae, longitudine spinarum.

CAPSULA ut in congeneribus.

Absque ullo nomine in collectione FORSK. inveni. Quamvis flos non adesset, huc tamen reruli, ob calycem & similitudinem in reliquis cum BARLERIA noctiflora & cristata.

Aliam hujæ simillimam etiam in herbario FORSK. vidi, diversam vero foliis subrotundis molliter villosis, spinis latioribus villosis, bracteis majoribus margine spinulis denticulatis, specimen vero nimis mutilatum erat, ut inde certe determinare queam num specie differat.

## AVICENNIA.

AVICENNIA foliis cordato ovatis subtus tomentosis. LIN. S. V. p. 579.

*Tomentosa.*

*Sceura maritima foliis lanceolatis, integris, floribus fulvis.* FORSK. Descr. pag. 37. no. 118.

## ACANTHUS.

ACANTHUS foliis sinuato-dentatis spinosis glabris, caule fruticoso.

*Arboreus*  
3-4.

*Acanthus arboreus, caule arboreo, foliis sinuato-dentatis spinosis.* FORSK. Descr. pag. 115.

FOLIA cardui nutantis, opposita, petiolata, spithamæa, margine spinis validis armata, supra glaberrima, subtus venis subpubescentia.

*Petiolus* brevis, utrinque auriculo angulato, spinoso.

SPICA terminalis, sessilis, spithamæa. Flores oppositi, imbricati.

CALYX foliolis tritum parium membranaceis, villosis. *Foliolis* duobus exterioribus subulatis, pollicaribus, ciliatis: ciliis utrinque 3-4 flexilibus, remotis, patentibus, foliolo duplo brevioribus. *Intermediis* binis lanceolato-ovatis, trinerviis, exterioribus æquantibus, ciliis utrinque plurimis longis inermibus, terminalibus pungentibus, in defloratis innocuis. *Intimis* ovatis, exterioribus longioribus, bifidis, nervosis, utrinque ciliis binis, basi externe callosis.

COROLLA calyce duplo longior, magnitudine fere acanthi spinosi. *Labium inferius* quinquelobum; lobis lateralibus minoribus, *superius* nullum.

CAPSULA magnitudine nucis avellanæ, ovata cum acumine. *Semina* bina.

*Folius* 9-10. ACANTHUS foliis quaternis lineari-lanceolatis dentato-spinulosis, caule fruticoso.

*Acanthus edulis; foliis lanceolatis, subdentatis; spicis bracteis spinosis.* FORSK. Descr. pag. 114.

*Ruellia persica; foliis lanceolatis dentatis spinulosis, floribus oppositis.* BURM. Fl. Ind. p. 135. tab. 42. fig. 1.

*Ruellia ciliaris; foliis dentatis ciliatis, floribus oppositis.* LIN. Mant. 89. S. V. p. 575. CAULIS suffruticosus, glaber.

FOLIA quaterna ad articulos & apices ramorum, inæqualia, sessilia lineari-lanceolata, glabra, obtusa, mucronata, utrinque dentibus 4 vel 5, remotis, spinulosis, subtus pallidiora.

SPICA terminalis, digitalis. *Rachis* angulata. *Flores* oppositi.

*Bractea* sub singulo flore, cordato-acuminata, rigida, pungens, versus apicem patula, glaberrima, pollicaris, quinque nervis: nervis utrinque elevatis, spinosa: spinis 5 vel 6, utrinque tribus, intermediis majoribus.

CALYX triphyllus, duo foliola lateralia, subulata, integerrima, tertium ovatum germen includens, utrinque villosum, nervosum, apice squama angustiore, oblonga, tridentata, terminatum.

COROLLA ut in congeneribus, longitudine bractearum.

CAPSULA glaberrima, lavissima, ovata, compressa, bilocularis, disperma, dente elastico in singulo loculamento, dissepimento basi adnato eique parallelo.

SEMEN unicum, oblongum, altero latere obliquum, fetis rigidis tectum.

Synonymum BURMANNI omnino huc pertinere edocuit inspectio RUEL. persicæ in herbario Cel. viri, cum vero flores in specimine BURMANNI desunt, ob dentem elasticum Cl. Autor ad RUELLIAM retulit, habitus vero & inflorescentia satis monstrant Acanthi esse speciem.

## COCHLEARIA.

*Coronopus.* COCHLEARIA foliis pinnatifidis, caule depresso LIN. S. V. p. 588.

*Lepidium squamatum; foliis pinnato-multifidis; floribus hexandris; filiculis fasciculatis, late cordatis, margine bifariam squamis imbricatis.* FORSK. Descr. p. 117. no. 69.

## CHEIRANTHUS.

*Farsesia.* CHEIRANTHUS filiquis ovalibus compressis, foliis lineari-lanceolatis, caule fruticoso erecto. LIN. S. V. p. 598.

*Lunaria scabra; tomentosa scabra, filiculis oblongis, foliis linearibus.* FORSK. Descr. p. 117.

β. *Cheiranthus linearis; foliis linearibus, tomentosis; caule ramoso diffuso.* FORSK. Descr. p. 120.

Habitat in Regno Tuncano.

Varietas β differt tantummodo foliis & filiquis angustioribus.

## CLEOME.

*Filifolia* 21-22. CLEOME floribus hexandris, foliis septenatis ternatisque filiformibus.

*Cleome angustifolia; floribus hexandris, corolla ad latus superius posita, staminibus surgentibus foliis digitatis linearibus.* FORSK. Descr. p. 120. n. 71.

CAULIS

CAULIS erectus, debilis, herbaceus, pedalis, ramosus, striatus, versus summum punctatus: punctis elevatis, minutis, spatis.

FOLIA petiolata, inferne septena, superne ternata, filiformia, pollicaria.

Petiolus foliis brevior.

SILIQUE digitales, pedicellatæ, versus apicem parum incurvatæ angustiores.

Convenit cum Cleome, tenella figura foliorum, differt vero numero horum, altitudine, debilitate, siliqua pedicellata, apice attenuata pendula, caule punctato.

## GERANIUM.

GERANIUM pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis subbipinnatifidis, *Hirtum*  
caule ramoso. 36-37.

*Geranium hirtum*; pedunculis multifloris; calyce pentaphyllo; floribus pentandris; foliis petiolatis triangularibus, bipinnatifidis hirsutis. FORSK. Descr. pag. 123.

FOLIA Geranii carnosæ, hirta uti caulis: laciniis acutiusculis.

FLORES perierumque quinque. Involucra scariosa, ovata.

CALYX striatus, villosus; foliolis mucronatis.

Petala basi nigricantia.

GERANIUM pedunculis multifloris, foliis oblongis lineatis crenato-sublobatis *Glaucophyllum*  
crassis, rostris plumosis. lum.

*Geranium crassifolium*: foliis glabris, crassiusculis, inferioribus cordatis, superioribus oblongis; omnibus crenato-lobatis. FORSK. Descr. pag. 123.

*Geranium glaucophyllum*; pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis ovatis serratis lineatis incanis. LIN. S. V. p. 616.

CAULIS ad terram ramosus. Rami procumbentes, simplices, spithamæ, interdum ultra, glabri, subtilissime striati.

FOLIA petiolata, opposita, vix pollicaria, obtuse crenata, sæpius basi lobata, crassa, tenuissime pilosa, majora fere nuda, juniora pilis minutis canescentia; altero folio semper minore, brevius petiolato.

PEDUNCULI axillares, longitudine foliorum, tri- vel quadriflori.

Involucra foliola minuta, ovata, acuta, scariosa.

CALYCIS foliola villosa, incana, striata, mucronata.

ARISTÆ longissimæ, bipollicares vel parum ultra, pubescentes; intus pilis fulvescentibus, nitentibus hirsutissimæ.

## PENTAPETES.

PENTAPETES foliis ovato-lanceolatis serratis, floribus pentandris.

*Melhartia velutina*. FORSK. Descr. pag. 64.

*Velutina*  
1-2.

Calyx duplex ut in Pentap. phænicea. Petala, filamenta & reliqua fructificatio omnino Pentapetis, differt modo numero staminum. In nuperis Pentap. phæniceam a ceteris separavit CAVANILLAS, sed cum differatio laudati auctoris ad nos nondum pervenerit, nescio num Melh. FORSK. potius sit species Dombeyæ, vel an jure una cum phænicea a Pentap. suberifolia divelli possit. Liberalitate Cel. JUSSIEU Dombeyam ovatam & punctatam quidem possideo, quas valde affines suberifoliæ esse perspicio, sed qua nota genere a Pentap. LINNÆI differunt, ex his mihi adhuc non constat.

## MALVA.

- Nicaensis* MALVA caule decumbente calycibusque glomeratis pilosis, foliis quinquelobatis.  
 14-15. *Malva montana*; caule decumbente, foliis quinquelobis serratis villosis, molli-  
 bus; calycibus axillaribus glomeratis, villosis. FORSK. Descr. pag. 124.  
*Malva nicaensis*; caule piloso decumbente herbaceo, foliis subcordatis quinque-  
 lobis, lobis acutis, pedunculis erectis. ALLION. flor. Pedem. n. 1416.  
*Petioles* supra pilosissimi, subtus nudiusculi. Reliqua vid. ALLION. fl. l. c.  
*Malva Nicaensis*, quam benevolentiae Ceb. ALLON. debeo, modo differt a *M. montana*  
 FORSK. et villositate majori in foliis junioribus, ceterum omnia eadem. Valde affinis  
*M. parviflora* est, an revera diversa?

## HIBISCUS.

- Microphyllus* HIBISCUS foliis ovalibus hirtis antice serratis, caule fruticoso.  
 3-4. *Hibiscus flavus*; floribus decandris; foliis petiolatis, ovalibus, serratis, obtusis,  
 scabris. FORSK. Descr. p. 126.  
 FRUTEX ramis junioribus, foliis calycibusque hirtis, pilis stellatis.  
 FOLIA petiolata, ovalia, subrotunda, semiunguicularia, a medio marginis fer-  
 rata, avenia, subquincunervia, subtus magis hirta.  
 PETIOLES foliis longiores. *Stipulae* minutae, fetaceae.  
 PEDUNCULI axillares, solitarii, longitudine foliorum, versus apicem geniculati,  
 crassiores.  
 CALYX exterior 10 phyllus: foliolis fetaceis. Interior pentaphyllus: foliolis  
 lanceolatis, exteriori brevior.  
*Ovalifolius* HIBISCUS foliis ovalibus subangulatisque, calycibus exterioribus pentaphyllis.  
 12-13. *Urena ovalifolia*; foliis cordato-ovalibus, serratis, hispidis. FORSK. Descr.  
 pag. 124.  
 PILI stellati tuberculis minutis insidentes, superne ad apices ramorum confer-  
 tiores, inferne sparsi.  
 FOLIA subtus magis pilosa utrinque acuta, suprema subangulata.  
*Stipulae* fetaceae.  
 CALYX exterior pentaphyllus: foliolis lanceolatis, nervosis, fere foliolo brevior  
 terminatis. Interior laciniis ovato-acuminatis.  
 FLOS magnitudine & facie Hibisci virifolii.  
 CAPSULA quinquevalvis, quinquelocularis: loculis polyspermis, ideoque non  
 Urena.  
 Semina reniformia, villosa.

## POLYGALA.

- Tinctoria* POLYGALA villosa floribus cristatis, bracteis triphyllis, foliis obovatis, caule fru-  
 13-14. ticoso.  
*Polygala bracteolata*; foliis alternis, obovato-cuneatis, integris subvillosis, polli-  
 caribus. FORSK. Descr. p. 213.  
 Tota planta villosa.  
 Rami virgati, teretes.

FOLIA subperiolata, alterna, obovata, mucronata, interdum emarginata, pollicaria.

RACEMI axillares terminalesque, fœquipollicares.

*Bractææ* triphyllæ, ovatæ, minutæ.

CALYCIS foliola oblonga, acuta, inæqualia.

*Alæ* subrotundæ, calyce triplo majores, persistentes, pubescentes.

LEGUMEN ovale, emarginatum, alis brevius.

Maxime affinis *Pol. myrtifoliæ*, differt figura foliorum, villositate, floribus duplo minoribus, alis rotundatis, non vero ovato-rhomboidalibus acutis.

## SPARTIUM.

SPARTIUM ramis striatis, racemis lateralibus, foliis lanceolatis. LIN. S. V. *Monospermum*, pag. 643.

*Genista Rætan*; foliis simplicibus, ramis alternis striatis, fructu ovali uniloculari. FORSK. Descr. p. 214. no. 66.

RAMI floriferi aphylli, glabri, foliiferi pubescentes.

FOLIA callo infidentia, remota.

CALYX bilabiatus: *labium superius* profunde bifidum; *inferius* integerrimum.

COROLLÆ duplo majores quam in *sphærocarpo*.

FRUCTUS subglobosus cum acumine.

SPARTIUM foliis ternatis complicatis sericeis, ramulis teretibus spinosis oppositis. *Horridum* 13-14.  
*Spartium aphyllon, fruticosum, junceis aculeis, lanatis capitulis.* LOBEL. Adv. vers. 409.

*Genista spartium minus, saxatile, aculeis horridum.* TOURNEF. Inst. R. H. pag. 645.

Legi minus frequentem in monte Uruel ad Jaccam, urbem Arragoniæ.

FRUTEX humilis, pedalis, ramosissimus, diffusus, rigidus, spinis horridus.

Rami trichotomi, multoties divisi, lineis 6 exarati, glabri, versus apicem dilatati; Ramuli superne sæpe quinque ex eodem articulo, teretes, subulati, spinosi, rigidi, apice flavescentes.

FOLIA periolata, opposita, ternata: foliola sessilia, linearia, complicata, sericea, bilinearia, æqualia.

Petiolus longitudine foliorum, basi utrinque stipula adnata spinulosa.

FLORES ex apice ramuli intermedi, solitarii vel gemini, subsessiles.

*Bractææ* quatuor, cordato-acuminatæ, villosæ, aridæ, ad basin florum.

CALYX aridus bilabiatus, villosus, fructu brevior. *Labium superius* tridentatum: dentibus acuminatis; *inferius* bidentatum.

COROLLA flava.

LEGUMEN hirsutum, incanum, tetraspermum.

## GENISTA.

GENISTA spinis ternatis decussatis, foliis simplicibus lanceolatis, spicis terminalibus hirsutis. *Hirsuta* 13-14.

*Genista-Spartium lusitanicum, lanuginosum, aculeis tridentatis, longioribus multinum.* TOURNEF. Inst. R. H. p. 645.

Legi in Castilia veteri.

FRUTEX spinosissimus, rigidus. *Rami* teretes, inferne aphylli, supremi hirsutissimi, omnes spinosi.

FOLIA lanceolata, sessilia, hirsuta, semiunguicularia.

*Spinæ* ex axillis, alternæ patentissimæ, validæ, decussatæ, pollicares, apice flavescentes, glabræ, subtilissime striatæ, basi utrinque spina brevior horizontalis.

SPICA ex apice ramorum, pollicaris, imbricata, hirsutissima.

*Bracteæ* ternæ ad basin floris, calyce breviores, pilosæ, laterales lineares, intermedia lanceolato-acuminata.

CALYX pilosus: *laciniis* subulatis.

COROLLA flava. *Vexillum* pilosum.

## CROTALARIA.

*Retusa.* CROTALARIA foliis simplicibus oblongis cuneiformibus retusis. LIN. S. V. 649.

*Dolichos cuneifolius foliis simplicibus, siliquis racemosis, ensiformibus cornutis.*

FORSK. Descr. p. 134. no. 16.

*Microphylla* CROTALARIA foliis ternatis oblongis, pedunculis lateralibus bifloris, caule filiformi decumbente.

Habitat in Arabia felici. In herbario FORSKÅLÆI inveni absque ullo nomine, nec in Descript. ulla planta commemoratur, ad quam referri potest.

CAULIS lignosus, decumbens, filiformis, teres, ramosus, glaber, pedalis.

FOLIA petiolata, remota, ternata: *Foliola* oblonga, subsessilia, glabra, crassiuscula, bilinearia; lateralia minora, submucronata.

*Petiolus* longitudine foliolorum.

*Stipulæ* setaceæ, patulæ, petiolo duplo breviores.

PEDUNCULI terminales, sed cum ramus exrescit, laterales & oppositifolii fiunt, biflori: *floribus* pedicellatis.

*Bracteæ* binæ, subulatae, ad divisuram pedunculi.

CALYCIS *laciniæ* pilosiusculæ, lanceolatae.

COROLLA flava, calyce duplo longior.

LEGUMEN oblongum, glabrum, pedicellatum: *pedicello* brevissimo.

## ONONIS.

*Serrata* 4-5. ONONIS floribus subsessilibus solitariis, foliis inferioribus serrato-dentatis cuneiformibus, apice subtridentatis.

*Ononis serrata; pedunculis axillaribus unifloris, foliis ternatis serrato-dentatis; flore albo; vexillo rubicundo.* FORSK. Descr. pag. 131.

Tota planta pubescenti-viscida.

CAULIS herbaceus, teres, decumbens, subdichotomus. *Rami* tenues.

FOLIA inferiora ternata, superiora simplicia, ad apices ramorum vix ulla, omnia petiolata. *Foliola* cuneiformi-lineararia, serrato-dentata: dentibus utrinque tribus, apice transversa, tridentata, rarius quinquedentata, semiunguicularia; lateralia minora.

*Petiolus* longitudine foliorum.

*Stipulæ*

*Stipulae* petiolo utrinque adnatæ, eoque dimidio breviores, ovato-lanceolatæ, striatæ, denticulatæ.

FLORES axillares, solitarii, subsessiles, inferiores remotiores, supremi basi stipula suffulti.

CALYX quinquesfidus, striatus; *laciniis* lanceolato-linearibus, longitudine corollæ.

LEGUMEN villosum, oblongum, tetraspermum, longitudine calycis.

ONONIS pedunculis unifloris aristatis, foliis sessilibus ternatis stipulisque vaginantibus dentatis. *Vaginalis*  
19-20.

*Ononis Cherleri*; pedunculis unifloris, filo appendiculatis; caulibus imbricatis compressis; *laciniis foliorum tomentosis, dentatis.* FORSK. Descr. p. 131.

Villoso-viscosus, caule lignoso.

FOLIA sessilia, ternata. *Foliola* cuneiformia, striata, dentata, versus basin integerrima, lateralia minora.

*Stipulae* cuculatæ, totum caulem tegentes, vaginantes, striatæ, versus caulem obliquæ, exius bifidæ, striatæ, dentatæ, inferiores aridæ.

PEDUNCULI alterni, a medietate caulis usque ad apicem, solitarii, uniflori, parum infra calycem foliolo lineari longitudine calycis aristati, erecti, pollicares.

CALYX striatus: *laciniis* lanceolatis, corolla brevioribus.

COROLLA flava. *Vexillum* purpureo-striatum.

LEGUMEN reflexum.

Diverso tempore anni faciem alienam induit, ut facile pro distincta specie haberetur: ramulis confertis semipollicaribus aphyllis, stipulis minoribus dense imbricatis.

## PHASEOLUS.

PHASEOLUS caule volubili, foliis subquinquepartitis. LIN. Suppl. pag. 325. *Aconitifolius.*  
JACQ. Obs. 3. p. 2. tab. 52.

*Phaseolus palmatus.* FORSK. Descr. p. 214. no. 68.

## CLITORIA.

CLITORIA foliis pinnatis. LIN. S. V. p. 660.

*Lathyrus spectabilis*; caule volubili; foliis sesquitrifugis, binis setis interjectis. *Ternata.*

FORSK. Descr. p. 135.

*Orobis volubilis.* FORSK. Catal. Syst. flor. Arab. pag. 117. no. 436.

## ÆSCHYNOMENE.

ÆSCHYNOMENE caule arboreo, floribus maximis, leguminibus filiformibus, *Grandiflora.*  
LIN. S. V. pag. 671.

*Dolichos arboreus*; floribus ferrugineis; caudice arboreo. FORSK. Descr. p. 134.

FOLIOLA emarginata, alterna.

PEDICELLI bi- five triflori, geniculati.

CALYX campanulatus: dentibus vix ullis.

PETALORUM *unguiculi* calyce duplo longiores: *Carina* basi bifida.

FILAMENTUM unicum liberum.



*Sesban.* ÆSCHYNOMENE caule herbaceo lævi, leguminibus cylindricis subæqualibus, foliis obtusis. LIN. S. V. p. 671.

*Dolichos æschynomene sesban.* FORSK. Defcr. p. 134.

FOLIOLA obtusa cum mucrone, alterna, in foliis junioribus opposita.

FLORES racemosi. *Racemi* foliis breviores. *Pedicelli* geniculati, remoti.

CALYX æsch. grandifloræ sed quinquedentatus: *dentibus* æqualibus.

ALÆ minus falcatae quam in æsch. grandiflora: *unguiculi* calyce parum longiores: *Aliculae* binæ, subulatæ, basi vexilli insertæ ad apicem unguis.

*Stigma* obtusiusculum, minime pubescens.

LEGUMINA articulata: *articulis* oblongis, utrinque angustatis.

Hæc & grandiflora a reliquis Æschynom. differunt calyce campanulato, dentato, nec profunde trifido: alis longitudine vexilli, leguminibus intra calycem sessilibus, non vero pedicellatis, articulis leguminum utrinque angustatis, in reliquis Æsch. vero ubique ejusdem latitudinis fere, altero latere tantummodo torosis. Hinc forte alius generis erunt, si non proprium constituere debent, ad Dolichos vero illas amandare natura repugnat, quoniam habitu & leguminibus diversæ sunt. Conveniunt cum Coronilla Emero calyce, petalis, septula etiam inter semina ut in Coronillis.

## HEDYSARUM.

*glau macrum*  
*violaceum*  
13-14.

HEDYSARUM foliis simplicibus lanceolatis, stipulis calycibusque scariosis, leguminibus rugosis.

*Hedysarum violaceum; folio simplici lineari; caule annuo procumbente.* FORSK. Defcr. pag. 136.

Perennis.

CAULES lignosi, procumbentes, virgati, teretes, glabri, pedales, ramosi. *Rami* caule breviores.

FOLIA simplicia, brevi-petiolata, patentia, lanceolata, acuminata, glabra, pollicaria.

*Stipulae* scariosæ, lanceolato-ovatae, longitudine petioli.

RACEMUS terminalis, floriferus bipollicaris, fructiferus elongatus.

*Flores* plerumque gemini, rarius solitarii.

CALYX quinquepartitus, scariosus, striatus, margine apiceque pilosus.

LEGUMEN pollicare, articulatum: *articuli* 4-6, compressi, subrotundi, rugosi, stylo persistente terminati.

Diversum ab Hedysaro gramineo RETZII obs. fasc. 5. pag. 26. articulis Leguminum laticioribus, rotundioribus, rugosis, cæterum satis simile.

Affine est H. bupleurifolio & vaginali, his vero legumen læve secundum. LINNE, potius igitur ut speciem distinctam propono.

Folia in Hedysaro bupleurifolio, nummularifolio, mollinifero & vaginali mire ludunt in eadem planta, legumina vero notas præstantiores præbent, ideoque melius forte foret eas differentias addere.

*Lappaceum*  
23-24. HEDYSARUM foliis ternatis obcordatis, floribus axillaribus subfoliariis, leguminibus biarticulatis setis hamosis.

*Hedysarum lappaceum; foliis ternatis, obcordatis; caulibus procumbentibus; siliquis compressis, spinosis.* FORSK. Defcr. pag. 136.

CAULES suffruticosi, prostrati, pubescentes, teretes, crassitie pennæ columbinæ, ramosissimi.

FOLIA ternata, brevissime petiolata: *foliola* obcordata, sessilia, crassa, villosa, parva, apice mucrone reflexo, lateralia minora.

*Stipulae* minutae, subulatae.

FLORES axillares, breve pedunculati, solitarii, rarius bini.

*Bractea* subulata in singulo pedunculo.

CALYX quinquefidus, villosus: *laciniis* subulatis.

*Vexillum* & *carina* calyce duplo longior. *Alae* lineares, longitudine calycis.

GERMEN villosum.

LEGUMEN semipollicare, biarticulatum. *Articuli* orbiculati, compressi, villosi, fetosi: fetis rigidis, apice reflexo-hamosi.

## INDIGOFERA.

INDIGOFERA foliis simplicibus oblongis sericeis, racemis axillaribus, caule fruticoso. *Oblongifolia* 1-2.

*Indigofera oblongifolia*; foliis simplicibus, petiolatis, ovali-oblongis; caule fruticoso, inermi, diffuso; florum racemis axillaribus. FORSK. Descr. p. 137. no. 26.

FRUTEX ramis tomentoso-sericeis.

FOLIA simplicia, subsessilia, oblonga, tomentoso-sericea, remota, bilinearia. Rudimenta ramulorum in axillis.

*Stipulae* minutae, setaceae.

RACEMI axillares, folio triplo longiores. Flores numerosi.

CALYX sericeo-tomentosus.

*Vexillum* tenuissime villosum.

INDIGOFERA foliis simplicibus linearibus canis, leguminibus globosis. *Linifolia* 1-2.

*Hedyfarum linifolium*; foliis simplicibus linearibus canis, caule prostrato, leguminibus globosis. LIN. Suppl. pag. 331. S. V. p. 672.

Sub nomine Indigoferae linifoliae missa fuit una cum feminibus a KÖNIG & revera Indigofera est, carina enim utrinque calcarata existit ut in omni Indigofera, facies etiam aliena a Hedyfaro. Vivam in horto habui.

INDIGOFERA fruticosa, foliis ternatis obovatis, pedunculis spinescens. *Spinosa* 2-3.

*Indigofera spinosa*; leguminibus binatis, teretibus scabris; caule fruticoso diffuso, spinoso. FORSK. Descr. p. 137. no. 27.

FRUTEX cortice cinereo, ramosissimus. Rami digitales, attenuati, apice truncati, aphylli, spinosissimi, e pedunculis persistentibus spinescens: Ramuli foliiferi, sparsi in ramis senescentibus, breves.

FOLIA ternata, brevissime petiolata: *foliola* obovata, sessilia, cana, aequalia, minuta.

*Stipulae* acerosae, minutae.

PEDUNCULI spinescens, unguiculares, ex omnibus fere axillis, persistentes, biflori vel triflori, folio duplo longiores.

CALYX villosus, quinquefidus.

COROLLA: *vexillum* extus cinerascens.

LEGUMINA teretiuscula, villosa.

FORSKÆLEUS putat, hanc Indigoferam ejusdem esse generis naturalis ac Hedyfarum Alhagi, sed rationem sane non perspicio, demis enim spinis & corollis rubris, nullam affinitatem invenio. Quamvis spinosa, faciem tamen, & Corniculas ad latera carinae Indigoferis essentielles habet, quæ in Alhagi vero defunt.  
Specimina etiam hujus ex Ind. Orient. habui.

*Semitrijuga* 14-15. INDIGOFERA foliis pinnatis obcordatis quinis, leguminibus subspicatis pendulis torulosis, caule prostrato suffruticoso.

*Indigofera argentea*; leguminibus subsessilibus torulosis, foliis ternis quinisque orbiculatis. BURMAN. Fl. Ind. p. 171. fide herbarii Celeb. Viri.

*Indigofera semitrijuga*; foliolis semitrijugis, obcordatis, subcomplicatis, tomentosis. FORSK. Descr. p. 137.

FRUTICULUS prostratus, ramosus. Rami teretes, simplices, villosi-incani, uti tota planta.

FOLIA pinnata, quina. Foliola sessilia, obcordata, mucronata; impar reliquis majus.

Stipulae lineares.

SPICÆ axillares, foliis longiores. Flores remotiusculi, plerumque 11-13.

LEGUMINA oblonga, pendula, parva, torulosa, disperma.

Similis Indigoferæ encaphyllæ & pentaphyllæ in multis, ac diversa, ut patet ex data descriptione.

*Spicata* 18-19. INDIGOFERA foliis pinnatis obovatis, floribus spicatis, leguminibus teretibus torulosis pendulis, caule decumbente.

*Indigofera spicata*; foliolis alternis quadrijugis, leguminibus rectis, pendulis, subspicatis. FORSK. Descr. p. 138.

CAULIS herbaceus, decumbens, villosus.

FOLIA pinnata. Foliola 9, obovata, subpetiolata, extima majora, villosa.

Stipulae lanceolato-subulatae, aridae.

SPICÆ foliis longiores, fructiferæ triplo majores.

LEGUMINA teretia, pendula, torulosa, villosa.

Indigofera hirsuta differt caule erecto fruticoso, stipulis feraceis, leguminibus hirsutissimis retragonis,

*Tinctoria*. INDIGOFERA foliis pinnatis obovatis, racemis brevibus, leguminibus rectis, caule fruticoso.

*Indigofera Hover*; foliolis semisextjugis, cuneatis; racemis folio brevioribus; leguminibus rectis, teretibus, villosis. FORSK. Descr. p. 137.

*Indigofera tinctoria*; foliis pinnatis obovatis, racemis brevibus, caule fruticoso. LIN. S. V. p. 678.

*Argentea*. INDIGOFERA foliis simplicibus ternatis pinnatisque sericeis, leguminibus torulosis pendulis.

*Indigofera articulata*; leguminibus pendulis articulatis, foliis simplicibus, ternatis pinnatisque incanis. GOUAN Illustr. p. 49.

*Indigofera argentea*; foliis pinnatis: foliolis obovatis tomentoso-sericeis: impari majore. LIN. Mant. p. 273.

*Indigofera tinctoria*. FORSK. Descr. p. 138.

Descriptionem vide in GOUANII Illustrationibus Bot. loc. citato.

## P H A C A.

PHACA acaulis, incana, calycibus fructiferis ovatis inflatis villosis, foliolis oblongis obtusis. *Lucana* 7-8.

*Astragaloides orientalis, vesicaria, foliis & fructibus incanis.* TOURNEF. Coroll. pag. 27.

Habitat in Armenia.

Tota villosa, incana.

FOLIA pinnata, bipollicaria. *Foliola* 39-45, oblonga, sessilia, obtusa: inferiora opposita, extrema sensim minora, alterna.

*Stipulae* lanceolatae, hirsutae, imbricatae, ad exorrum foliorum.

SCAPUS spithameus, teres, erectus.

FLORES sessiles: inferiores remotiores, patentes.

*Bractea* ovata, villosa, acuta.

CALYCES *floriferi* cylindrici, molliter villosi, fusci, juniores subtomentosi: *Dentibus* calycinis 5, subulatis, parvis. *Fructiferi* inflati, ovarii, fauce angustati, albido-villosi.

COROLLA calyce parum longior.

Differt a Phaca vesicaria cauitie, villositate calycum fructiferorum, foliolis oblongis obtusis approximatis. Nomen specificum Ph. vesicariae LINNÆI sequens igitur erit:

PHACA acaulis, glabra, calycibus fructiferis ovalibus inflatis, foliolis lanceolatis. *Vesicaria.*

## A S T R A G A L U S.

ASTRAGALUS caulescens erectus, floribus glomeratis subsessilibus ex omnibus axillis foliaceis. LIN. S. V. p. 681. *Christiannus.*

*Astragalus fruticosus; floribus axillaribus sessilibus.* FORSK. Descr. p. 139.

CAULIS annuus, erectus, densissime pilis albis hirsutus, teres, farchus, rigidus, crassitie pennae anserinae.

FOLIA spithamea. *Foliola* 29 juga, alterna, sessilia, cordato-subrotunda, emarginata, complicata, incana, supra minus pilosa, sensim minora: superiora contigua, imbricata.

*Stipulae* ovatae, acuminatae, semiunguiculares, latere interiore glabrae.

FLORES sessiles, ex omnibus axillis, sulphurei.

LEGUMINA sessilia, patentia, incurvata, utrinque acuta, apice stylo recto terminata, bilocularia, albido-hirsuta.

ASTRAGALUS caulescens erectus, spicis pedunculatis longitudine foliorum, leguminibus arcuatis lanuginosis stylatis. *Peregrinus* 2-3.

In herbario TOURNEFORTII vidi sub sequenti nomine: *Astragalus peregrinus, siliquis conglobatis incurvis sulcatis & hirsutis flore luteo* FAGONII.

Habitat in Oriente?

CAULIS erectus, pilosissimus.

FOLIA remota, tripollicaria. *Foliola* 21-27, emarginata, pilosa, viridia: inferiora subrotunda, superiora oblonga.

*Stipulae* ovatae, acuminatae.

SPICA axillaris. Flores inferiores remotiores, superiores contigui.

*Pedunculus* longitudine foliorum. *Bractea* subulata, calyce duplo breviores.

CALYX cylindricus, pilosus: *laciniis* setaceis.

COROLLA ochroleuca.

LEGUMINA lanceolata, arcuata, lanuginosa, obtusa, stylo persistente rigido leguminibus quadruplo breviora terminata: intus margine acuto, extus sulco exarata.

Similis Astr. Christiano herba & leguminibus, diversa pedunculo elongato. Ab Astr. capitato differt floribus spicatis, ochroleucis.

*Falcatus* 6-7. ASTRAGALUS caulescens erectus glaber, leguminibus racemosis pendulis falcatis.

*Astragalus falcatus*; *caulescens erectus*, *floribus spicatis*, *leguminibus pendulis subfalcatis*, *flore luteo*. LA MARK Encycl. p. 310. n. 4.

Habitat in Siberia. Communicavit amicissimus Dn. MONTET DE LA MARK Botanicus acutissimus.

CAULIS erectus, superne parum flexuosus, teres, striatus, glaber. *Ramuli* breves in axillis, erecti.

FOLIA patentia. *Foliola* 31-33., alterna, subperiolata, oblonga, acuta, glabra.

*Stipulae* membranaceae, lanceolato-acuminatae.

PEDUNCULI versus summum, patentes, teretes, folio longiores, 3-4 pollicares. *Flores* subsessiles.

LEGUMINA pendentia, breviter pedicellata, introrsum arcuata margine acuto, extrorsum convexa, sulco suturali, glabra, bilocularia.

*Semina* utrinque 6.

*Annularis* 16-17. ASTRAGALUS caulescens diffusus, leguminibus subulatis incurvis glabris, foliolis obovatis.

*Astragalus annularis*; *caulescens*, *diffusus*; *leguminibus hamosis*, *compressis*, *introrsum canaliculatis*. FORSK. Descr. p. 139.

*Astragalus maculatus*; *caulescens pilosus pedunculis subbifloris*, *leguminibus subulatis*, *incurvis*, *maculis purpurascens notatis*. LA MARK Encycl. n. 36.

Habitat in Aegypto.

Pilosa. Habitus astragali hamosi.

FOLIOLA 9., obovata, alterna.

STIPULAE lanceolatae, breves.

RACEMI pauciflori: *floribus* 3-4.

*Bractea* setacea ad basin pedicellorum, longitudine calycis.

LEGUMINA pollicaria, compressa, incurvata, glabra, purpureo-maculata.

*Barbatus* 26-27. ASTRAGALUS caulescens diffusus hirsutissimus, floribus capitatis, pedunculis folia subaequantibus.

*Astragalus orientalis villosissimus*, *capitulis rotundioribus*, *floribus purpureis*. TOURNEF. Corol. p. 29. fide herbarii TOURNEFORTII. Dele igitur in Astragalo capitato synonymum TOURNEFORTII.

*Astragalus barbatus*; *caulescens humilis diffusus villosissimus*, *spicis ovato-subrotundis*, *foliolis oblongis integerrimis*. LA MARK Encycl.

Habitat in Oriente &

Tota planta hirsutissima, pilis albis subsessilibus tuberculo insidentibus.

CAULIS inferne lignosus. Rami diffusi, incani.

FOLIA pinnata, semipollicaria. Foliola 11-13, opposita, oblonga, apice subcallosa.

Stipulae lanceolato-acuminatae.

CAPITULA versus apicem ramulorum, axillaria, globosa.

Pedunculus longitudine fere foliorum. Bractee lineares longitudine calycis.

CALYX tubulosus: dentibus fetacis, calyce longioribus.

COROLLA longitudine calycis.

LEGUMINA mihi ignota.

ASTRAGALUS caulescens decumbens, spicis pedunculatis, calycibus fructiferis *Lineatus*  
ovalibus inflatis. 27-28.

*Astragalus orientalis*, calyce vesicario, lineis rubris striato. TOURNEF. Corol. 29.

*Astragalus lineatus*; caulescens pumilus; foliolis obtusis villosis, floribus capitato-spicatis, calycibus defloratis vesicariis lineatis. LA MARK Encycl.

Habitat in Oriente.

CAULIS debilis, decumbens, teres, villosus, spithameus.

FOLIA sesquipollicaria. Foliola 23-27, oblonga, sessilia, sensim minora, villosa-subtomentosa.

Stipulae utrinque, lanceolato-acuminatae, pilosae.

PEDUNCULUS axillaris, teres, folio duplo longior.

SPICA pollicaris, flores inferiores parum remotiores, superiores imbricati.

Bractee lanceolatae, pilosae, calyce duplo breviores.

CALYX floriferus tubulosus: laciniis subulatis, pilosis.

COROLLA calyce longior. Vexillum carina alisque duplo longius.

LEGUMEN parvum, oblongum, glabrum, calyce inflato, ovali, reticulato, subnudo, florifero triplo latiore tectum.

ASTRAGALUS acaulis, scapis erectis folio longioribus, floribus capitatis, legu- *Hirsutus*  
minibus globosis hirsutissimis. 37-38.

*Astragalus orientalis*, candidissimus & tomentosus. TOURNEF. Coroll. p. 29.

Habitat in Oriente. 4 Descripta secundum specimina herbarii TOURNEFORTII,

RADIX superne divisa, crassa pro magnitudine plantae, lignosa.

FOLIA plurima, magnitudine inaequalia, plerumque pollicaria. Foliola 9, opposita, sessilia, oblonga, incana, extrema minora.

Stipulae membranaceae, subciliatae, lanceolato-acuminatae, petiolo utrinque basi adnatae.

SCAPUS erectus, bipollicaris, pilosus.

FLORES in capitulo subgloboso.

Bractee hirsutae, lineares, longitudine calycis.

LEGUMEN subglobosum, biloculare, pilis albis longis densissimis tectum.

ASTRAGALUS hirsutus, scapis brevissimis erectis, foliolis oblongis, leguminibus *Caprinus*  
ovatis tumidis villosis.

*Astragalus caprinus*; acaulis, scapo erecto, foliolis ciliatis, leguminibus tumidis ovatis villosis. LIN. S. V. plant. p. 1071. cum synonymis.

Frequentem vidi ad Promontorium ZEBBO & alibi in montosis aridis Regni Tunetani.

PETIOLI, foliola subtus, scapi, bractæ calycesque pilis longis hirsuti.  
 FOLIA impari-pinnata. *Foliola* 19. 23., oblonga, supra glabra, inferiora remotiora.  
 SCAPUS folio duplo vel triplo breviores, vix bipollicares. *Flores* pedicellati, 5., remoti.  
*Bractea* lanceolato-subulata, ad basin pedicelli.  
 CALYCIS lacinia subulata.  
*Flores* flavi.  
 LEGUMEN stylo terminatum.

*Numeraria-  
rius* 38-39. ASTRAGALUS floribus radicalibus subsessilibus, foliolis subrotundis emarginatis hirsutis.

*Astragalus creticus, nummularia folio incano, magno fructu.* TOURNEF. Coroll. pag. 28.

*Astragalus nummularius; acaulis lanuginosus, floribus radicalibus subsessilibus, foliolis cordato-subrotundis pilosissimis.* LA MARK Encycl. no. 40.

Habitat in Creta.

Similis Caprino.

FOLIOLA 19., subrotunda, alterna, emarginata, hirsuta.

FLORES in capite radicis subsessiles.

LEGUMEN oblongum, pilosum.

*Globosus* 38-39. ASTRAGALUS acaulis, erectis scapis foliis longioribus, capitulis globosis, bracteis linearibus calycem aequantibus.

*Astragalus orientalis, foliis viciae argenteis, caule nudo, erecto floribus luteis.* TOURNEF. Coroll. p. 28.

Habitat in Armenia.

FOLIA sesquipollicaria. *Foliola* 25. 27., sessilia, opposita, oblonga, incana, apice mucrone calloso, patula, versus apicem sensim minora.

*Stipula* ovato-lanceolata, pilosa.

SCAPUS erectus, teres, foliis duplo longior, pilosus: pilis inferioribus canis, superioribus fuscis.

FLORES in capitulum globosum, multiflorum.

*Bractea* lineares, extus piloso-fuscae, intus virides, longitudine calycis.

CALYCES fusci, albo pilosi, tubulosi: *dentibus* longitudine tubi.

COROLLA calyce duplo longior.

GERMEN lineare, villosum.

LEGUMEN in speciminibus Herbarii TOURNEF. non aderat.

A reliquis Astragalis differt scapo nudo, imprimis florentia bracteisque angustis.

*Densifolius* 39-40. ASTRAGALUS acaulis, scapo erecto foliis longiore, foliolis oblongis emarginatis, floribus capitato-spicatis.

*Tragium alterum Dioscoridis, Secudes arabum.* RAUVOLF. hodoep. pag. 12: tab. 29.

*Astragalus orientalis, incanus, foliorum conjugationibus densissimis.* TOURNEF. Coroll. 29.

*Astragalus foliis pinnatifidis, foliolis oppositis confertis, leviter emarginatis.*

GRONOV. Fl. Orient. p. 91.

*Astragalus densifolius*; *acaulis incanus*, *floribus capitatis pedunculatis, foliolis minimis dense congestis*. LA MARK Encycl. n. 41.

Habitat in Oriente. Ex herbario RAUWOLFII & TOURNEFORTII descriptus.

Planta palmaris.

RADIX lignosa, longissima, pedalis, superne crassitie pennæ columbinæ, simplex.

FOLIA pinnata, tomentosa uti tota planta. *Foliola* numerosa, interdum 51, sessilia, conferta, subopposita, oblonga, undique ejusdem fere latitudinis, apice emarginata, intermedia majora: inferiora remotiuscula, exteriora imbricata.

*Stipule* ad exortum foliorum, lanceolato-acuminatæ, tomentosæ;

SCAPUS foliis longior, teres, 3-4 pollicaris.

FLORES capitati, demum spicati.

*Bractee* lineares, calyce breviores.

CALYCES pilosissimi, tubulosi: *dentibus* setaceis. *Fructiferi* inflati, globosi, reticulati, fere nudi.

COROLLA cærulea, calyce parum longior.

Dignoscitur facile a congeneribus habitu foliolorum imbricato.

ASTRAGALUS *acaulis*, *scapis declinatis foliis longioribus, leguminibus teretibus rectis, foliis simplicibus compositisque*. *Latifolius* 40-41.

*Astragalus orientalis, incanus, humifusus, amplissimo folio, spica longissima & angustissima*. TOURNEF. Corol. p. 28.

*Astragalus latifolius; acaulis incanus, scapis declinatis folia æquantibus, foliolis ovatis latis subquinis, leguminibus subulatis rectiusculis*. LA MARK Encycl. n. 53.

Habitat in Armenia. In Horto sicco TOURNEFORTII vidi.

RADIX perpendicularis, sæpe crassitie digiti intermedii, quinquepollicaris.

FOLIA simplicia, ternata vel pinnato-quinata. *Foliola* ovata, crassiuscula, nervoso-venosa, pubescentia, subtus incana, mucronata; impar reliquis majus, pollicem fere lata.

*Petiolus* longitudine foliolorum.

SCAPUS declinatus, teres, foliis sæpe duplo longior, canescens.

FLORES subspicati.

CALYX cylindricus, subcanescens, lineis quinque elevatis: *dentibus* setaceis.

COROLLA lutea.

LEGUMINA sesquipollicaria, recta, cana, subulata, teretia, patentia, apice mucrone recto.

Dignoscitur facile foliis 6plo latioribus quam in omnibus Astragalis. Specimen vidi in Oriente a Dr. ANDRÉ lectum, foliis omnibus simplicibus.

ASTRAGALUS *scapis erectis foliis longioribus, floribus spicatis, leguminibus oblongis hirsutis longitudine calycis*. *Alyssoides* 41-42.

*Astragalus orientalis, argenteus, angustifolius, flore leucophæo*. TOURNEF. Corol. 29.

*Astragalus alyssoides; argenteus caespitosus, capitulis elongatis pedunculatis, dentibus calycinis setaceis*. LA MARK. Encycl. n. 43.

Habitat in Oriente. Secundum specimina Herbarii TOURNEFORTII descriptus.

FOLIA incana, pinnata, sesquipollicaria. *Foliola* 13-19, lineari-lanceolata, opposita, sessilia, extrema minora.



*Stipulae* plures ad basin petiolorum, imbricatæ, ovatæ, hyalinæ, glabræ, hirsutæ. SCAPUL plures, digitales, erecti, teretes, striati, pubescentes.

*Flores* in SPICA oblonga, numerosi, imbricati.

*Bractea* lineares, persistentes, aridæ, longitudine calycis.

CALYCES minuti, dense pilosi, albidi: *laciniis* teraceis, fuscis, longitudine ipsius calycis.

COROLLA flavescent, calyce longior. *Vexillum* reliquis petalis duplo longius.

LEGUMEN oblongum, utrinque acutum, pilis albidis hirsutum. *Stylus* persistens glaber, longitudine leguminis, curvatus, porrectus, apice rectus.

*Semina* in singulo loculo bina.

Dignoscitur ab omnibus leguminibus minutis calycem vix æquantibus.

*Pforaloides* 42-43. ASTRAGALUS acaulis, scapis erectis foliis longioribus, floribus capitatis demum spicatis, leguminibus oblongis hirsutissimis.

*Astragalus orientalis, canescens, capitulis trifolii bituminosi.* TOURNEF. Corol. 28.

*Astragalus pforaloides; acaulis canescens, floribus capitatis pedunculatis, vexillo obtuso emarginato.* LA MARK Encyclop. n. 42.

Habitat in Oriente. BROUSSONET. 2

RADIX lignosa, multiceps.

FOLIA pinnata, pollicaria. *Foliola* 15-19, sessilia, opposita, oblonga, obtusa, incana.

*Stipulae* ovatæ, acuminatæ, membranaceæ, pilosæ.

SCAPI e singulo apice ramorum radices, foliis parum longiores.

FLORES capitati, demum spicati, 7-10, cærulei.

*Bractea* ovata, membranaceæ, pilosæ, calyce triplo breviores.

CALYX *floriferus* tubulosus, pilosus; pilis albis & fuscis. *Dentes* calycis minuti. *Frustriferus* aridus, parum ampliatus.

VEXILLUM integrum, minime emarginatum, carina alisque longius.

LEGUMEN biloculare, oblongum, calyce parum longius, acutum, hirsutissimum ex pilis splendentibus, apice stylo subulato, persistente longitudine ipsius leguminis terminatum.

*Semina* quatuor in singulo loculo.

Habitus Astragali depressi, at diversus scapo erecto foliis longiori, foliolis apice integris, leguminibus erectis, colore florum.

*Bicolor* 42-43. ASTRAGALUS acaulis, scapis erectis foliis longioribus, floribus capitatis, bracteis lanceolatis calyces hirsutissimos æquantibus.

*Astragalus orientalis, incanus, angustifolius, floribus in eodem capite candidis & purpureis.* TOURNEF. Corol. p. 28.

*Astragalus bicolor; incanus, floribus capitatis pedunculatis, bracteis calyces villosos æquantibus, vexillis longis angustis.* LA MARK Encycl. n. 44.

Habitat in Oriente 2. Specimen Horti fœci TOURNEF. descriptionem suppeditavit.

RADIX, *Stipulae* & *Folia* præcedentis. *Foliola* 17-21.

SCAPI foliis duplo longiores.

FLORES spicato-capitati, 10-12.

GERMEN lineare.

Maxime affinis Astrag. pforaloidi, differt vero scapis longioribus, bracteis lanceolato-ovatis longitudine calycis, calyce hirsutissimo, dentibus calycem ipsum æquantibus. Legumina non vidi.

ASTRAGALUS frutescens, spicis pedunculatis longitudine foliorum, petiolis spinescentibus. *Tragacantha.*

*Tragacantha* DALECH. hist. 1478. fig. 1. BAUH. Pin. 388.

*Tragacantha massiliensis.* BAUH. hist. 1. p. 2. pag. 407. TOURNEF. Inst. H. R. pag. 417.

*Astragalus Tragacantha*; caudice arborescente, petiolis spinescentibus. LIN. S. V. p. 685.

*Astragalus massiliensis*; fruticosus ramosus incanus, racemis capitatis pedunculatis, dentibus calycinis brevibus. LA MARK Encycl. Astr. 59.

Habitat Massiliæ.

RAMIS incanis.

FOLIOLA 8-9 juga, fericea.

FLORES inferiores breve pedicellati.

LEGUMINA villosa, unilocularia.

ASTRAGALUS frutescens, floribus axillaribus sessilibus, petiolis spinescentibus, leguminibus magnitudine calycis. *Poterium* 48.

*Tragacantha altera poterium.* CLUS. hist. 1. pag. 108. BAUH. Hist. 1. p. 2. pag. 407.

*Tragacantha affinis lamuginosa, five Poterium.* BAUH. Pin. 388.

*Tragacantha granatensis foliis incanis caducis five deciduis, flore albo.* MORIS. h. Ox. 2. p. 113. t. 1. tab. 13. fig. 2. GRONOV. flor. Orient. p. 92. n. 226.

*Astragalus tragacantha* β. LIN. Spec. pl. p. 1073.

*Astragalus granatensis*; fruticosus ramosus incanus, foliolis minutis acutis argenteis, pedunculis brevibus subbifloris. LA MARK Encycl. no. 61.

Habitat in Oriente.

Diversus ab insequente floribus sessilibus, calycibus minime inflatis.

ASTRAGALUS caudice arborescente, petiolis spinescentibus, floribus subsolitariis pedunculatis, calycibus fructiferis inflatis villosis. *Rauwolfia* 49.

*Tragacantha species alia.* RAUW. hodoep. pars 4ta tab. 34.

*Tragacantha calyce vesicario spinis recurvis.* SHAW. iter.

*Tragacantha caulescens, pedunculis longitudine foliorum trifloris, foliolis oblongis obtusis.* GRONOV. flor. Orient. p. 92. n. 227.

*Tragacantha orientalis vesicaria erectior, caule ab imo ad summum florido.* RUSSEL. Nat. H. of Aleppo. tab. 5.

*Colutea spinosa*; fruticosa, foliis ovato-oblongis, spinis filiformibus, foliis duplo longioribus. FORSK. Defer. p. 131.

*Astragalus fruticosus, calycibus subsessilibus, inflato-globosis, petiolis spinescentibus.* ORYCTOGRAPH. Arragon pag. 177. tab. 2. fig. 2. ut ex specimine a

Dr. OTANI Cæs. Augustæ communicato vidi.

Habitat in Oriente, Arragonia.

FRUTEX rigidus, teres, glaber, crassitie pennæ cygneæ, ramosissimus. Ramis altitudine caulis, alterni: ramuli villosissimi, brevissimi, ex omnibus axillis spinarum.

FOLIA ad apices ramulorum, conferta, quadrijugā. *Foliola* oblonga, villosa, parva, extrema minora.

PETIOLI lineares, pungentes, subpollicares, apice foliiferi, persistentes; senescentes spinosi, validi, nudi, contigui, tripollicares, supra plani, subtus convexi, levissimi, basi lineis tribus per caulem decurrentes.

STIPULÆ ovatae, acutae, membranaceae.

FLORES in singulo fere ramulo 2-3, pedunculati. *Pedunculus floriferus* brevis; *fructiferus* longitudine petioli, villosus, geniculatus.

BRACTEAE villosae, concavae, ad geniculum, duae aliae ad basin calycis lineares, brevissimae, deciduae.

CALYX villosus, cylindricus, semipollicaris, quinquedentatus: *dentibus* aequalibus, setaceis. *Fructiferus* inflatus, globosus, membranaceus, villosus, magnitudine fere nucis avellanæ.

PETALA calyce longiora, ochroleuca.

GERMEN cylindricum, villosum.

LEGUMEN oblongum, villosum, calyce tectum, uniloculare.

*Semina* 3.

Planta in Herbario RAUWOLFII perum recedit numero foliorum 14: 16, pedunculis longioribus, ceterum omnino convenit cum FORSKÄLII.

*Lagopodioides* 50. ASTRAGALUS frutescens, petiolis spinescens; foliolis apice spinosis, floribus spicatis.

*Tragacantha orientalis vesicaria*, floribus purpureis, in capitulum pedunculo donatum congestis. TOURNEF. Corol. p. 30.

*Astragalus lagopodioides*; subcaulis pubescens, spica pedunculata lagopoidea bracteis scariosis imbricatis, dentibus calycinis subplumosis longitudine corollae. LA MARK Encycl. Astr. no. 66. varietas β.

Habitat in Oriente. Ex herbario TOURNEFORTII.

CAULIS fruticosus, ramosus, squamis tectus.

FOLIA 4-5 juga. *Foliola* oblonga, spina terminata.

PETIOLUS spinescens.

PEDUNCULUS ex apice ramorum, sesquipollicaris, pilosus. Flores in spica pollicari, remotiusculi.

BRACTEAE lanceolatae, membranaceae, nitidae, calycem æquantes eumque involventes, caducae.

CALYX pilosissimus.

Dignoscitur ab omnibus Astragalis costa foliorum in spinam excurrente.

*Compactus* 51. ASTRAGALUS frutescens, floribus glomerato-capitatis, petiolis spinescens, foliolis mucronatis.

*Tragacantha orientalis, humilis, candidissima & tomentosa*, floribus in foliorum alis in capitulum densum nascentibus. TOURNEF. Corol. p. 29.

*Astragalus compactus*; subcaulis incanus, foliolis tomentosis apice pungentibus, floribus in fasciculum compactum & lanuginosum congestis. LA MARK Encycl. no. 64.

Habitat in Oriente.

Humilis, villosus, incanus.

*Foliola trium parium, apice mucrone flavescente.*

CALYCES hirsutissimi, sericei, in capitulum globosum congesti.

Plurimæ adhuc Tragacanthæ in Herbario TOURNEFORTII & VAILLANTII inveniuntur, a se invicem tam diversæ, ut merito distingui mercantur, cum characteres sufficientes præbent.

## PSORALEA.

PSORALEA foliis simplicibus ovatis subdentatis: spicis ovatis. LIN. S. V. p. 686. *Corylifolia.*

*Trifolium unifolium; leguminibus racemosis, nudis, monospermis, foliis simplicibus cordato-subrotundis, repandis.* - FORSK. Descr. p. 140.

Specimina inter plantas FORSKÅLII inveni, æque ac ex India a KÖNIGIO accepi, foliis superioribus ternatis, ceterum ne tantillum a Corylif. LIN. diversa. Sata in horto ex seminibus a KÖNIGIO sub nomine Trifolii paradoxii missis, individua alia erant foliis omnibus simplicibus, alia foliis simplicibus ternatisque.

## LOTUS.

LOTUS leguminibus subbinatis linearibus compressis nutantibus. LIN. S. V. *Peregrinus.* p. 691.

*Lotus villosa.* FORSK. Cat. Syst. plant. Ægypt. p. LXXI. no. 386.

LOTUS leguminibus cylindricis aristatis, caulibus prostratis, pedunculis trifloris, *Arabicus.* bracteis monophyllis. LIN. Mant. 104. S. V. p. 691.

*Lotus rosea caulibus prostratis, pedunculis quadrifloris, foliis quinatis.* - FORSK. Descr. pag. 140. no. 38.

PEDUNCULUS foliis duplo vel triplo longior, 2-3-4 florus.

LEGUMINA glabra.

Stipulas foliis adnumeravit FORSKÅLEUS, hinc folia ei quinata.

LOTUS capitulis subrotundis, caule erecto patulo, foliis quinatis, leguminibus *Græcus.* ovatis. LIN. Mant. 104. S. V. p. 691.

*Lotus belgradica: foliolis quinatis, cuneiformibus; caule erecto; siliquis calyce sesquialongioribus, solitariis, erectis glabris.* FORSK. Descr. p. 215. no. 71.

LOTUS capitulis aphyllis, foliis sessilibus quinatis. LIN. S. V. p. 692. *Dorycnium.*

*Ononis quinata; foliis quinatis integris, cuneatis, sessilibus; floribus sessilibus subquaternis.* FORSK. Descr. p. 130.

Dorycnia plura in variis herbariis latent, ita diversa, ut jure specie distingui possint.

## HYPERICUM.

HYPERICUM floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, caule tereti erecto, *Linariafolium* 28-29. foliis linearibus obtusis glabris.

*Hypericum lusitanicum linariæ folio.* TOURNEF. Inst. R. H. p. 256.

In ericetis versus Bajonam inque Navarra Hispaniæ inveni 2.

CAULIS supra radicem lignosus, teres, levissimus, tenuis, simplicissimus, interdum basi ramosus: ramis altitudine fere caulis, pedalis.

FOLIA sessilia, remota, linearia, glaberrima, obtusa, revoluta, unguicularia.

PEDUNCULI in summitate, filiformes, pauci, patentes, oppositi, plerumque triflori.

CALYCIS *foliola* lanceolata, denticulis nonnullis sericeis, apice glandulosis dentata.

COROLLA parva, calyce parum longior.

FILAMENTA petalis breviora.

*Revolutum* 41-42. HYPERICUM floribus monogynis, foliis lineari-lanceolatis basi revolutis, staminibus corolla brevioribus.

*Hypericum Kalmianum*. FORSK. Cat. Plant. Arab. p. 118. n. 469.

CAULIS fruticosus, glaber, cortice fusco, rugoso. Rami oppositi, e casu foliorum muricati, articulati: articuli inferiores breviores, obsolete tetragoni, superiores alternatim compressi, ancipites, versus apicem dilatati.

FOLIA opposita, sessilia, internodiis longiora, approximata, lineari-lanceolata integerrima, avenia, levia, basi revoluta, semiunguicularia.

FLORÆ terminales, solitarii, magnitudine H. balearici. Pedunculus brevissimus.

COROLLA calyce longior.

FILAMENTA corolla breviora.

GERMEN ovatum. Stylus unicus, semitrifidus.

## P R E N A N T H E S.

*Spinosa* 2-3. PRENANTHES fruticosa, ramis dichotomis spinosis, pedunculis lateralibus solitariis unifloris.

*Prenanthes spinosa*; caule fruticoso dichotomo spinoso. FORSK. Descr. pag. 144. no. 59.

*Lactuca hispanica*, *maritima fruticosa spinosa*. TOURNEF. Inst. R. H. p. 474. VAILLANT. act. Paris. 1721. p. 261.

*Sonchus fruticosus*, *petraeus*, *africanus*, *spinosus*. PARK. Theatr. p. 804.

CAULIS foliosus, basi rectus squamis aridis late-ovatis.

Rami dichotomi, aphylli, glabri, spinis lateralibus patentibus, terminalibus bifidis.

FOLIA sessilia ex apice squamarum, linearia, dentato-sinuata.

*Squamula* ovata, ad divisuram ramorum, ramis arcte adpressa.

PEDUNCULI laterales, uniflori, calyce breviores.

CALYX calyculatus, cylindricus: *foliolis* linearibus glabris.

Planta a Cichorio spinoso toto caelo diversa, receptaculo nudo pappo subplumoso, floribus pedunculatis.

## H Y O S E R I S.

*Lucida*. HYOSERIS scapis unifloris, foliis subcarnosis runcinatis angulatis dentatis. LIN. S. V. p. 720.

*Lapsana taraxacoides*; scapis unifloris, decumbentibus, foliis pinnatis, pinnis angulato-mucronatis, retrorsum imbricatis. FORSK. Descr. p. 145. no. 63.

Planta spontanea glaberrima, digitalis, scapo foliis parum longiori.

FOLIORUM *laciniae* carnosae, oblongae, integerrimae, rarius angulo vel denticulo extrorsum, imbricatae, mediam partem laciniae antecedentis regentes, mucrone

crone albedo terminatæ, in culta a se invicem remotæ; ~~lanata~~.  
**CALYX** calyculatus: *squamis* ovatis, interioribus lanceolatis.  
 Planta spontanea faciem prorsus alienam a culta habet.

## SERRATULA.

**SERRATULA** foliis sessilibus lanceolatis integris spinuloso-ciliatis, subtus tomentosis. *Ciliata*  
14-15.

Sub nomine *Serratulæ arvensis* in collectione FORSKÄLÆI inveni, qui eam ad Bujachtari legit in hortis.

**CAULIS** erectus, herbaceus, striatus, ramosus, inferne nudus, superne incanus.

**FOLIA** sessilia, lanceolata, basi attenuata, integra, serrulata: serraturis spinulosis, obtusa, spinula terminata, supra villosa, viridia, subtus tomentosa, incana, sesquipollicaria.

**PEDUNCULI** terminales, bipollicares, bini vel tres, foliolo uno alterove instructi, uniflori.

*Flores* nuce avellana minores.

**CALYCIS** squamæ glabræ: *exterior* ovata, apice carinata, mucronata; *interiores* lanceolatae.

**PAPPUS** plumosus.

## CARDUUS.

**CARDUUS** foliis decurrentibus pinnatifidis tomentosis: laciniis palmatis spinosis; floribus glomeratis. *Carlinoideus*  
2-3.

*Carduus carlinoides*, foliis decurrentibus decursive pinnatis; pinnulis palmato-quadrifidis aculeatis lanatis, caule corymbofo multifloro floribus glomeratis.

GOUAN. Illustr. p. 62. tab. 23.

*Carduus tomentosus pyrenaicus floribus purpureis glomeratis.* RAL. Syll. stirp. 200. fide Horti sicc. Cel. Viri.

Legi ad pedes montis Moncail Hispaniæ.

Planta pedalis, sæpe altior, tomentoso-incana.

**FOLIA** supra lanata viridia.

**CALYCES** plures, ad apicem glomerati, subsessiles, arachnoides. *Squamæ* lanceolato-acuminatæ, pallide virides, dorso linea elevata, apice flexili.

A GOUANI nostra recedit squamis calycinis angustioribus, interioribus non purpureo-violaceis. Cum vero in reliquis optimæ descriptioni GOUANI respondit, non dubito, quin eadem planta sit.

**CARDUUS** foliis decurrentibus spinosis glabris, pedunculis erectis unifloris inermibus. *Carlinaefolius*  
4-5.

*Carduus carlinaefolius* foliis decurrentibus utrinque glabris pinnatifidis, pinnis inciso angulatis spinosis, pedunculis unifloris sub flore lanuginosis. LA MARK Encycl. Card. no. 14.

Passim in humidis Pyrenæorum legi.

**CAULIS** erectus, glaber, spinosus, superne lanuginosus.

**FOLIA** totaliter decurrentia, copiosa, pinnatifida, glabra: *Pinnæ* angulatæ, spinosæ: spinis validis, flavescentibus.

PEDUNCULI ~~versus apicem~~, terni, raro plures, pollicares, tomentosi, sub flore incrassati, uniflori.

CALYCIS *squamæ* lanceolato-subulatæ, patulæ, subpungentes.

FLORES purpurei.

Habitu accedit ad Card. nutantem & acanthoidem, a priori distinguitur foliis per totum caulem decurrentibus, floribus minoribus, squamis calycinis angustioribus, a posteriori discernitur pedunculis nudis, nec undique foliis decurrentibus spinosis obstitis, foliolis calycinis latoribus, magis tamen similis est nutanti.

*Paniculatus* 8-9. CARDUUS foliis semidecurrentibus dentato-sinuatis spinosis glabris, floribus paniculatis.

Legi in humidis Pyrenæorum, Fromigal.

CAULIS erectus, bipedalis, purpurascens, sulcato-angularis, glaber, spinosus.

FOLIA semidecurrentia, lanceolata, utrinque nuda, dentato-sinuata: dentibus spinis rigidis flavescentibus.

PEDUNCULI versus summitatem, plures, ramosi, superne lanuginosi, ramentis foliaceis sparsis spinosis, 2-5 flori.

FLORES laterales solitarii, terminales plerumque bini vel terni, subsessiles.

CALYCES magnitudine Card. crispî, ovati, glabri: *squamæ* spinula flavescente terminatæ.

*Mollis.* CARDUUS foliis pinnatifidis linearibus, subtus tomentosis caule inermi unifloro. LIN. S. V. p. 727.

*Serratula centauroides.* FORSK. Cat. Syst. Flor. Const. p. XXXII. no. 362.

Varietatem caule subnullo in Hispania legi.

## CYNARA.

*Integrifolia* 1-2. CYNARA foliis lanceolatis denticulatis, squamis calycinis lanceolato-acuminatis.

In montibus versus Toletum Castiliæ novæ invenit Dn. BARNADES madritensis, Botanicus diligentissimus.

Planta humilis glabra, caule simplici, striato.

FOLIA petiolata, lato-lanceolata, spinulis minutis remote denticulata, mucronata, sesquipollicaria.

FLOS terminalis, pedunculatus, solitarius, C. scolymini duplo minor.

CALYCIS *squamæ* lanceolato-acuminatæ: *inferiores* spina subpungente terminatæ.

COROLLÆ cæruleæ.

## ATRACYLIS.

*Humilis.* ATRACYLIS foliis dentato-sinuatis, flore radiato: obvallato involucro patente, caule herbaceo. LIN. S. V. p. 729.

*Centaurea carduus; floribus albis; calycibus foliis spinosis circumseptis.* FORSK. Descrip. p. 152.

FORSKÆLEI differt a speciminibus Atr. humilis in Hispania lectis solummodo tomentositate: spinisque foliorum rarioribus, cæterum omnia eadem.

## CARTHAMUS.

**CARTHAMUS** foliis lanceolato-ovatis spinoso-dentatis, squamis calycinis apice dilatatis serrato-ciliatis. Tab. XVII. fig. a. fermen.

*Cnicus dentatus*; foliis cordato-lanceolatis, amplexicaulis, dentato-spinosis.

FORSK. Defcr. p. 217.

**CAULIS** erectus, rigidus, villosus, proliferus. *Rami* caule altiores.

**FOLIA** lanceolato-ovata, amplexicaulia, approximata, pollicaria, rigida, venosa, tri- vel quinquenervia, villosa, dentata: dentibus inæqualibus spinosis.

**FLOS** caulem & singulum ramum terminat, sessilis, obvallatus foliis caulinis simillimis.

**CALYCIS squamæ** lanceolatae, terminatae squama ovata, membranacea, serrato-ciliata, apice spina subpungente.

**SEMEN** angulatum, tetragonum, lateribus inæqualibus; *Pappus* fetosus; setis lineari-subulatis, inæqualibus, flexilibus, nitentibus, longitudine calycis.

**RECEPTACULUM** fetosum.

Calyx carthami, Pappus non plumosus ideoque non Cnicus.

**CARTHAMUS** floribus corymbosis numerosis. LIN. S. V. p. 731.

*Corymbosus.*

*Cnicus horridus floribus caeruleis; caule spinosissimo.* FORSK. Defcr. p. 217.

## ETHULIA.

**ETHULIA** floribus paniculatis. LIN. S. V. p. 734.

*Corymbosus.*

*Kahiria.* FORSKÅLÆ Defcr. pag. 153.

Speciem Ethulæ Kahirian esse, unicuique patebit, etiam absque visa planta, & modo character Kahiria conferatur cum Ethulæ in gener. plant. LIN. p. 413.

## STÆHELINA.

**STÆHELINA** fruticosa, foliis subulatis spiniscentibus, basi spinula utrinque.

*Spinosa.*

Sub nomine insequenti in herbario PETIVERII vidi, qui eam a MICHELIO habuit:

*Jacea aegyptiaca spinosa.*

*Comiza aegyptiaca Juniperifolio tricuspide sapius auriculato, floribus aureis.*

VAILLANT. Act. Paris. 1719. p. 397. ed. in 8vo.

*Chrysocoma mucronata; foliis teretibus, mucronatis.* FORSK. Defcr. p. 147.

**CAULIS** fruticosus, rigidus, ramosissimus. *Rami* alterni, teretes, striati, glabri.

**FOLIA** alterna, sessilia, teretia, subulata, rigida, pungentia, remota, patentissima, substriata, basi utrinque spinula aucta.

**FLOS** solitarius in apice ramorum, basi foliola bina, minuta.

**CALYX** ante anthesin cylindricus, demum turbinatus, imbricatus, glaber; *squamis* lineari-oblongis, mucrone terminatis.

**SEMINA** pilosa, triquetra; *Pappus* longitudine calycis, griseus, oculo armato subtilissime dentatus.

**RECEPTACULUM:** paleis brevissimis, setaceis.

Ob calycem cylindricum, pappum denticulatum, receptaculum subpaleaceum faciemque alienam a Chrysocomis potius Stæhelinis associavi.



*Hastata* STÆHELINA fruticosa, foliis hastatis incanis.

4-5. *Chrysocoma spathulata*; foliis oblongis, dentatis, subtomentosis, sessilibus, floribus terminalibus. FORSK. Descr. p. 147.

FRUTEX humilis, rigidus, ramosissimus. Rami teretes, incani, obtusi.

FOLIA oblonga, sessilia, versus medium lobulo horizontali utrinque dilatata, obtusissima, basi acuta, incana, præsertim subtus, semiunguicularia, interdum denticulus minutus in axilla lobulorum.

FLORES versus apicem ramulorum, solitarii, sessiles.

CALYX imbricatus, figurâ St. spinosæ; squamis linearibus, carinatis.

SEMINA villosa; pappus ferrugineus, simplex, subtilissime denticulatus extra calycem, subrigidus.

RECEPTACULUM vix palaceum.

## CHRYSO COMA.

*Montana* CHRYSO COMA fruticosa, foliis oblongis integerrimis, floribus solitariis.

4-5. In Monte Horeb legit FORSKÅLÆUS, quam inter descriptas non invenio.

CAULIS fruticosus, ramosus. Rami teretes, villosi.

FOLIA oblonga, acuta, integerrima, villosa, semiunguicularia.

FLORES in apicibus ramorum, solitarii.

CALYX ut in præcedente; squamis exterioribus oblongis, obtusis, apice coloratis, patulis; interioribus longioribus, linearibus, acutis.

Pappus longitudine calycis, ferrugineus.

## SANTOLINA.

*Fragrantif-  
sima* 2-3. SANTOLINA floribus corymbosis, foliis ovatis crenulatis.

*Santolina fragrantissima*; corymbis fastigiatis; caule fruticoso diffuso tomentoso; foliis ovatis, serratis, sessilibus. FORSK. Descr. p. 147. no. 71.

CAULIS incanus, ramosus; ramis alternis.

FOLIA ovata, sessilia, alterna, approximata, juniora imbricata, crenulata, obtusa, crassa, villosa.

CORYMBI terminales, compositi.

CALYCIS squamæ oblongæ, obtusæ, carinatae, villosæ.

PALEÆ receptaculi oblongæ, margine membranaceæ.

## TANACETUM.

*Monanthos.* TANACETUM caulibus simplicissimis unifloris longitudine foliolorum LIN.

*Santolina terrestris*; caulibus prostratis; pedunculis unifloris; foliis bipinnatis linearibus, crassiusculis. FORSK. Descr. p. 147. no. 72.

Planta spontanea terræ adpressa, ramis digitalibus.

## GNAPHALIUM.

*Spicatum* 49-50. GNAPHALIUM caulibus herbaceis simplicissimis, floribus verticillatis, foliis fasciculatis linearibus revolutis.

*Filago aegyptiaca pumila spicata.* Hortus ficus PETIVERII.

*Filago capensis minor spicata.* PETIV. Gazoph. no. 451. tab. 8. fig. 12. omnino.

*Chrysocoma spicata.* FORSK. Cat. pl. Ægypt. p. 73. no. 433.

CAULES plures, herbacei, simplicissimi, adscendentes, digitales, glabri, foliis floribusque tecti.

FOLIA fasciculata, linearia, inæqualia, acuta, revoluta, supra glabra, subtus subtomentosa, semiunguicularia, suprema longiora.

FLORES ex omnibus axillis a basi caulis usque ad apicem, glomerati, minuti.

CALYCIS squamæ scariosæ, ferrugineæ, nitidæ, ovato-lanceolatæ.

Ob habitum huc retuli, cum flores ob parvitatem in speciminibus siccis examinare non potui. Gnaphalium verticillatum nunquam vidi, ideoque mihi adhuc latet, an differat necne, ex descriptione enim in Suppl. LINN. data nil certi statuere licet.

## CONYZA.

CONYZA foliis spathulatis subdentatis cauleque fruticoso tomentosis, pedunculis elongatis unifloris. LIN. S. V. p. 752. *Rupesfric.*

*Conyza tomentosa; foliis hastato-lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis, confertis, subtus tomentosis.* FORSK. Descr. p. 148.

Maxime affinis *C. laxatili*, folia vero versus basin minus attenuata ad insertionem dilatata: pedunculi breviores, crassiores, squama una vel altera lanceolata, non vero setacea: foliola calycina, exteriora ovata, apice fusca, intermedia linearia, obtusa, dorso linea fusca, in *laxatili* autem foliola omnia lanceolata, acuta: rami densissime tomentosi uti folia, ætate calvescentes. Culta differt a spontanea foliis duplo latioribus margine non revolutis.

CONYZA foliis decurrentibus lanceolatis ferrato-dentatis nudis, pedunculis unifloris, caule fruticoso. *Crispata* 24-25.

*Conyza caule alato.* FORSK. Cat. pl. Arab. pag. 119. no. 495.

CAULIS fruticosus, erectus, striatus, glaber uti tota planta. Rami & pedunculis alis dentato-sinuatis crispis.

FOLIA decurrentia, remota, lato-lanceolata, ferrato-dentata, fesquipollicaria.

PEDUNCULI ad apicem ramorum, 2 vel 3, semipollicares, uniflori.

CALYCIS squamæ lineari-lanceolatæ, longitudine radii.

CONYZA foliis decurrentibus ellipticis crenatis subtus tomentosis. *Rugosa* 23-24.

Habitat in Brasilia.

Rami lignosi e foliis decurrentibus alati; alæ integerrimæ, altero latere glabræ, altero dense tomentosæ uti rami.

FOLIA lato-lanceolata, crenata, rugosa, supra nuda, subtus tomentosa, fesquipollicaria.

PEDUNCULI ex alis supremis, longitudine foliorum, tomentosi.

Flores congesti in capitulum.

Folia in *C. virgata* lanceolato-linearia sunt, differt præterea inflorescentia, maxime tamen affines. Accedit ad *Conyzam alopecuroides* helenifolio, caule alato. PLUMIERII Catal. pl. amer. p. 9. Icon. tab. 98. fig. 1.

## ERIGERON.

*Ægyptiacum.* ERIGERON foliis semiamplexicaulibus spathulatis dentatis, floribus globosis.  
LIN. S. V. 754.

*Erigeron tomentosum* caule ramoso, erecto-diffo, cubitali; foliis cuneiformi-lanceolatis, serrato-dentatis, sessilibus, villosis. FORSK. Deser. p. 148.

*Decurrens* ERIGERON foliis decurrentibus linearibus tomentosis, floribus paniculatis.

19-20.

Habitat in Arabia. FORSKÄL.

CAULIS erectus, striatus, pubescens, superne tomentosus; rami lignosi.

FOLIA decurrentia, linearia, integerrima, tomentosa, semiunguicularia.

FLORES paniculati; pedicelli capillares, foliolis binis minutis versus apicem.

CALYCES villosi; squamæ setaceæ, pappo breviores.

COROLLÆ radii nudi.

*Incanum* ERIGERON foliis linearibus tomentosis subdentatis, floribus corymbosis, caule fruticoso.

19-20.

Habitat in Arabia felici. FORSK.

Frutex ramis tomentosis.

FOLIA sessilia, approximata, linearia, basi sensim angustata, acutiuscula, tomentosa, margine parum revoluta, interdum dente uno alterove.

CORYMBI terminales, multiflori.

CALYX subvillosus, foliolis linearibus.

COROLLULÆ radii nudi.

Pappus ferrugineus, calyce longior.

Aliam inter Plantas FORSKÄLI inveni foliis latioribus, obtusis, subrus rugosis, specie tamen differre non videtur.

## SENECIO.

*Biflorus* SENECIO corollis nudis, foliis linearibus planis subdentatis lævibus, pedunculis subbifloris, caule fruticoso.

8-9.

*Senecio linifolius*; radio nullo. FORSK. Cat. pl. Arab. p. 119. n. 502.

CAULIS fruticosus. Rami striati.

FOLIA linearia, patentia, remota, subdentata, sæpe integerrima, glabra, lævia, crassiuscula, basi parum dilatata, amplexicaulia, ciliata.

PEDUNCULI ad apicem pauci 2-4, uniflori vel biflori: foliolum setaceum ad basin singuli.

FLORES magnitudine S. vulgaris.

CALYX intactus; foliolis minutis, paucis, ad basin.

*Arabicus.* SENECIO corollis nudis, foliis subpinnatifidis petiolatis lævibus, calycibus intactis.  
LIN. Mant. p. 114. S. V. p. 756.

*Senecio hieracifolius.* FORSK. Cat. plant. Ægypt. no. 446.

*Auriculatus* SENECIO corollis radicanibus, foliis lanceolatis lyrato-pinnatis dentatis nudis, petiolis auritis. Tab. XVIII.

34-35.

*Senecio lyratus*; corollis radiantibus; terminali; panicula corymbosa, foliis lanceolatis, lyratis, amplexicaulibus, dentatis. FORSK. Deser. p. 148.

CAULIS

CAULIS erectus, inferne ramosus. *Rami* fulcati, glabri.

FOLIA petiolata, remota, omnia lyrato-pinnata, glabra, lævia, acuta, inæqualiter dentata, fesquipollicaria: *lacinia* ultima maxima, cordato-lanceolata, *laterales* utrinque binæ vel solitariae, oblongæ, basi parum angustiores, remote dentatæ.

*Petiolis* foliis multo breviores, basi utrinque auricula rotundata, dentata.

CORYMBUS terminalis: squama subulata ad basin cujusque pedunculi, 2 f. 3. minores in pedicellis.

*Pedunculi* glabri, plerumque triflori, ultimi uniflori.

CALYCES simplices, intacti.

COROLLA radiata; *radius* patens, 8-10 florus.

Ab Alpino distinguitur foliis lanceolatis nudis, calycibus simplicibus intactis.

SENECIO corollis radiantibus quinquerradiis, foliis ellipticis petiolatis integerrimis *Hadiensis* 48-49.  
denticulatisque, caule fruticoso.

*Senecio hadiensis*; foliis lanceolato ovatis, crassis, glabris, denticulatis, panicula corymbosa. FORSK. Descr. p. 149. Icon. tab. 19.

CAULIS fruticosus, stuposus, glaberrimus, uti tota planta.

FOLIA petiolata, elliptica, lævia, crassiuscula, avenia, integerrima, sæpe denticulata: denticulis minutis, paucis, remotis.

*Petiolus* foliis brevior.

CORYMBI terminales.

*Bractæ* 2-3, lineares, ad basin pedunculorum, minores in pedicellis.

CALYX cylindricus, fuscus, maturitate diluor: *calyculus* octodentatus, dentibus minutissimis, præterea squamula nonnullæ ad basin calycis.

RADIUS corollæ quinqueflorus.

## INULA.

INULA foliis linearibus carnosissimis tricuspidatis. LIN. S. V. p. 767.

*Senecio succulentus*; foliis succulentis, cuneiformibus, sessilibus; caule procumbente. CRITHMIFOLIA. FORSK. Descr. p. 149.

CAULIS fruticulosus, teres, basi procumbens: inferne ramosus. *Rami* sparsi, patentes.

FOLIA linearia, glabra, versus apicem latiora, suprema integerrima, inferiora dente utrinque ad apicem notata.

PEDUNCULUS terminat ramos, uniflorus, elongatus; squamis minutis, linearibus, sparsis.

*Antheræ* bifidæ.

*Pappus* ferrugineo-purpurascens.

Planta FORSK. convenit in omnibus cum specimenibus *Inulæ crithmoidis* ad littora maris mediterranei & Barbariæ lectis, quæ in ultimo loco semper caule perennanti observavi.

## COTULA.

COTULA foliis pinnatis multifidis dilatatis, floribus flosculosis. LIN. S. V. p. 774. *Anthemoi-*

*Artemisia nilotica*. Sp. pl. p. 1186.

*Tanacetum humile*. FORSK. Descr. p. 148. n. 73.

CALYX foliolis 18-20, oblongis, margine membranaceis, æqualibus.

RECEPTACULUM nudum.

## A N T H E M I S.

*Tinctoria.* ANTHEMIS foliis bipinnatis serratis subtus tomentosis, caule corymboso. LIN. S. V. p. 777.

*Santolina flava.* FORSK. Cat. Syst. fl. Conft. p. XXXI. n. 356.

*Chamamelum discoidem.* ALL. fl. Pedemont. Tom. I. p. 188. no. 681.

Defectus radii non sufficit pro specie distinguenda, non raro enim eadem aberratio observatur in quam plurimis speciebus Chrysanthemi, Matricariae, Anthemidis eisque affinibus.

## E C L I P T A.

*Erecta.* ECLIPTA caule erecto, foliis basi deflexis sessilibus. LIN. S. V. p. 778.

*Micrelium asteroides.* FORSK. p. 152. n. 96.

Nullum dubium mihi superest, quin Micrelium & Eclipta ejusdem generis sint, character enim Micrelii in opere FORSK. exacte responder characteri Ecliptae in Mantissa LIN. pag. 157. ut conferenti patebit. Adde, quod Micrelia FORSK. in omnibus conveniunt cum specimenibus Ecl. erectae & prostratae in horto Upsalienfi visis & ex India missis. Haec folia utrinque attenuata, albo-punctata, uti caulis pilis albis adpressis punctis insidentibus adpersa, serrata: serraturis utrinque 6. 7. remotis.

*Prostrata.* ECLIPTA caule prostrato, foliis subundulatis subpetiolatis. LIN. S. V. p. 778.

*Micrelium tolak.* FORSK. Deser. p. 152. n. 96.

CAULES depressi, pilosi, praesertim versus apicem.

FOLIA lanceolata, triplo breviora quam in praecedente, sed magis pilosa, scabriuscula.

FLORES pedunculati: *pedunculi* breves.

## B U P H T H A L M U M.

*Graveolens* BUPHTHALMUM calycibus acute foliosis, foliis alternis pinnatifidis. Tab. XIX.

3-4

*Bupthalmium graveolens; foliis amplexicaulibus alternis, lanceolatis, sinuato-dentatis, calycibus obtuse foliosis.* FORSK. Deser. p. 151. no. 90.

CAULIS herbaceus, prolixis, erectus, pubescens.

FOLIA alterna, amplexicauli, pinnatifida: *lobis* oblongis, obtusis, integerrimis; acutiuscula, villosa, bipollicaria, basi latiora. Costa foliorum decurrens per caulem.

FLORES pedunculati, solitarii, parum supra dichotomiam, magnitudine uncis avellanæ. *Pedunculus* longitudine floris.

CALYX foliaceus, 10-phyllus: *foliolis* lanceolatis, integerrimis, acutis, minime pungentibus, flore duplo longioribus. *Calyx interior* polyphyllus: *foliolis* linearilanceolatis, apice villosis, æqualibus, serie duplici.

COROLLA radiata. *Flosculi* in cavitate palcarum.

*Corollulae radii* fulvae, tridentatae, foliolis calycinis interioribus parum longiores.

*Disci* tubulosi, quinqueidentati, longitudine palcarum.

GERMEN hermaphroditis foemineisque villosum. *Stigmata* omnibus duo, linearia.

SEMINUM *corona* octopartita: *laciniis* linearibus, æqualibus.

PALEAE longitudine flosculorum, lineares, concavae, carinatae, rigidae, apice villosae.

BUPHTHALMUM calycibus acute foliosis, foliis alternis cuneiformibus incis  
*Pratenfe*  
 3-4.

*Ceruana pratenfis.* FORSK. Descr. p. 153.

CAULIS diffusus, lignosus, hirtus uti rami & folia. *Rami* proliferi.

FOLIA alterna, cuneiformia, interdum apice tantum lobata, saepius superne laciniiis utrinque binis, lanceolatis, obtusis, integerrimis.

FLORES subsessiles, solitarii, in apice ramorum & parum supra divisuram in altero ramo, magnitudine pisti, hemisphaerici. *Foliola* circiter quinque sub flore, linearia, obtusa, integra, calyce longiora.

CALYX *interior foliolis* simplici serie, oblongis, obtusis.

## C E N T A U R E A.

CENTAUREA calycibus inermibus, foliis ellipticis tomentosis, caule fruticoso. *Verbascifolia*  
*Centaurea maxima; calycibus inermibus; squamis mucronatis; foliis lanceolato-*  
*tomentosis.* FORSK. Descr. p. 152. no. 92.

RAMI teretes, crassitie pennae cygneae, albo-tomentosi, uti tota planta.

FOLIA alterna, petiolata, elliptico-lanceolata, approximata, denticulata, mucrone rigido terminata, venosa, subtus venis alternis costata, spithamæa.

*Petiolus* pollicaris, basi dilatatus.

FLORES terminales, pedunculati: *pedunculi* 2-3; foliolum lanceolatum, petiolatum, pollicare ad basin floris.

CALYX ovatus, pollicaris, imbricatus: *squamis* ovatis, apice fuscis, inermibus.

CENTAUREA calycibus recurvato-plumosis, foliis linearibus sparsis cauleque *Linifolia.*  
 hirtis.

*Centaurea linearifolia; calycibus recurvato-plumosis, foliis linearibus integerrimis angustissimis scabris.* LA MARK Encycl. Cent. n. 23.

*Centaurea linifolia; calycibus recurvato-plumosis, foliis linearibus sparsis.* LIN. S. V. p. 785.

Copiosissime in Castilia veteri occurrit foliis semper longioribus latioribusque quam figura BARRELIERI fuit.

CAULES plures ex apice radiceis, decumbentes, digitales, simplices, striati, hirti uti folia.

FOLIA linearia, conferta, sesquipollicaria, scabra, ciliata.

CALYX terminalis, subsessilis, ovatus, glaber, viridis: *squamis* ovatis, subulatis, acumine reflexo fusco ciliato.

FLOS purpureus. *Corollulae* radii disco longiores, Cent. jaceæ.

CENTAUREA calycibus recurvato-plumosis, foliis lineari-lanceolatis apice patulis, caulibus suffruticosis. *Hyssopifolia*  
 10-11.

*Stoebe fruticans, incana brevi hyssopi folio, capite tereti & cirroso.* BARREL. Icon. 306.

Legi cum præcedente in Castilia veteri minus frequentem.

CAULIS suffruticosus, spithameus, teres, scabriusculus, inferne ramosus.

FOLIA sessilia, approximata, rigida, erecta, lineari-lanceolata, basi parum angustiora, scabra, dilute viridia, oculo armato villosa-rugosa, avenia, integerima, unguicularia, apice parula, mucronata mucrone albo.

Flos terminalis, subsessilis, ovatus, purpureus.

CALYX imbricatus: *squamis* lanceolato-subulatis, pallidis, apice seta ferruginea patente ciliata terminatis.

FLOSCULI æquales.

## AXYRIS.

*Cerasoides.* AXYRIS foliis lanceolatis tomentosis, floribus femineis lanatis. LIN. S. V. pag. 846.

*Achyranthes papposa*; foliis alternis, crassiusculis lineari-cuneatis obtusis. FORSK. Descr. p. 48. no. 60.

*Axyris fruticosa*, floribus foemineis lanatis. GMEL. fl. Sibir. Tom. 3. pag. 17. tab. 2. fig. 1.

## TRAGIA.

*Cordifolia* 1-2. TRAGIA foliis cordatis, caule volubili, bracteis femineis pentaphyllis pinnatifidis. *Jatropha pungens*. FORSK. Descr. p. 163.

CAULIS fruticosus, volubilis, hispida, sicuti tota planta.

FOLIA cordata, serrata, acuminata, subrus pallidiora.

SPICÆ terminales.

Trag. volubilis differt foliis grosse serratis, bracteis integris. Tragia involucrata distinguitur foliis utrinque acutis.

## URTICA.

*Verticillata* 5-6. URTICA foliis oppositis ovatis serratis, floribus numerosis axillaribus sessilibus.

*Urtica iners*; foliis oppositis, ovatis, acutis, serrato-crenatis, capitulis interfoliaceis, sessilibus. FORSK. Descr. p. 160.

CAULIS pedalis, erectus, tener, pilosus inprimis versus summum, inferne ramosus. Rami caule breviores.

FOLIA petiolata, opposita, ovata, obtuse serrata, serratura ultima elongata, basi integerrima, subpilosa, subrus pallidiora, pollicaria.

Petiolus filiformis, longitudine folii, pilosus.

FLORES axillares, numerosi, subverticillati, sessiles, pilosi.

*Heterophylla* 16-17. URTICA foliis ovatis integris trilobisque serrato-dentatis.

*Ana-schorigenum*. RHED. Mal. 2. p. 77. tab. 41.

*Urtica urens racemifera major*. PLUK. Alm. p. 323.

*Urtica palmata*; foliis alternis, serratis, ovatis, palmatis; spicis femineis rigidis, secundis, pinnato-ramosis. FORSK. Descr. p. 159.

CAULIS herbaceus, simplex, sulcatus, villosus, hispida; fetis subulatis, sparsis, albis, nidis.

FOLIA alterna, petiolata, inferiora integra, superiora trifida, grosse obtuse serrata, ultima serratura elongata, subvillosa, subrus pallidiora, secundum nervos fetis nonnullis adpersa, bipollicaria.

Petiolus fetis hispida, folio brevior.

FLORES axillares: *Masculi* superne, spicati; spicis globosis. *Feminei* inferne.

RACHIUS fructiferus dichotome ramosus, hispida.

URTICA foliis alternis cordato-ovatis ferratis, racemis compositis, caule petiolis-  
que hirtis. *Hirsuta* 19-20.

*Urtica divaricata.* FORSK. Descr. p. 160.

CAULIS herbaceus, pedalis, flexuosus, sulcatus, hirtus præsertim superne.

FOLIA alterna, cordato-ovata, ferrata, acuta, subtus pallidiora, secundum nervos  
villosa, pollicaria.

*Petiolus* hirtus, longitudine folii.

*Stipula* lanceolato-lineares.

RACEMI axillares, folitarii, parentes, compositi, folio longiores: *racemulis* parvis,  
subramosis, remotiusculis, pilosis, patulis: *floribus* glomeratis.

Primo intuitu accedit ad *Urt.* interruptam, dissentit vero hirsutie, foliis basi ferratis  
nec integerrimis, apice acutis non vero in acumine productis, spicis ramosis.

Ab *Urt. canad.* recedit foliis minoribus basi ferratis, hirsutie, racemis folio longiori-  
bus non supra decompositis.

URTICA foliis alternis ovatis trinerviis pubescentibus ferratis, capitulis axillaribus  
sessilibus. *M. ralis* 27-28.

*Urtica parasitica; foliis alternis, ovato-acutis, ferratis, mollibus; capitulis  
axillaribus sessilibus.* FORSK. Descr. pag. 160.

CAULIS teres, pubescens, superne canescens.

FOLIA petiolata, alterna, ovata, acute ferrata, acuminata, molliter villosa præ-  
sertim superiora, trinervia, basi acumineque integerrima, sesquipollicaria.

*Petiolus* folio brevior, patens. *Stipula* utrinque lanceolata, acuminata.

FLORUM glomerulis axillaribus, sessilibus, villosis, canescentibus.

Ab *Urt. japonica* Cel. THUNBERGII distinguitur foliis æqualiter ferratis, levibus, glo-  
merulis sessilibus.

## ACALYPHA.

ACALYPHA involucris foemineis urceolatis ciliatis, spicis brevissimis, foliis ovatis *Ciliata* 3-4.  
acuminatis, petiolum æquantibus. Tab. XX.

*Acalypha ciliata; involucris foemineis ciliis filiformibus, conniventibus.* FORSK.  
Descr. p. 162.

Habitat in Arabia & India Orientali.

CAULIS herbaceus, inferne ramosus. *Rami* simplices, inferne glabri, versus sum-  
mitatem pilosi; *ramuli* in axillis folio breviores.

FOLIA petiolata, alterna, ovata, acuminata, obtuse ferrata, sesquipollicaria;  
utrinque pilosa, subtus pallidiora.

*Petiolus* planus, striatus, longitudine folii.

*Stipula* utrinque minuta, sericea.

SPICÆ axillares, sessiles, inferne ternatæ, geminæ, superne solitariae, amento  
masculino terminatæ.

Flores foeminei imbricati, 8-10. *Involucra* urceolata, striata, glabra, multifida:  
*laciniis* sericeis, numerosis, inæqualibus.

*Stylus* multifidus.

ACALYPHA fruticosa, involucris foemineis cordatis crenatis, foliis ovatis acutis  
ferratis. RETZ. obs. Bot. fasc. 5. p. 30. ubi describitur. *Betulina* 3-4.

*Acalypha fruticosa.* FORSK. Descr. p. 161.



## CROTON.

*Plicatum* CROTON foliis ovatis plicatis crenatis hirsutis, caule herbaceo.  
6-7. Habitat in Arabia. FORSK.

Rami teretes, scabriusculi, incani, superne hirsuti, uti folia e pilis densis stellatis. FOLIA Heliotropii supini, petiolata, ovata, plicata, rugosa, crenata, apice rotundata, subtus densius pilosa, mollia, incana, semipollicaria vel ultra.

Petiolus longitudine folii, glandula purpurascens ad apicem & binæ subtus ad basin folii.

Inflorescentia ut in C. tinctorio.

CAPSULÆ pendulæ, violaceo-purpureæ.

Ex allatis apparet, minime esse varietatem C. tinctorii, cujus folia rhomboidea angulato-dentata, subrepanda plana, juniora tantummodo plica una alterave ætate evanida, subtus quidem incana, pilis vero minutis, non longis copiosissimis hirsutis, petiolus absque glandula saltem subtus utrinque ad basin folii. Denique C. tinctorium copiosissime crescens vidi in Europa australi & Regno Tunetano; nunquam vero C. plicatum, nec ad hoc accedens observavi.

*Obliquum* CROTON foliis ovato-lanceolatis integerrimis cauleque herbaceo tomentoso.  
6-7. *Croton argenteum?* FORSK. Cat. plant. Ægypt. p. 75. no. 491.

Habitat in Ægypto.

Asine præcedenti, distinguitur autem pilis minus distinctis, ut tota planta tomentosa appareat foliis utrimque angustis, planis, integerrimis, glandulis nullis nec in petiolo nec ad basin foliorum, demum foliis altero latere basi obliquis angustioribus.

*Lobatum.* CROTON foliis ineremi-ferratis, inferioribus quinquelobis, superioribus trilobis.  
LIN. S. V. p. 864.  
*Croton trilobatum; foliis petiolo brevioribus, 3-5 lobis, lanceolatis ferratis.*  
FORSK. Descr. p. 163.

## JATROPHA.

*Gossypifolia.* JATROPHA foliis quinquepartitis: lobis ciliatis, petiolisque fetis ramosis glandulosis.

*Jatropha gossypifolia: lobis ovatis integris: fetis glandulosis ramosis.* LIN. S. V. pag. 865.

FOLIA venosa, tenera, sæpe triloba: lobi ovati cum acumine, ciliati; ciliis glandulosis.

*Glaucæ* JATROPHA calyculata, foliis quinquefidis trinisque ferrato-dentatis, petiolis nudis, stipulis palmatis.  
1-2.

*Ricinus maderaspatanus, flore purpureo, trilobato folio, mollibus spinulis dentato.* PLUK. Alm. 320. tab. 220. fig. 4. fide Horti sicci ejusdem.

*Croton lobatum.* FORSK. Descr. p. 162.

Habitat in Arabia & India Orientali.

CAULIS herbaceus, erectus, pedalis, pubescens.

FOLIA petiolata, tri- sive quinquefida, basi cuneiformia, glabra, glauca, subavenia, subtus nervosa villosa: laciniae oblongæ, acuminatæ, ferrato-dentatæ; dentibus acutis, inæqualibus, apice subglandulosis.

*Petiolus*

*Petiolus* absque pilis glandulosis, subvillosus, pollicaris, foliis longior.  
*Stipule* utrinque solitariae in 4 vel 5 fectas divise; fectae inaequales, apice glandulosa, simplices, rarius ramosae.

PEDUNCULI versus apicem, oppositifolii, tripollicares, altitudine caulis.

CORYMBI dichotomi: *flores* foeminei in dichotomia, breve pedicellati.

*Bractee* lanceolato-subulatae.

CALYX persistens pentaphyllus: *foliolis* lanceolatis, ciliatis.

COROLLA foeminea pentapetala: *petalis* longitudine calycis, ovatis.

*Filamenta* alterna breviora. *Antherae* 8.

GERMEN triquetrum. *Stylus* 1, *stigmata* tria.

CAPSULA tricoeca, magnitudine fere nucis avellanæ, muricata.

*Semen* magnitudine pisi, figura seminis Ricini.

A J. Gossypifolia absque ullo negotio dignoscitur primo intuitu colore glauco. Differt praeterea, 1) foliis basi productis non vero transversis. 2) Lobis oblongis acute serratis nec ut in Goss. ovatis ciliato-glandulosis. 3) Petiolis nudis absque pilis ramosis glandulosis.

JATROPHA calyculata, foliis tripartitis lobis sursum angulatis integerrimis, caule *Spinosa* 1-2. fruticoso aculeato.

*Croton spinosum*, foliis tri-~~si~~ve quinquelobis, integris, glabris, stipulis spinosis.

FORSK. Descr. p. 169.

Rami teretes, glabri, cortice purpurascante rugoso, superne glauci.

FOLIA petiolata, alterna, glaberrima, semipollicaria, tripartita. *Lobi* oblongi, obtusissimi, superne dilatati, utrinque angulati: *laterales* minores, angustiores, basi interdum latere exteriori lobulo aucti.

*Petiolus* folio parum brevior, teres.

*Aculei* utrinque solitarii ad basin petioli loco stipularum, cortice concolores, subulati, petiolo breviores.

CORYMBI dichotomi. *Flos* foemineus in dichotomia sessilis.

CALYX pentaphyllus.

COROLLA pentapetala.

JATROPHA calyculata, foliis lanceolatis integerrimis. Tab. XXI.

*Variegata*

*Croton variegatum*. FORSK. Descr. p. 163.

1-2.

FRUTEX ramis teretibus, inferne cortice fusco rimoso, superne glauco.

FOLIA subpetiolata, alterna, lanceolata, integerrima, obtusa, mucrone rigido terminata, glaberrima, pagina superiori interdum picta, bipollicaria.

*Stipulae* utrinque binæ ad latus petioli, callo insidentes, subulatae, rigidae, petiolo saepe longiores, divaricatae, persistentes, inferiores aculeiformes.

CORYMBI axillares, folio breviores.

*Bractee* lanceolatae, carinatae.

CALYX quinquepartitus: *laciniis* oblongis.

COROLLA quinquepetala: *petalis* oblongis.

*Antherae* 8.

CAPSULA glabra, oblonga.

Variat foliis latioribus & angustioribus.

A Croton variegato diversa est, cui flores spicati, stipulae nullae.

*Glandulosa* 2-3. **JATROPHA** calyculata, foliis quinquelobis villosis; lobis denticulatis glandulosis, caule fruticoso exstipulato.

*Croton villosus*; foliis palmatis, quinquelobis, glandulose-ferratis. FORSK. Defcr. p. 163.

FRUTEX ramosus, cortice rugoso, villosus.

FOLIA petiolata, alterna, reniformia, villosa, mollia, subviridia, quinqueloba: lobi rotundati, inæqualiter denticulato-glandulosi; glandulis fuscis.

Petiolus longitudine folii, villosus, patens.

Glandulae plurimæ ad latera petioli & in axillis.

Hæ omnes licet calyce instructæ, a genere Crotonis alienæ sunt, quotquot enim Crotones vidi, gaudent floribus spicatis.

## STERCULIA.

*Platanifolia*. **STERCULIA** hermaphrodita, foliis cordatis lobatis, floribus paniculatis. LIN. S. V. p. 866.

*Culhania*. FORSK. Defcr. p. 96.

Calycem ut Corollam consideravit FORSK. Pericarpium singulare est, maturum longitudinaliter a se invicem discedit in loculamenta quinque, quæ in totidem capsulas horizontales abeunt figura folliculorum Asclepiadis, superne futura longitudinaliter dehiscunt, ora intus hispida: semina simplici serie ad latera futuræ affiguntur. Floret quotannis sub dio Pataviæ.

Folia hujus sub nomine Hibisci simplicis in herbario LINNÆI asservantur. Cum in hortis botanicis Europæ borealis florere cœnsavit, ob habitum ad Hibiscos retulit LINNÆUS, flores enim nunquam vidit vir Illustriss. ut ipse fateretur in speciebus plantarum pag. 977. Excludatur igitur Hibiscus simplex in Syst. Veg. & Speciebus plantarum, cum eadem planta est ac Sterc. platanifolia.

## MENISPERMUM.

*Edule* 9-10. **MENISPERMUM** foliis oblongis glabris, floribus hexandris.

*Cebatha edulis*. FORSK. Defcr. p. 171.

Tota glabra.

FOLIA petiolata, oblonga, mucronata, inferiora emarginata.

Petiolus bilinearis.

PEDUNCULI vix longitudine petiolorum.

CALYX hexaphyllus, corolla hexapetala, ut in variis speciebus menispermii.

Bacæ reniformes, binæ tantummodo in specimine exsiccatæ æque ac in Menisp. hirsuto, rudimentum tamen tertiæ observo. Species plures Menispermii ex India vidi staminibus 6. Varias hujus generis pistillis tribus dari, jam observavit Cel. WURDEN vid. observ. ejusd. p. 7. Ex his liquet, Cebatham FORSK. genus distinctum non constituere, jure vero Menispermis associari posse. Accedit, quod habitu tam simile est Menisp. hirsuto, ut limites vix inveniantur.

## HOLCUS.

*Sorghum*. **HOLCUS** glumis villosis, seminibus compressis aristatis. LIN. S. V. p. 904.

*Holcus Durra*; panicula ovata; spiculis sessilibus, subvillosis; alternatim appendiculatis; stoscule uno vel duobus vacuis, sessilibus. FORSK. Defcr. p. 174.

HOLCUS

- HOLCUS glumis glabris, floribus hermaphroditis muticis; fœmineo aristato. *Halapensis*.  
LIN. S. V. p. 905.  
*Holcus exiguus; paniculis coarctatis, ramis alternis; rudimentis florum pedicel-  
latis; sub floribus fertilibus aristatis.* FORSK. Descr. p. 174. no. 75.

## CENCHRUS.

- CENCHRUS panicula spicata, glumis muricatis setis ciliaribus. LIN. S. V. *Racemosus*.  
pag. 906.  
*Phalaris muricata; spica cylindrica; floribus geminatis; calyce fructifero acu-  
leato-muricato.* FORSK. Descr. pag. 202.  
CENCHRUS spica oblonga conglomerata. LIN. S. V. p. 907. *Echinatus*.  
*Elymus caput medusæ.* FORSK. Descr. p. 25.

## MIMOSA.

- MIMOSA spinis stipularibus longitudine foliorum, foliis bipinnatis: partialibus *Horrida*.  
sexjugis, ramis lævibus. LIN. S. V. p. 917.  
*Mimosa Orfota.* FORSK. Descr. p. 177. & ejusd. M. gummifera Cat. pl. arab.  
p. 124. n. 615.  
RAMI angulati, glabri, cortice fusco.  
FOLIA interdum bina ex axilla spinarum; *partialia* 4-5 juga, *interiora* breviora,  
foliolis 5-7 jugis, *exteriora* 8-11 jugis: *foliola* linearia, acuta, glabra.  
*Spinae* geminae, albæ, apice purpurascens, longitudine foliorum.  
FLORES in capitulo globofo, axillari, solitario, primum sessili dein peduncu-  
lato, foliis breviora.  
LEGUMINA compressa, bassi attenuata. FORSK.  
MIMOSA spinis stipularibus distinctis, foliis bipinnatis: partialibus octojugis, spi- *Farnesiana*.  
cis globosis sessilibus. LIN. S. V. p. 916.  
*Mimosa scorpioides.* FORSK. Cat. pl. Const. p. 35. n. 448. & Cat. pl. Ægypt.  
p. 77. n. 553.  
Folia *partialia* 5 juga & spicas globosas pedunculatas, semper observavi in hor-  
tis Europæ Australis & Barbariæ.  
MIMOSA spinis stipularibus, foliis bipinnatis, petiolis subtus aculeis recurvis, flo- *Stellata*  
ribus racemosis. 42-43.  
*Mimosa stellata; foliis geminis, pinnatis, 9 jugis; spinis stellatis ternis, duabus  
apice recurvis.* FORSK. Descr. p. 177.  
RAMI teretes glabri. *Spina* utrinque ad latus petioli.  
FOLIA bipinnata 10 juga: *foliola* 13 juga, oblonga, utrinque rotundata, lateri-  
bus utrisque æqualia.  
*Petioli* communis subtus aculeis geminis, oppositis, recurvis, ad singula paria  
& supra intra singularum aculeus erectus.  
PEDUNCULUS axillaris, sesquipedalæus, superne villosus. *Flores* in racemo  
composito, numerosi, patentes, sparsi; *pedicellis* longitudine florum.  
PERIANTHIUM pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acutis.  
PETALA quinque, lanceolata,

*Filamenta* decem distincta, corolla parum longiora.

*Germen* oblongum. *Stylus* staminibus longior. *Stigma* simplex, obtusum.

**LEGUMEN** compressum, membranaceum, lanceolatum.

## D I O S P Y R O S.

*Latius.* DIOSPYROS foliorum paginis discoloribus. LIN. S. V. p. 918.

*Dactylus trapezuntinus.* FORSKÄLLEI flora Constantinop. p. XXXVI. no. 481.

## F I C U S.

*Populifolia* FICUS foliis exquisitè cordatis acutis, fructibus geminis pedicellatis. Tab. XXII.

3-4.

*Ficus religiosa.* FORSK. Descr. p. 180.

RAMI teretes, glabri, cortice rugoso.

FOLIA petiolata, cordata, acuta, integerrima, utrinque glaberrima, venosa, bipollicaria, basi ejusdem latitudinis.

PETIOLUS longitudine folii, glaber.

PEDUNCULI gemini, axillares, glabri, basi apiceque crassiores, semipollicares.

*Squamæ* binæ vel ternæ sub fructu, subrotundæ, breves.

FRUCTUS globosus, glaber, magnitudine pisi.

Distinguitur a religiosa foliis acutis, nec longo acumine terminatis, fructibus pedunculatis.

A nymphæifolia foliis exquisitè cordatis, utrinque concoloribus, minime obtusis, mucronatis.

A Sycomoro & cordifolia THUNBERGH fructu pedunculato.

*Mollis* 5-6. FICUS foliis oblongis integerrimis subtus villosis, fructibus axillaribus sessilibus tomentosis.

Habitat in India Orientali.

RAMI teretes, villosi, versus apicem tomentosi.

FOLIA petiolata, oblonga, integerrima, obtusa, basi parum angustiora, ad petiolum sinu angusto, supra lævia, subtus venosa, villosa, submollia, bipollicaria.

PETIOLUS villosus, folio brevior.

FRUCTUS sessilis, axillaris, solitarius, minutus, tomentosus.

*Benghalensis.* FICUS foliis ovatis integerrimis obtusis, caule inferne radicato. LIN. S. V. pag. 921.

*Ficus vasta; foliis cordato-ovalibus, obtusis, integris, glabris, nitidis, subcoriaceis.* FORSK. Descr. p. 179.

*Salicifolia* 6-7. FICUS foliis lanceolatis acuminatis, fructibus geminis axillaribus pedunculatis. Tab. XXIII.

*Ficus indica.* FORSK. Descr. p. 179.

Tota glaberrima, lævis.

FOLIA petiolata, lanceolata, glabra, lævia, pallida, acuminata, acuta, basi rotundata, 3-5 pollicaria.

PETIOLUS sesquipollicaris. *Stipula* lanceolata, decidua.

FRUCTUS gemini, axillares, pedunculati, globosi, læves, magnitudine pisi.

F. indica differt foliis oblongis, acumine obtuso, fructibus in ramulis aggregatis magnitudine avellanæ, ramis ~~ramis~~ radicanibus.

**FICUS** foliis cordatis oblongis acutis utrinque scabris, caule repente.

*Sagittata*  
11-12.

Habitat in India Orientali.

CAULIS repens, radiculis oppositifoliis, glaber, superne pubescens.

FOLIA petiolata, cordato-oblonga, auriculis rectis, rotundata, integerrima, utrinque scabra, subtus punctis sparsis, acuta, sesquipollicaria.

Petiolus brevissimus vix bilinearis. Stipulae utrinque lanceolatae.

Fructum non vidi, ex autoritate autem KÖNIGII & summa convenientia cum ceteris huc retuli.

**FICUS** foliis oblongis indivisis trilobis sinuatisque denticulatis scabris, fructu pedunculato muricato globoso. *Denticulata*  
16-17.

Habitat in India Orientali.

RAMI superne angulati, pilosi.

FOLIA petiolata, oblonga, indivisa, superne bi- five triloba, utrinque scaberrima, venosa, acuta, remote inaequaliter denticulata, versus basin integerrima, saepe altero latere vix ad medium folii dentata, bipollicaria & ultra.

Petiolus brevissimus, villosus.

FRUCTUS peduncularis, globosus, glaber, pisco parum major, verruca truncata terminatus, tuberculis inaequalibus sparsis exasperatus.

Sub nomine *F. heterophylli* a KÖNIGIO missa fuit, asseverare tamen non audeo, num *F. heteroph.* LINNAE Suppl. sit, ex descriptione enim iusto breviori nil certi pronunciare licet, praesertim cum varie dantur foliis divisis integrisque huic affines, nec omnibus numeris exacte respondet descriptioni LIN. differt enim magnitudine & figura fructus, nec hispidus est, ut habet THONBERGII *heteroph.* vid. dissert. ejusdem de *F. p. 13.* Walli-Teregam REHD. Mal. 3. p. 83. tab. 62. apprimè convenit quoad figuram foliorum, modo quod in figura integerrima esse apparent; fructus etiam discrepat magnitudine & figura pyriformi absque tuberculo truncato in apice: magis adhuc dubito num ad nostram denticulatam pertineat, dum aliam possideo foliis integerrimis fructu pyriformi glabro foliis divisis integrisque.

**FICUS** foliis oblongis indivisis lobatisque integerrimis scabris, fructibus pedunculatis oblongis truncatis scabris. *Truncata*  
16-17.

Habitat in India Orientali.

RAMI angulati, glabri, laeves.

FOLIA petiolata, oblonga, integra vel triloba interdum quinqueloba, integerrima, acuta, utrinque scabra, venosa, reticulata, supra nitida, subtus pallidiora, bipollicaria & ultra. Lobi oblongi, laterales obtusi.

Petiolus brevis, rugosus, supra canaliculatus.

FRUCTUS peduncularis, oblongus, e punctis minutis scabriusculus, apice eminentia truncata.

Discrepat *F. denticulata* ramis pilosis, petiolo breviori, foliis tenerioribus minime nitidis, denticulatis, fructu globoso, punctis majoribus paucioribus.

**FICUS** foliis oblongis indivisis palmatisque repando-dentatis scabris, fructu pedunculato globoso scaberrimo. *Serrata*  
16-17.

*Ficus ferrata*; foliis ovali-acutis, palmatisque, scabris, crenato-repandis.

FORSK. Descr. p. 179.

RAMI superne, uti folia juniora, ex punctis minutissimis numerosis scaberrimi.

FOLIA petiolata, oblonga, nervosa, integra vel palmata, repando-dentata, basi acuta, integerrima, opaca.

FRUCTUS brevissime pedunculatus, globosus, magnitudine fere nucis avellanæ, villosus scaberrimus.

Differt a reliquis Spec. foliis divisis, ramis folisque punctatis scabris, foliis palmatis basi repandis angustatis nec rotundatis, fructu punctis numerosissimis, minutissimis.

*Palmata* 16-17. FICUS foliis cordato-ovatis lobatisque serratis, fructibus pyriformibus pedunculatis glabris. Tab. XXIV.

*Ficus palmatus; foliis cordato-acutis, palmatisque, serrato-crenatis, scabris, flexilibus.* FORSK. Descr. p. 179.

RAMI teretes, glabri.

FOLIA petiolata, cordato-ovata, integra, bi- five triloba, ad basin usque ferme acute serrata, utrinque scabra, venosa, subtus pallidiora, venis purpurascens, bipollicaria: lobi ovati, acuti.

Petiolus folio duplo brevior.

FRUCTUS pedunculatus, solitarius, pyriformis, glaber, pisco parum major. Pedunculus longitudine fructus, medio bractea binæ, oppositæ minutæ.

Ficum historia adhuc obscura est, plurimas enim species ignotas habet Hort. Malabaricus, varias continet BURMANI flor. Indica, quæ descriptione ulteriore egent. Nonnullas hic tradidi ut species distinctas, utpote mea opinione diversas; judicent auctores, num locus vel alia quæcunque causa has creaverit.

## ACROSTICHUM.

*Africæ.* ACROSTICHUM stipitibus nudis glaberrimis apice dichotomo ramosis quinque f. sex radiatis subulatis laterifloris. LIN. Suppl. p. 444.

*Acrosticum dichotomum, foliis linearibus, dichotomis, pollicaribus.* FORSK. Descr. p. 184. n. 2.

STIPITES compressi, basi ferruginei, juniores versus apicem paleacei.

Tab. XXV. plantam ficit.

## PTERIS.

*Vittata.* PTERIS frondibus pinnatis: pinnis linearibus rectis basi rotundatis. LIN. S. V. p. 931.  
*Pteris obliqua; fronde pinnata; pinnis lineari-lanceolatis, integris, erectis, basi obliquis.* FORSK. Descr. p. 185.

*Cretica.* PTERIS frondibus pinnatis: pinnis oppositis lanceolatis ferrulatis basi angustatis: infimis subtripartitis. LIN. S. V. p. 931.

*Pteris semiferrata; fronde pinnata; pinnis lineari-lanceolatis, apice serratis, infimis duabus bipartitis.* FORSK. Descr. p. 186.

Legi Neapoli.

*Arguta* 20-21. PTERIS frondibus subbipinnatis: foliolis infimis bis bipartitis, pinnis lanceolatis serratis.

*Filix non ramosa jamaicensis pediculo albicante &c.* PLUK. alm. pag. 153. tab. 290. fig. 2.

*Pteris ferrulata fronde supradecomposita, pinnis secundariis concatenatis, lanceolatis, serrulatis; infimis sejunctis, pinnatis.* FORSK. Descr. p. 187.

E Madera etiam missa fuit.

STIPES bipedalis, lævissimus.

FRONS pinnata: *foliola* pinnatifida, infima bina latere inferiore foliolis geminis aucta hinc semibipinnatifida. *Pinnæ* lanceolatæ glabræ, steriles usque ad basin ferratæ, fructiferæ tantummodo apice.

Ægre distinguitur à *biaurita*, an modo varietas? *pinnæ* minores, nec ultima tam elongata, ut habet figura Pl. *biaurita* in PLUMIERIO.

## ADIANTHUM.

ADIANTHUM frondibus pinnatis falcatis apice caudatis. LIN. S. V. p. 939. *Caudatum.*  
*Adiantum incisum*; fronde pinnata; pinnis sessilibus, alternis semiovatis, superne incisis, intus & subtus rectis, integris. FORSK. Descr. p. 187.

## LYCOPODIUM.

LYCOPODIUM foliis sparsis imbricatis: ramulis convolutis. LIN. S. V. p. 943. *Bryopteris.*  
*Lycopodium imbricatum*; frondibus ramosis, pinnatis, omnibus rachi supra & subtus bifariam imbricatis. FORSK. Descr. p. 187.

LYCOPODIUM foliis bifariis: superficialibus geminis, ramis convolutis. LIN. S. *Circinale.*  
V. p. 944.  
*Lycopodium sanguinolentum.* FORSK. Cat. pl. Arab. p. 125. n. 650.

## FUCUS.

FUCUS caule filiformi subramoso, fructificationibus racemosis: una vesiculari turbinata folio cordato crenato peltata. LIN. S. V. pag. 966. *Turbinatus.*  
*Fucus conoides*; caule tereti ramoso; ramis conoidibus; vesicis deltoidibus, dentatis, ramos imbricantibus. FORSK. Descr. p. 192.






*Justicia fastuosa*







*Quadora perfolis*





Tab. VI.



*Baccharis linearis*

Tab. VII.



*Asclepias latifolia*

Tab. VIII.



*Antennaria dioica*




Tab. IX.



*Salix caudata*

Tab. X.



*Salix cylindropalis*



*Anemone gileadensis*




*Arenaria filifolia*



*Cypripedium acaule*





*Phlox malabarica*




*Ruellia longiflora*



*Berberis longiflora*





*Tab. XVIII.*



*Urtica acutata*



*Brickellia graveolens*

Tab. XX.




3. *Aralypha villosa* Cass.

Tab XXI.




*Fabrorthe variegata*






*Pinus populifolia*.



*Pinus latifolia*







# SYMBOLAE BOTANICAE,

SIVE

## PLANTARUM,

TAM EARUM,

QUAS IN ITINERE, INPRIMIS ORIENTALI,

COLLEGIT

PETRUS FORSKÅL,

QUAM ALIARUM,

RECENTIUS DETECTARUM,

EXACTIORES DESCRIPTIONES,

NEC NON

## OBSERVATIONES

CIRCA

QUASDAM PLANTAS DUDUM COGNITAS,

AUCTORE

MARTINO VAHL,

PROFESSORE REGIO, SOCIETATIS AGRARIAE TAURINENSIS, PHYSICO-BOTANICAE ET GEORGOPHILORUM FLORENTINORUM, GEORGICAE TREIENSIS, SCIENTIARUM, QUAE VELITRIS EST, PHYSIOGRAPHICAE LUNDENSIS, SCIENTIARUM NORVEGICAE, UPSALIENSIS, HISTORIAE NATURALIS HAUNIENSIS SODALI.

---

### PARS SECUNDA.

CUM TABULIS XXV AERI INCISIS.

---

HAUNIÆ,

IMPENSIS AUCTORIS.

EXCUDERANT NICOLAUS MÖLLER ET FILIUS,  
AULAE REGIAE TYPOGRAPHI.

MDCCXCI.

EXCELLENTISSIMO

AC

ILLUSTRISSIMO

DOMINO

JOHANNI DE BULOW,

ORDINIS DANNEBROGICI EQUITI AURATO,

COMMENDATORI DE STELLA POLARI,

REGIS DANIAE A CONSILIIS INTIMIS,

CUBICULARIO,

AD AULAM PRINCIPIS REGII MARESCHALLO,

BOTANICES MAECENATI,

SECUNDAM HANC

SYMBOLARUM BOTANICARUM

PARTEM

D. D. D.

AUCTOR.

## SALICORNIA.

**SALICORNIA** foliis cordatis amplexicaulibus.

*Amplexicaul.  
lit 3-4.*

Habitat ad littora lacus prope Bardo Tuneti.

**CAULIS** decumbens, basi frutescens, palmaris vel parum ultra, ramosissimus: *rami* ex omnibus axillis foliorum, alterni, patentissimi, sesquipollicares, bini semper approximati.

**FOLIA** parva, alterna, obrusiuscula, subtus convexa, supra planiuscula, amplectentia, in ramis junioribus imbricata.

A *Salicornia perfoliata* Forsk., quæ forte eadem cum *Sal. arabica* LIN., omnino diversa.

## CHIONANTHUS.

**CHIONANTHUS** paniculis trichotomis, ultimis floribus subcapitatis, calycibus *Compasta.*  
villosis, foliis lanceolato-oblongis; antheris acuminatis. SWARTZ. Prodr. pag. 13.

*Chionanthus caribæa* foliis utrinque glabris, longe acuminatis; calycibus ciliatis.  
JACQU. Collect. vol. 2. pag. 110. tab. 6. fig. 1.

**CHIONANTHUS** paniculis axillaribus trichotomis, floribus omnibus distinctis; *Mayepea.*  
antheris obrusis.

*Mayepea Guianensis.* AUBL. Fl. Gu. pag. 81. tab. 31.

Genus *Mayepea* a *Chionantho* adeo parum differt, ut distingui vix mereatur. In specimen, quod vidi, folia erant opposita, acuminata & calyces villosi.

## CYRTANDRA.

*Character essentialis.*

**COROLLA** quinquefida irregularis. **STAMINA** 4. 2. sterilia. **BACCA** bilocularis.

Post veronicam inferenda. Cum semina non nidulantia sed in arcu duplici seriatis disposita sint, genere videtur differre a *Besleria*, quamvis satis affinis.

**CYRTANDRA** pedunculis subramosis, foliis ellipticis subintegerrimis glabris. *Biflora.*

*Cyrtandra biflora*: involucri bifloris. FORST. Gen. pag. 6.

*Besleria biflora*: pedunculis bifloris, involucri caduco inflato, foliis ovatis integerrimis. FORSTER. Prodr. pag. 43.

Dedit Dn. Prof. FABRICIUS.

**RAMI** glabri, superne tetragonæ, apice pulverulento-ferrugineo-tomentosi.

**FOLIA** petiolata, tripollicata, opposita, glaberrima, nervoso-venosa, subtus pallida, utrinque acuta, versus apicem obscure crenata. *Petiolus* vix unguicularis.

*Pars II.*

A

PEDUN-

PEDUNCULI axillares, petiolo parum longiores, solitarii, subtriflori: *pedicellus*  
 intermedius interdum triflorus, laterales uniflori.  
*Involucrum* triphyllum, inflatum: *foliis* lanceolatis, integerrimis.  
 CALYCIS *foliola* lanceolata.  
 COROLLA calyce duplo longior: *tubo* curvato.

*Cymosa.* CYRTANDRA pedunculis subcymosis, foliis ovatis crenatis basi obliquis subtus  
 pubescentibus.

*Cyrtandra cymosa pedunculis nudis.* FORST. Gener. pag. 6.

*Besleria cymosa: pedunculis cymosis, pedicellis bracteolatis, foliis ovatis crenatis.*  
 FORST. Prodr. pag. 44.

*Ramuli* pubescentes.

FOLIA petiolata, sæpe spithamea, ovata, altero latere angustiora breviora, sub-  
 acuminata, dentato-crenata, nervoso-venosa, supra glabra, subtus pallida,  
 pubescentia.

*Petiolus* unguicularis.

PEDUNCULI axillares, sesquipollicares, pubescentes, multiflori: *pedicelli* simplices  
 vel ramosi, unguiculares, pubescentes.

CALYCIS *laciniæ* lanceolatae.

## J U S T I C I A.

*Aristata.* JUSTICIA floribus axillaribus verticillatis subsessilibus, calycibus exterioribus ari-  
 statis, foliis ovatis.

Habitat in Cap. bonæ spei. Dedit Exc. Dn. BüLOW, Eques aur. & a consiliis  
 intimis Regi Daniæ.

RAMI lignosi, villosi, uti tota planta, superne angulati, linea excavata per latera  
 articulorum decurrente.

FOLIA petiolata, pollicaria, integerrima, acuta, subtus præsertim villosa.

*Petiolus* brevis.

FLORES axillares, plures, utrinque 8 ad 10, in pedunculis 2-3 brevissimis.  
*Bractææ pedunculorum* utrinque duæ, laterales, ovales, basi angustatae, semi-  
 unguiculares; *florales* lineares.

CALYX duplex: *exterior* quadripartitus; *laciniis* lineari-subulatis in aristam desi-  
 nentibus, duabus exterioribus longioribus, interioribus brevioribus. *Interior*  
 quinquepartitus, exteriori brevior; *laciniis* inæqualibus, subulatis.

COROLLA villosa; *Tubo* longitudine calycis exterioris: *Labio superiore* erecto,  
 lanceolato, integro; *inferiore* trifido, laciniis oblongis.

*Stamina & Stylus* longitudine corollæ.

*Serpens.* JUSTICIA floribus axillaribus solitariis, caule repente.

Habitat in Insula St. Mauritiæ.

CAULIS herbaceus, repens, filiformis, ramulus unus vel alter brevis ad geni-  
 cula, glaber.

FOLIA unguicularia, sæpe minora, patentissima, oblonga, interdum subovata,  
 integerrima, obtusa, glaberrima, venosa.

*Petioles* longitudine foliorum.

FLORES axillares, sessiles, solitarii: inferne alterni, superne oppositi.

CALYX

CALYX duplex: *exterior* semiungularis, 5-fidus; *laciniis* lineari-lanceolatis  
suprema longiore latiore: *interior* brevis, 5-partitus; *laciniis* subulatis.  
Variat foliis rotundioribus.

JUSTICIA spicis axillaribus recurvatis, foliis lanceolato-ovatis hirsutis sessilibus. *Scorpioides.*

*Justicia scorpioides fruticosa*, foliis lanceolato-ovatis hirsutis sessilibus, spicis recurvatis. LIN. S. V. pag. 62. REL. HOUSTON. Tab. I.

Rami teretes, cortice cinereo, superne villosi.

Folia subtus pilosa.

SPICÆ axillares terminalesque, erectæ, apice recurvatae.

Flores secundi. Bractææ minutæ.

CALYX parvus.

COROLLA pollicaris: labiis integris.

CAPSULA ut in Justicia bivalvi.

JUSTICIA acaulis foliis crenatis subtus venis villosis.

*Acaulis.*

*Plantaginis facie Indiarum orientalis Nella-Carambee Malabarorum.* PLUK. Amalth. pag. 175. tab. 438. fig. I.

*Justicia acaulis.* LIN. Suppl. p. 84.

RADIX pubescens, superne lanatus.

Folia radicalia, plura, basi angustiora, subsessilia, grosse crenata, venosa; venis supra glabris, subtus villosis.

SCAPI plures, simplicissimi, folio dimidio longiores; squamis lanceolatis, acuminatis adpressis imbricati.

SPICA terminalis, cylindrica, simplex, imbricata; squamis ovatis, acutis, concavis.

CALYX quinquepartitus: *lacinia* superior oblonga, reliquis latior, binæ inferiores lineares, villosæ.

β FOLII lyrato-pinnatifidis, venis glabris.

*Lyrata.*

An specie diversa. Aliam in herbario III. BANKSII vidi, foliis integerrimis utrinque glabris, ex America septentrionali.

JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque tetragonis, bracteis ovatis hirsutis imbricatis, foliis dentatis. *Hirsuta.*

Habitat in Java. DN. THOUIN.

CAULIS herbaceus. Rami obscure tetragoni, pubescentes; articulis tripollicaribus.

Folia petiolata, pollicaria, remota, obtusa, basi in petiolum brevem desinentia, obtuse & remote dentata, pilis utrinque minutis adpressis, subtus albidiora.

SPICÆ pedunculatæ, axillares, oppositæ vel alternæ, pollicares: *pedunculi* foliis longiores, sæpe diphylli; *foliolis* lanceolatis, cum rudimento floris in axillis.

Bractææ imbricatæ: intimæ ovato-lanceolatæ, utrinque denticulis tribus vel quatuor, reliquæ ovatæ, integerrimæ, omnes hirsutæ, præsertim ad marginem.

Flores oppositi, basi bibractæati: bracteis seraceis.

CALYCIS *lacinia* lineari-lanceolatæ, hirsutæ.

JUSTICIA spicis axillaribus oppositis utrinque geminis, bracteis linearibus elongatis, seminibus globosis nitidis. *Sphaerosperma.*

Habitat in Caribæis. DN. FORSETII.

CAULIS herbaceus: ramis teretibus.

**FOLIA** brevissime petiolata, bipollicaria, ovata, acuta, integerrima, glabra.  
**SPICÆ** ex alis supremis, utrinque geminæ, oppositæ, brevissime pedunculatæ, bipollicares, erectæ.  
**Flores** infimi oppositi, reliqui alterni. *Bractææ* erecto-patulæ, tres ad singulum florem, persistentes, semipollicares, angustæ.  
**CALYX** quinquepartitus: *laciniis* lineari-subulatis, bracteis dimidio brevioribus.  
**CAPSULÆ** pubescentes, longitudine bractearum.

*Gendarussa.* **JUSTICIA** spicis terminalibus foliosis, floribus verticillatis, foliis lanceolatis elongatis.

*Veda-Kodi.* RHEED. Mal. 9. pag. 79. tab. 42.

*Rapunculus galeatus sativis glabro folio Bijnagaricus floribus aurantiis.* PLUK. Alm. 316. tab. 55. fig. 3. fide hort. feci PLUK. Figura inala.

*Gendarussa fosa.* RUMPH. Amb. 4. p. 70. t. 28 & p. 72. t. 29.

*Justicia gendarussa: fruticosa, foliis lanceolatis integerrimis, spicis terminalibus simplicibus.* BURM. Ind. pag. 10.

*Justicia gendarussa: fruticosa, glabra, foliis lanceolatis elongatis, spicis verticillatis.* LIN. Suppl. pag. 85.

**CAULIS** fruticosus, glaber, teres.

**FOLIA** brevissime petiolata, bipollicaria, integerrima, glabra, obtusiuscula, venis simplicibus.

**SPICA** ex apice ramorum, foliosa, palmaris. *Flores* utrinque duo vel quatuor. *Bractææ* fetacæ. *Foliolum* utrinque sub singulo verticillo, lineari-lanceolatum, breve petiolatum, longitudine florum, unguiculare, foliolis superioribus minoribus.

**CALYCIS** *laciniæ* fetacæ.

**COROLLA** lutea.

**STYLUS** longitudine corollæ.

*Longifolia.* **JUSTICIA** spicis axillaribus geminis oppositis secundis, foliis lanceolatis elongatis.

Habitat in Insula Mahé. DN. THOUIN.

**CAULIS** herbaceus, glaber.

**FOLIA** petiolata tri-vel quadripollicaria, lanceolata, vix pollicem lata, attenuata, obtusa, integerrima, glabra.

*Petiolus* linearis, filiformis, pollicaris.

**SPICÆ** axillares, geminæ, oppositæ, petiolo duplo longiores. *Flores* secundi, alterni; *Bractææ* binæ ad basin calycis; altera minore, altera longitudine calycis florem tegente, lanceolatæ, acuminatæ.

**CALYCIS** *laciniæ* fetacæ.

**COROLLA** parva, calyce duplo longior.

*Latifolia.* **JUSTICIA** spicis terminalibus subramosis, floribus inferioribus verticillatis, foliis ovatis acuminatis.

Habitat in India orientali. König.

**FRUTEX** *rarius* teretibus, glabris.

**FOLIA** brevissime petiolata, tripollicaria, late-ovata, glabra, integerrima:

*Petiolus* bilinearis, supra canaliculatus; subtus convexus.

**PEDUNCULUS** terminalis, erectus, sæpe pedalis, inferne rami duo oppositi, spiræthamæ, simplices.

*Flores*

*Flores* inferne utrinque 2-3, superne solitarii; inferiores remotiores.

*Bractææ* duæ subulatae, calyce breviores.

*CALYCIS laciniæ* quinque, setaceæ, vix villosæ.

*COROLLÆ* *tubus* angustus, calyce triplo longior.

*CAPSULÆ* pilosiusculæ.

Accedit ad Kaku-Karivi, RHEED. Malab. 9. p. 83. Tab. 44. & forte non diversa, sed flores minores in mæa.

JUSTICIA racemis terminalibus subramosis, floribus subverticillatis, foliis lanceo- *Nitida.*  
lato-ellipticis utrinque attenuatis.

*Justicia nitida*: *dianthera*; *foliis lanceolato-acuminatis*; *floribus subspicatis*;  
*bracteis setaceis*; *caule nitido*. JACQU. Hist. pl. Am. pag. 5.

Habitat in Guadeloupe Dn. MARTELT. Ex Insula St. Crucis misit Dn. von ROHR.  
FRUTICOSUS. Rami obsolete tetragoni, glaberrimi, cinerascens, apice alternatim compressi.

*FOLIA* petiolata, sæpe spithamæa, integerrima, venosa, glaberrima.

*Petiolus* brevis.

*PEDUNCULUS* terminalis, compressus, spithamæus, basi sæpe rami duo, oppositi,  
patentes. *Pedicelli* plures, utrinque tres vel quinque, aggregati, oppositi,  
filiformes, vix unguiculares, distantes: basi *bractææ* minutæ, subulatae.

*CALYX* glaber, minutus, quinquefidus: *laciniis* setaceis.

*COROLLA* bilabiata, unguicularis: *Labio superiore* bifido; *laciniis* lanceolatis:  
*inferiore* trifido profundius diviso.

*FILAMENTA* corollæ dimidio breviora. *Antheræ* simplices.

*CAPSULÆ* unguiculares.

Habitus Juss. variegata Aub. Fl. Guian. tab. 4. quæ differt foliis sessilibus, floribus  
spicatis, pedunculis calycibusque hirtis. Filamenta sterilia in fundo tubi a JACQUINO  
visa non inveni.

JUSTICIA paniculis axillaribus terminalibusque dichotomis, floribus secundis, *Paniculata.*  
filamentis hispidis, capsulis compressis, foliis lanceolatis.

*Cara Caniram.* RHEED. Mal. 9. pag. 109. tab. 56.

*Justicia paniculata*: *diffusa*, *panicula axillari*, *foliis sessilibus lanceolatis*. BURM.  
Ind. pag. 9.

Habitat in India Orientali ex herbario; amici & Botanici peritissimi Dn. SCHU-  
MAKERI, Adjuncti Academiæ Chirurgorum Haunienfis.

*CAULIS* herbaceus, sesquipedalis, strictus, tetragonus: angulis acutis, glaber:  
lateribus bistriatis.

*FOLIA* fere Juss. pectoralis, sesquipollicaria, lanceolata, utrinque attenuata, in  
petiolum brevissimum desinentia, integerrima, glabra, obtusiuscula.

*PEDUNCULI* tetragoni, glabri, patentissimi: *axillares* solitarii, oppositi, plerum-  
que bifidi, subramosi; *terminalis* paniculato-ramosus: pedunculis partialibus  
oppositis. *Pedicelli* alterni, remoti, capillares, solitarii sæpe cum rudimento  
secundi in axillis bractearum.

*Bractææ* oppositæ, sub ramificationibus primis lineari-lanceolatae: ad basin *pedi-  
cellorum* subulatae, brevissimæ, nullæ ad basin calycis.

*CALYX* quinquepartitus, simplex: *laciniis* subulatis, subæqualibus, pubescen-  
tibus.



COROLLA extus pubescens: *lobium superius* bifidum, lineare, obtusum: *inferius* trifidum; *laciniis* lanceolatis.

FILAMENTA longitudinaliter hirsutissima, corollam fere æquantia. *Antherae* simplices.

CAPSULA vix pollicaris, linearis, compressa, marginata, utrinque acuta, mucronata, flavescenti-nitida, medio linea purpurascente longitudinali.

Differt ab omnibus mihi notis, capsulis plano-compressis ændique ejusdem latitudinis nec basi angustatis. Cara CANIRAM REED. l. c. huc pertinet; deleatur igitur SYM. REEDII in Dianth. Malab. LIN. Suppl. & in Just. Gangetica. LIN. Syst. V.

*Stricta.* JUSTICIA racemis axillaribus bipartitis, floribus secundis, foliis lanceolato-ellipticis, filamentis glabris.

Habitat in Malabar. DN. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, glaber, tetragonus; angulis acutis, lateribus utrinque sulco exaratis, internodus bipollicaribus. *Ramuli* axillares, petiolo foliorum parum longiores, floriferi.

FOLIA longe petiolata, pollicaria & ultra, patentia, integerrima, acuminata, basi per petiolum parum decurrentia, supra glabra, subtus palidiora, venosa. *Petioli* foliis dimidio brevior.

PEDUNCULI ex axillis foliorum ramulorum, oppositi, filiformes, bipartiti, patentissimi, foliis triplo breviores; *Pedicelli* oppositi, erecti: *bractea* linearis, longitudine pedicelli ad basin singuli pedicelli & duæ ad basin divisionis pedunculi.

FLORES parvi: foliolum lineare, apice & inferne parum dilatatum, vix semiangulare, basi calycem ad dimidiam partem tegens.

CALYX profunde quinquefidus, *bractea* parum brevior: *laciniis* setaceis, hirtis usque pedicelo, longitudine tubi corollæ.

COROLLA bilabata: *labio* inferiore tridentato.

ANTHERÆ simplices.

Ab antecedente, ad quam habitu accedit, differt caule triplo crassiore longitudinaliter sulco exarato, foliis latioribus longe petiolatis, pedunculis foliis triplo brevioribus semel bifidis, nec ramis ramulosis, floribus oppositis, calycibus longioribus, basi bracteis & filamentis glabris.

*Nutans.* JUSTICIA racemis terminalibus, apice nutantibus, floribus resupinatis, foliis dentatis.

*Justicia nutans herbacea, foliis lanceolatis denticulatis, pedunculis terminalibus cernuis, bracteis setaceis.* BURM. Ind. pag. 10. tab. 5. fig. 1.

Habitat in Java. DN. THOUIN.

CAULIS herbaceus, teretiusculus, glaber, subtilissime striatus. *Rami* alterni.

FOLIA brevissime petiolata, pollicaria vel ultra, attenuata, rare pilosa, patentissima, remote denticulata, venosa: venis alternis simplicibus; summa lanceolata, integerrima.

RACEMI pubescentes: *pedicelli* breves. *Bractea* ad basin pedicellorum & duæ sub singulo flore.

CALYX profunde quinquefidus: *laciniis* linearilanceolatis, corolla triplo brevioribus.

*Labia* COROLLÆ divaricata. *Lobium superius* (inferius) angustius bidentatum, *inferius* (superius) trifidum: *laciniis* lanceolatis.

STAMINA in labio inferiore longitudine corollæ. *Antherae* simplices.

JUSTI-

**JUSTICIA** pedunculis axillaribus trichotomis divaricatis, foliis ovatis acuminatis *Scandens.*  
subrepandis, ramis villosis.

Habitat in Malabar. Dn. KÖNIG.

FRUTEX ramis scandentibus, teretibus, villosis, articulatis.

FOLIA petiolata, bipollicaria, late-ovata, acuminata, basi acuta, venosa: venis utrinque subvillosis.

Petioles semiunguiculares, villosi, subcinerei.

PEDUNCULI oppositi, folio duplo breviores, primum tripartiti, dein semel bifidi, divaricati: pedicellis bifloris. Flores pedicellati. Bractea duae, oppositae, minutissimae, sericeae ad basin pedicellorum calycisque.

CALYCIS lacinae sericeae.

Variat ramis venisque foliorum minus villosis affinis Just. nascuta.

**JUSTICIA** racemis terminalibus compositis: racemulis secundis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis. *Secunda.*

Habitat in Insula Trinitatis. Dn. von ROHR.

CAULIS herbaceus, erectus, glaberrimus, uti tota planta, subsexangulatus, lateribus sulcis exaratus.

FOLIA petiolata, bipollicaria, attenuata, integerrima.

RACEMUS terminalis, palmaris, erectus, fere usque ad apicem compositus ex racemulis erectis, pollicaribus, oppositis, versus summum simplicibus oppositis. Flores in racemulis alterni, 4-5, breves pedicellati: Bractea duae, sericeae, longitudine pedicelli, ad basin pedicellorum.

CALYX 5-partitus: laciniis lineari-lanceolatis, semiunguicularibus.

COROLLA pollicaris, purpurea, bifida: labio superiore lineari, integro; inferiore subtrifido.

FILAMENTA capillaria, longitudine corollae. Antherae binae, pedicellatae.

STYLUS longitudine corollae, capillaris.

**JUSTICIA** spicis axillaribus oppositis secundis, bracteis ovatis hirsutis, foliis lanceolato-ovatis. *Polystachia.* Tab. XXVI.

Habitat in Cajenna. Dn. von ROHR.

CAULIS herbaceus, erectus, strictus, obscure tetragonus; angulis retrorsum pilosis.

FOLIA petiolata, tripollicaria, lanceolata, attenuata, acuta, integerrima supra glabra, nitida, subtus pilosa, patentissima.

Petiolus brevissimus.

SPICAE axillares, solitariae, oppositae, erectae, secundae, folio dimidio breviores, imbricatae, terminalis solitaria.

Bractea anteriores ovatae, membranaceae, nervosae, piloso-ciliatae, semiunguiculares; dorsales semiovatae, ciliatae, cuspidatae, unica ad basin singuli floris.

FLOS solitarius, sessilis in alis bractearum.

CALYX 5-partitus, simplex; laciniis sericeis.

FILAMENTA apice bifida, lacinia altera erecta, altera deflexa; anthera unica in singula lacinia.

*Retusa.* JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis obovatis subretusis imbricatis, foliis ovatis acuminatis.

Ex Insula St. Crucis in America misit Dr. PFLUG.

CAULIS herbaceus, teres, glaber, uti tota planta.

FOLIA petiolata, bipollicaria & ultra, nervis utrinque elevatis, integerrima, obtusiuscula, subtus pallidiora.

Petiolis unguiculares.

PEDUNCULUS terminalis, simplex, 3-4 pollicaris, apice floriferus.

Flores in spica brevi pollicari, solitarii, oppositi.

Bractæ ternæ ad singulum florem: exterior reliquis multo latior, fere unguicularis, basi angustatus, obovatus; duæ laterales, oblongæ, basi attenuatæ, exteriore breviores, pilis minutis subciliatæ.

CALYX quinquepartitus: laciniis lanceolatis.

COROLLA magna, purpurascens, ultra medium fissa; labium superius lanceolatum, bidentatum, inferiore brevius; inferius triplo latius, trifidum: laciniis oblongis.

STAMINA longitudine labii superioris. Antheræ geminæ.

*Undulata.* JUSTICIA pedunculis terminalibus umbellatis simplicibus trifidisque, foliis lanceolatis undulatis.

*Dianthera hyssopifolia floribus pedunculatis terminalibus, foliis lanceolatis scabris.*

BLUM. Ind. pag. 11. tab. 5. fig. 2.

Habitat in Malabar. Dr. KÖNIG.

CAULIS herbaceus. Rami pedales & ultra, simplicissimi, oppositi, erecto-patentes, obscure angulati, articulati; articulis tri-vel quadripollicaribus, sæpe duo alii rami breviores ex axillis.

FOLIA petiolata, bipollicaria, remotissima, ovato-lanceolata, acuminata, undulata, scabriuscula, subtus pallidiora.

Petiolus bi-ive tri-linearis, filiformis.

PEDUNCULI in apice ramorum ex axillis foliorum terminalium, tres vel quinque, bilineares, æquales, apice latiores, basi bracteati: laterales trifidi; intermedii indivisi. Bractæ setaceæ.

Foliola duo lanceolata, acuminata, altero brevior, foventia flores binos vel tres.

CALYCIS laciniæ setaceæ.

CAPSULÆ villosæ.

*Frondeosa.* JUSTICIA umbellis axillaribus compositis pedunculatis: pedunculis elongatis, bracteis obovatis rhombeis obtusis glabris.

Habitat in Otaheke.

CAULIS herbaceus, teres, glaber.

FOLIA petiolata, bipollicaria, ovata, acuta, glabra, integerrima.

Petiolus unguicularis.

PEDUNCULI universales oppositi, folio triplo longiores, tetragonæ, apice pubescentes; angulis acutis: pedunculi parciales umbellati, quatuor, pollicares, pubescentes, intermedii parum longiores. Pedicelli tres vel quatuor, brevissimi, umbellati.

Bractæ pedunculorum & pedicellorum geminæ, oppositæ, oblongæ, acuminatæ.

Florum rhombeæ, obtusæ, membranaceæ, venosæ, calyce multo majores, altera minore. Calycum lineares, subulatæ, longitudine calycis. CALYX

CALYX parvus, quinquepartitus, pubescens.

COROLLA bracteis longior, extus pubescens, bilabiata: *labio inferiore* tridentato.

STAMINA corolla breviora. *Antheræ* geminæ.

JUSTICIA pedunculis axillaribus oppositis quadrifloris pedicellatis, bracteis ovato-*Pubescens.*  
subrotundis mucronatis pubescentibus.

Habitat in Botany Island Dn. FABRICIUS, Prof.

CAULIS fruticosus, ramosus, pubescens, teres.

FOLIA petiolata, bipollicaria, ovato-lanceolata, obtusiuscula, integerrima, juniora pubescentia.

PEDUNCULI axillares, oppositi, petiolo breviores, apice *pedicellis* quatuor, subæqualibus. *Bractea* quatuor sub umbella, subulata, patentissima, apice parum reflexa.

CALYX & *Bractea* florales ut in præcedente, at mucronata & pubescentes, duæ intermediae majores, ut in affinibus.

CAPSULA pubescens.

JUSTICIA pedunculis axillaribus oppositis trifloris pedicellatis, bracteis oblongis *Lavigata.*  
mucronatis pubescentibus.

Habitat in Java. Dn. THOUIN.

CAULIS fruticosus, cortice cinereo, superne viridi. *Ramuli* tetragoni, oppositi, breves, patentissimi.

FOLIA petiolata, pollicaria, ovata, attenuata, integerrima, obtusiuscula, utrinque glabra.

PEDUNCULI axillares, foliarii, oppositi, breves, pubescentes, apice *pedicelli* tres uniflori, pedunculo duplo longiores, superne parum dilatati, intermedio paululum longiore.

*Bractea pedunculi* quatuor ad latera, subulata, patentissima, reflexa: *Florales* oblongæ, parallelæ, altero minore: *Calycinae* lanceolatae.

CALYX ut in antecedentibus.

COROLLA pubescens, bracteis dimidio longior.

*Antheræ* geminæ.

Valde affinis præcedentibus.

JUSTICIA floribus axillaribus verticillatis subtrifloris pedicellatis, bracteis cuneatis aristatis, antheris geminis. *Cuspidata,*

*Dianthera verticillata.* FORSK. Descr. pag. 9.

Similis justiciæ chinensi ut fere mera varietas; differt modo figura bractearum & numero antherarum.

JUSTICIA pedunculis axillaribus bifloris foliis ovatis æquantibus, bracteis subulatis. *Biflora.*

Habitat in India orientali. Dn. SCHUMACHER.

CAULIS suffrutescens, ramosus. *Rami* obscure tetragoni, glabri: articulis tripollicaribus, basi altero latere subgibbosis.

FOLIA petiolata, pollicaria, ovata, parum attenuata, basi acuta, glaberrima.

*Petioles* laxi, inferiores longitudine foliorum.

*Pedunculi* axillares, filiformes, biflori. *Pedicelli* inæquales.

Pars II.

C

*Bractea*

*Bractæe* duæ ad basin pedicellorum, petiolatæ, oblongæ, acutæ: *florales* tres sub singulo calyce inæquales, duæ subulatæ, tertia ovata.

CALYX quinque partitus.

*Anthere* geminæ.

*Sanguinolenta.* JUSTICIA pedunculis axillaribus solitariis unifloris alternis, foliis oblongis, caule repente.

Habitat in umbrosis declivibus Zeylonæ. Dn. KÖNIG.

Tota planta colore sanguineo. Dn. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, simplex, basi repens, geniculatus; articulis inferioribus bipollicaribus, superioribus unguicularibus.

FOLIA petiolata, pollicaria, plerumque integerrima, rarius obscure crenata, obtusa, glabra.

Petiolus folio duplo vel triplo brevior.

PEDUNCULI superne imbricati squamis sex minutis, fetaceis, oppositis.

CALYX quinquefidus: *laciniis* fetaceis tubum corollæ superantibus.

COROLLÆ *tubus* brevis: *lacinia superior* oblonga emarginata: *inferior* duplo lator, longitudine superioris, subtrifida: *laciniis* lanceolatis.

*Trifulca.* JUSTICIA pedunculis axillaribus subtrifloris floribus sessilibus, foliis oblongis obtusis.

*Dianthera trifulca.* FORSK. Descr. pag. 7.

FRUTEX rigidus. *Rami* oppositi, distorti, cicatrifati, teretes, apice tetragoni, cortice cinereo-pubescentes, inferne aphylli.

FOLIA petiolata, pollicaria, approximata, oblonga, integerrima, coriacea, avenia, nervosa: *tenella* subcinerascens.

PEDUNCULI axillares, petiolo duplo breviores, solitarii, oppositi, bi-*f.* triflori.

*Flores* sessiles. *Bractea* utrinque ad apicem petioli, lanceolata, calyce longior, alia ad basin singuli floris, ovata, cinerascens, calyce brevior.

CALYX quinquefidus: *laciniis* lanceolatis subvillosis.

COROLLÆ sesquipollicaris; *labiis* æqualibus; *superius* lanceolatum, obtusum, integrum: *inferius* triidum, *laciniis* linearibus.

STAMINA longitudine corollæ. *Anthere* geminæ.

STYLUS corolla longior.

*Orchioides.* JUSTICIA pedunculis axillaribus solitariis unifloris, foliis lanceolatis utrinque acutis.

*Justicia orchioides: fruticosa, foliis ovatis sessilibus, floribus axillaribus solitariis pedunculatis.* LIN. Suppl. pag. 85.

FRUTEX rigidus, glaber: *Ramulis* alternis.

FOLIA sessilia, semiunguicularia, superne versus sensim minora, lanceolata, utrinque acuta, rigida, crassiuscula, avenia, cuervia, integerrima, apice pungentia.

PEDUNCULI axillares, longitudine foliorum, solitarii, uniflori. *Bractæe* binæ, in medio pedunculi minutæ, deciduæ.

CALYCIS *lacinie* lineari-fetacæ, subæquales.

*Cuneata.* JUSTICIA floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis obovatis emarginatis. Habitat in Capite bonæ spei. Dn. DAHL.

FRUTEX rigidus, cortice cinereo, ramosus: *Rami ramulique* oppositi, patentes, angulati, articulati, tuberculo parvo utrinque ad apicem singuli articuli.

FOLIA sessilia, vix semiunguicularia, crassa, supra avenia, subtus venosa, integerrima, emarginata.

FLORES sessiles, alterni, basi bibracteati. *Bractee* lineares, longitudine calycis.

CALYX quinquefidus: *laciniis* linearilanceolatis.

COROLLA fere *Justiciæ hyssopifoliæ*.

*Antherae* geminae, una supra alteram ad latus ut in *Just. hyssopifolia*: inferior basi aristata alba apice inflexa.

JUSTICIA floribus axillaribus sessilibus oppositis, foliis subrotundis.

*Odora.*

*Dianthera odora.* FORSK. Deser. pag. 8.

FRUTEX cortice cinereo, ramosus. *Rami* obscure tetragoni, sulcis quatuor exarati.

FOLIA petiolata, ovalia s. subrotunda, coriacea, avenia, mucronata.

JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis, foliis linearibus sinuato-pinnatifidis.

*Sinuata.*

*Justicia longifolia: suffruticosa, foliis linearibus sinuatis, pedunculis trifidis axillaribus.* FORST. Prodr. pag. 4. n. 13.

*Rami* angulati, cortice cinereo, glabro.

FOLIA petiolata, tripollicaria vel ultra, glaberrima, utrinque attenuata: *lacinia* remota, altera rotundata.

*Antherae* geminae, parallelæ.

Omnes fere botanici, inter quos nominasse juvat JACQUINUM & JUSSIEUM, qui plurimas hujus generis species scrutandi facultatem habuerunt, consentiunt, *Antheras* binas notam esse minoris momenti, quam ut exinde *Diantheræ* a *Justiciis* distinguerentur. In aliis enim *Diantheris* filamenta in duas dividuntur lacinias, quarum singulae *Anthera* instructæ sunt, in aliis vero filamenta indivisa deprehenduntur, *antheris* quidem binis, sed sæpe ita approximatis, ut in unicam fere coalescant. Nec *Antheris* binis solum gaudent proprie sic dictæ *Diantheræ*, plurimæ enim *Justiciæ*, si non omnes, revera *Diantheræ* sunt; nam non modò variæ ad *Justicias* a LINNÆO amandatæ more *Diantherarum* *Antheras* duas distinctissimas habent, uti *Justicia hyssopifolia*, orchnoides, sed & reliquæ *antheras* plerumque gerunt geminas, ea differentia, ut juxta se invicem parallelæ unicam constituere videantur, licet revera binæ sunt. Hinc *Diantheræ* & *Justiciæ* LINNÆI tantum inter se differunt, vel quod *Antheræ* in propria lacinia filamentum divisi, a se invicem oblique & distincte distant, vel quod verticaliter in filamentum indivisum una supra alteram sunt collocatæ, vel demum quod parallelæ sitæ sunt approximate, basi tantum interdum parum divaricatæ. Verum enim vero cum Genus *Justiciæ* nuperorum detectis ad numerum sat vastum increverit, plurimasque adhuc species ignotas præter eas, quas hic recensui, inter collectiones meorum Amicorum viderim, luce clarius est, cognitionem specierum earumque differentiam eo difficiliorem evadere. Ratio igitur postulat dividere genus *Justiciæ*, si non in plura genera, tamen in plures sectiones. Examinatis vero quam plurimis speciebus, satis superque perspectis, nec calycem nec corollam notam magis convenientem præbere divisioni in plura genera quam *Antheras*. In aliis enim calyx duplex & in iisdem exterior vel quadripartitus vel quinquepartitus. Corollam aliæ fere regularem habent, aliæ tingentem, plurimæ bilabiata, eaque iterum vel labiis indivisis vel divisis sunt. Hinc tot genera, quot diversitates, si differentiam in hisce parvis queris, quæ, quanvis in multis placitis generis optime distinguant, in *Justiciis* tamen non æque adhibentur, ne plantæ adeo affines, ut earum differentia specifica hinc facile eruatur,

nimis a se invicem removeantur. Ex his, quas examinavi, speciebus variae unam tantum notam suppeditarunt, quae sub duobus generibus hujus numerosas species rito combinare licet: diversitatem nempe in earum capsulis obviam. Dissepimentum enim in aliis invenio valvulis adnatum, in aliis liberum; quae nota eo praestantior videtur, cum haec etiam, tam quoad modum, quo aperiuntur valvulae capsularum, quam quoad figuram valvularum, luculenter discrepant a multis aliis ejusmodi generis. In *Justiciis* enim, dissepimentis liberis gaudentibus, valvulae quidem maturo fructu ope dentium elasticae a se invicem discedunt ut in reliquis, differunt vero in eo, quod valvulae non recte persistunt perfecta disseminazione, sed horizontaliter divaricantur. Praeterea a reliquis recedunt valvulis a basi ad medium linearibus, angustis, utrinque planis, a medio vero usque ad apicem singulis latere interiore utrinque ad marginem laminae triangulari parallela auctis & inter has dissepimento apice valvularum tantum affixo, ceterum libero, marginibus laminarum parallelo, linearis, longitudine laminarum, apice inferiore bidentato: in reliquis vero *Justiciis* & *Diantheris* LINNAEAE valvulae extus convexae, basin versus angustatae, intus cavae, dissepimento ab apice usque ad basin valvulae extenso & addato. Differentiae haec graviores mihi videntur quam *Antherae* hinc ejusque indolis, ut tamquam diversi generis assumi queant. Adde quod, quamvis non omnes *Diantherae* LINNAEAE ea nota praeditae sint, vel quamvis non omnes, quae tali capsula gaudent, antheris geminis instruantur, plura tamen, si paucas exceperis, *Diantherae* sunt. Apraequam vero genus hoc sit naturale in duo diversa dirimere audeo, judicium virorum in hac scientia peritorum expectabo in primis cum nonnullas *Justicias* praeter eas, quas mihi examinare licuit, in variis scriptis botanicorum mihi nondum sufficienter cognitae invenio, quae tamen, quantum ex facie & descriptione conjicere licet, forte capsulis ejusdem indolis praeditae sunt.

Figuram harum capsularum in tabula 26 sub figura d. e. f. adjeci, desumptam e *Justicia* chinensi & bivalvi. Species vero, quae dissepimentis liberis gaudent, sunt *Justicia* chinensis, bivalvis, frondosa, pubescens, laevigata & repens, forte etiam cuspidata, martinicensis, japonica THUNBERGII, pectinata LIN. & clavata FOSTERII.

Ne vero genus, tot speciebus novis a me auctum, propria mole correuat, totum genus in plures sectiones dividere abs re non alienum putavi, desumptis notis divisionis a calyce, corolla & numero *Antherarum*, potius quam e duratione caulis, partim quod hic in plantis Indiae, in hortis Europaeorum cultis, variationibus nimis obnoxius est, partim quod ex specimenibus, e calidis regionibus missis, saepe difficile dictu est num herbaceus vel suffruticosus, cum, licet annuus, non raro speciem fert caulis lignosi.

Inflorescentiam ut notam meliorem praeuli illis ex reliquis partibus plantae, utpote quae differentias plures easque ruciores praebet quam folia. Monendum adhuc, quod spicas vel racemos laterales eos nominavi, ubi pedunculi ex apice ramulorum exeunt, & modo foliis duobus instruuntur, non raro enim pedunculus axillaris aphyllus est, interdum foliosus, speciemque ramuli habens, in una eademque planta, in aliis autem excrecente pedunculo infima bractea a floribus infimis remotiores sunt & pedunculum in ramulem mutant. Monantheras denique dixi eas, quae antheris parallelis gaudent. Divisio generis sequens erit, si sub uno omnes comprehendere placeat.

|           |                  |                                          |  |
|-----------|------------------|------------------------------------------|--|
| JUSTICIA. | Calyce duplici.  | { <i>Monantherae</i> .                   |  |
|           |                  | { <i>Diantherae</i> .                    |  |
|           | Calyce simplici. | { <i>Corollis bilabiatis indivisis</i> . |  |
|           |                  | { <i>Corollis bilabiatis divisis</i> .   |  |
|           |                  | { <i>Monantherae</i> .                   |  |
|           |                  | { <i>Diantherae</i> .                    |  |
|           |                  | { <i>Corollis ringentibus</i> .          |  |
|           |                  | { <i>Monantherae</i> .                   |  |
|           |                  | { <i>Diantherae</i> .                    |  |
|           |                  | { <i>Corollis subaequalibus</i> .        |  |

## (a) Calyce duplci (monantheræ).

JUSTICIA thyrsis terminalibus, floribus secundis, foliis lanceolato-ellipticis. 1. *fastuosa*.  
*Justicia fastuosa* LIN.

JUSTICIA thyrsis axillaribus terminalibusque, foliis ovatis acuminatis. 2. *Forskålei*.  
*Justicia Forskålei* SYMB. Bot.

JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, bracteis lanceolatis glabris, ramis 3. *purpurea*.  
 pubescentibus.  
*Justicia purpurea* LIN.

JUSTICIA villosa, floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus mucicis, 4. *verticillaris*.  
 foliis ovatis.  
*Justicia verticillaris* LIN.

JUSTICIA villosa, floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus aristatis, 5. *aristata*.  
 foliis ovatis.

JUSTICIA pedunculis axillaribus verticillatis trifidis, bracteis ovatis mucronatis 6. *chinensis*.  
 basi coloratis.  
*Justicia chinensis* LIN.  
 An Anthææ binæ?

JUSTICIA pedunculis axillaribus elongatis trifloris, bracteis lineari-lanceolatis. 7. *triflora*.  
*Justicia triflora* SYMB. Bot.

JUSTICIA floribus axillaribus solitariis, caule repente. 8. *serpens*.

## (Diantheræ).

JUSTICIA spicis terminalibus, floribus verticillatis, foliis ovato-cordatis. 9. *fulcata*.  
*Dianthera fulcata* SYMB. Bot.  
 Perianthium exterius quadripartitum.

JUSTICIA paniculis axillaribus dichotomis. 10. *bicauficulata*.  
*Dianthera malabarica* LIN.

JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis: pedicellis lateralibus bifloris, bracteis 11. *bivalvis*.  
 ovatis aristatis nervosis.  
*Justicia bivalvis* LIN.

## (b) Calyce simplici.

## Corollis bilabiatis: labiis indivisis.

JUSTICIA pedunculis trifloris, bracteis cuneiformibus, foliis ovatis. 12. *sexangularis*.  
*Justicia sexangularis* LIN. excluso Synonymo PLUKENET.

JUSTICIA spicis axillaribus recurvatis, foliis lanceolato-ovatis hirsutis sessilibus. 13. *scorpioides*.  
*Justicia scorpioides* LIN.

JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque ramosis, floribus alternis, bracteis 14. *assurgens*.  
 linearibus.  
*Justicia assurgens* LIN.

## \*\* Corollis bilabiatis: labiis divisis (monantheræ).

JUSTICIA acaulis, foliis crenatis, venis subtus villosis. 15. *acaulis*.  
*Justicia acaulis* LIN.  
 Pars II.



16. *Echodanum*. JUSTICIA spicis terminalibus tetragonis, bracteis ovatis imbricatis ciliatis, mucronatis, corollarum galea lineari reflexa.  
*Justicia Echolium* LIN.
17. *pulcherrima*. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis imbricatis ciliatis muticis, corollarum galea lanceolata recta.  
*Justicia pulcherrima* LIN.
18. *carthagenensis*. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, bracteis oblongis imbricatis ciliatis.  
*Justicia carthagenensis* LIN.
19. *hirsuta*. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque tetragonis, bracteis ovatis imbricatis hirsutis, foliis dentatis.
20. *sphaerisperma*. JUSTICIA spicis axillaribus oppositis utrinque geminis, bracteis linearibus elongatis, seminibus globosis nitidis.
21. *gendarussa*. JUSTICIA spicis terminalibus foliosis, floribus verticillatis, foliis lanceolatis elongatis.  
*Justicia gendarussa* LIN.
22. *procumbens*. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, calycibus quadrifidis.  
*Justicia procumbens* LIN.  
Variat spicis brevioribus densioribus pilosis PLUKK. tab. 292. fig. 4, spicis longioribus gracilibus angustioribus PLUKK. tab. 56. fig. 3, foliis minoribus rotundioribus caulibus ramosis diffusis caule cretione vel foliisque lanceolatis.
23. *echioides*. JUSTICIA spicis axillaribus oppositis secundis adscendentibus, foliis lanceolato-linearibus hirtis.  
*Justicia echioides* LIN.
24. *longifolia*. JUSTICIA spicis axillaribus geminis oppositis secundis, foliis lanceolatis elongatis.
25. *latifolia*. JUSTICIA spicis terminalibus subramosis, floribus inferioribus verticillatis, foliis ovatis acuminatis.
26. *picta*. JUSTICIA racemis axillaribus terminalibusque, floribus verticillatis, foliis ovatis pictis.  
*Justicia picta* LIN.  
Bractea minutae ovatae.
27. *nitida*. JUSTICIA racemis terminalibus subramosis, floribus subverticillatis, foliis lanceolato-ellipticis.
28. *striata*. JUSTICIA racemis axillaribus bipartitis secundis, foliis lanceolato-ellipticis, filamentis glabris.
29. *paniculata*. JUSTICIA paniculis axillaribus terminalibusque dichotomis, floribus secundis, filamentis hirsutis, capsulis compressis, foliis lanceolatis.  
*Justicia paniculata* BURM.
30. *nutans*. JUSTICIA racemis terminalibus apice nutantibus, floribus resupinatis, foliis dentatis.  
*Justicia nutans* BURMAN.

- JUSTICIA pedunculis axillaribus dichotomis, foliis ellipticis integerrimis. 31. *nasuta*.  
*Justicia nasuta* LIN.
- JUSTICIA pedunculis axillaribus trichotomis divaricatis, foliis ovatis acuminatis 32. *scandens*.  
 subrepandis, ramis villosis.
- JUSTICIA floribus axillaribus oppositis, foliis lanceolatis. 33. *ciliaris*.  
*Justicia ciliaris* LIN.

## (Diantheræ).

- JUSTICIA racemis terminalibus compositis: racemulis fecundis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis. 34. *secunda*.
- JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis imbricatis ciliatis. 35. *debilis*.  
*Dianthera debilis* SYMB. BOT.
- JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis lanceolatis imbricatis ciliatis, foliis lanceolatis. 36. *violacea*.  
*Dianthera violacea* SYMB. BOT.  
 Calyx exterior potius bractæe dicendus.
- JUSTICIA spicis axillaribus oppositis fecundis, bracteis ovatis imbricatis hirsutis, foliis lanceolato-ovatis. 37. *polystachya*.
- JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis obovatis imbricatis subretusis, foliis ovatis acuminatis. 38. *retusa*.
- JUSTICIA spicis terminalibus, floribus geminis, bracteis lanceolatis obtusis, foliis lanceolato-oblongis. 39. *flava*.  
*Dianthera flava* SYMB. BOT.
- JUSTICIA spicis axillaribus, floribus confertis, pedunculis elongatis alternis, foliis lanceolatis. 40. *americana*.  
*Dianthera americana* LIN.
- JUSTICIA spicis terminalibus, floribus remotis subverticillatis, bracteis lanceolatis acuminatis, foliis lanceolato-ovatis. 41. *punctata*.  
*Dianthera punctata* SYMB. BOT.
- JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque, floribus inferne geminis, superne solitariis, bracteis cuneatis. 42. *eustachiana*.  
*Dianthera eustachiana* LIN.  
 Flores sæpe gemini vel tres intra involucrium hexaphyllum: foliolis duabus exterioribus majoribus extrorsum dilatatis mucronatis altero parum brevioribus, quatuor reliquis æqualibus subulatis.
- JUSTICIA panicula terminali, dichotoma. 43. *pectoralis*.  
*Dianthera pectoralis* LIN.
- JUSTICIA spicis terminalibus filiformibus, spiculis verticillatis. 44. *comata*.  
*Dianthera comata* LIN.

45. *undulata*. JUSTICIA pedunculis terminalibus umbellatis simplicibus trifidisque, foliis lanceolatis undulatis.  
*Dianthera byssopifolia* BURM.
46. *frondosa*. JUSTICIA umbellis axillaribus pedunculatis compositis: pedunculis elongatis, bracteis obovatis rhombeis glabris obtusis.
47. *pubescens*. JUSTICIA pedunculis axillaribus oppositis quadrifloris pedicellatis, bracteis ovato-subrotundis mucronatis pubescentibus.
48. *lavigata*. JUSTICIA pedunculis axillaribus oppositis trifloris pedicellatis, bracteis oblongis mucronatis pubescentibus.
49. *cuspidata*. JUSTICIA pedunculis axillaribus verticillatis subtrifloris pedicellatis, bracteis cuneiformibus aristatis.  
*Dianthera verticillata* FORSK.
50. *biflora*. JUSTICIA pedunculis axillaribus bifloris pedicellatis foliis æquantibus, bracteis subulatis.
- \*\*\* *Corollis ringentibus* (monantheræ).
51. *Adhatoda*. JUSTICIA spicis axillaribus oppositis, bracteis ovatis acutis nervosis.  
*Justicia Adhatoda* LIN.  
Variat bracteis ovato-cordatis & ovatis.
52. *Betonica*. JUSTICIA spicis terminalibus, bracteis ovatis acuminatis venoso-reticulatis coloratis.  
*Justicia Betonica* LIN.
53. *repens*. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque secundis glabris, bracteis dorsalis bifariis margine membranaceis.  
*Justicia repens* LIN.
54. *pectinata*. JUSTICIA spicis axillaribus terminalibusque secundis tomentosis, bracteis dorsalis bifariis ciliatis.  
*Justicia pectinata* LIN.  
Spicæ sessiles ut in antecedente, bractæ dorsales lanceolatae in pectinata, ovatae in repente.
55. *sanguinolenta*. JUSTICIA pedunculis axillaribus solitariis unifloris, foliis oblongis, caule repente.  
(*Diantheræ*).
56. *Japonica*. JUSTICIA pedunculis axillaribus alternis subquadrifloris pedicellatis, bracteis lanceolatis ciliatis.  
*Dianthera Japonica* THUNB.
57. *trifulca*. JUSTICIA pedunculis axillaribus subtrifloris oppositis, floribus sessilibus, foliis oblongis obtusis.  
*Dianthera trifulca* FORSK.
58. *byssopifolia*. JUSTICIA pedunculis axillaribus subunifloris, foliis lanceolatis obtusis.  
*Justicia byssopifolia* LIN.

- JUSTICIA pedunculis axillaribus unifloris, foliis lanceolatis rigidis utrinque acutis. 59. *Orchioides*.  
*Justicia orchiioides* LIN.
- JUSTICIA pedunculis axillaribus unifloris, foliis oblongis dentatis. 60. *madurensis*.  
*Justicia maturensis* BCKM.
- JUSTICIA floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis obovatis emarginatis. 61. *cuneata*.
- JUSTICIA floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis obovatis ramis incanis. 62. *Tranquebariensis*.  
*Justicia Tranquebariensis* LIN.  
*Justicia parvifolia* LA MARK.
- JUSTICIA floribus axillaribus solitariis sessilibus oppositis, foliis subrotundis, ramis 63. *odora*,  
glabris.  
*Dianthera odora* FORSK.

\*\*\* *Corollis subæqualibus.*

- JUSTICIA spicis terminalibus, foliis lanceolato-ovatis quaternis. 64. *infundibuliformis*.  
*Justicia infundibuliformis* LIN.
- JUSTICIA pedunculis axillaribus trifidis, foliis linearibus sinuato-pinnatifidis. 65. *sinuata*.  
*Justicia longifolia* FORSTERI.
- JUSTICIA pedunculis subunifloris, foliis oblongis, spinis axillaribus. 66. *spinosa*.  
*Justicia spinosa* LIN.
- Folia sæpe plura ex eadem gemma. Variat foliis oblongis, obovatis, subrotundis, emarginatis, majoribus vel minoribus.

C R Y P S I S.

- CRYPISIS Hort. Kew. I. pag. 48. *aculeata*.  
*Anthoxanthum aculeatum* spicis subglobosis, involucri foliaceo brevi mucronato.  
LIN. Suppl. pag. 89.
- Phalaris vaginiflora*; culmis repentibus; spicarum capitulis sessilibus, axillaribus, vagina folii circumdata, calyce corollis angustiore, fere filiformi, bivalvi, unifloro; valvis compressis, angustis, altera longiore. FORSK. Descr. pag. 18.  
Frequens etiam in Barbaria est.

T O N S E L L A. SCHREB. Gen. pl. pag. 34.

- TONSELLA. *scandens*.  
*Tontelea*. AUBL. Fl. Gu. pag. 31. tab. 10.  
In Insula Trinitatis legit Dn. von ROHR.
- ARBOR: ramis teretibus, cortice purpurascens scabriusculo, superne pilosis.
- FOLIA opposita, petiolata, sesquipollicaria, distantia, oblonga, acumine brevi terminata, integerrima, rigida, venosa, utrinque scabriuscula, subtus venis villosa; juniora punctis minutissimis adspersa.
- PEDUNCULI axillares, oppositi, folio duplo breviores, tomentosi, minime scabri, apice dichotomo ramoti; ramis ramulisque brevibus.
- Pars II. E Bracteæ

*Bractea* lanceolata, parva, opposita, ad basin ramorum & ramulorum pedunculi.

**CALYX** quinquefidus: *laciniis* ovatis, acutis, margine denticulatis.

**COROLLA** pentapetala: *petala*, uti calyx, canescentia, nectario ungue brevi infra marginem inserta, subrotunda, denticulato-ciliata, duo parum minora.

*Nectarium* suburceolatum, marginatum, intus villoso-subsericeum.

**STAMINA**: *filamenta* tria, disco nectarii inserta, stylo approximata, lanceolata, compressa, brevia. *Anthera* didyma.

**PISTILLUM** *stylus*? conicus, longitudine filamentorum. *Stigma* obtusum.

Figura AUBLETII minus bona.

## PANICUM.

*polystachyon*. PANICUM spicis teretibus, involuclis unifloris, fasciculato-fetosis, culmis erectis, superne ramosis. LIN. S. V. p. 105.

*Phalaris setacea*; *solitaria spicata*; *spiculis solitariis, involuclis setaceis flore sesqui longioribus*. FORSK. Descr. pag. 17.

## MILIUM.

*lindigerum*. MILIUM panicula subspicata, floribus aristatis. LIN. S. V. pag. 109.

*Agrostis australis*: *panicula subspicata, seminibus ovatis pubescentibus: aristis longitudine calycis*. LIN. S. V. pag. 110.

Specie non differunt fide Herbarii Linnæano.

## ALOPECURUS.

*antarcticus*. ALOPECURUS culmo erecto, spica ovata, glumis hirsutis, corollis aristatis: aristis calyce longioribus.

3-4

Habitat ad fretum Magellanicum. DN. THOUIN.

CULMUS pedalis, glaber.

FOLIA angusta, lineari-subulata, bi-*f.* tripollicaria, plana.

PANICULA terminalis, spiciformis, ovata, pollicaris.

FLORES ovati.

CALYCES hirsutissimi, facie Phalaridis, apice purpurascens.

COROLLÆ *calvula* calyce brevior, ovata, versus basin aristata: *Arista* purpurea, calyce duplo longior.

## POA.

*latifolia*. POA paniculae ramis simplicibus, glumis bifloris, flosculo altero pedicellato ciliato, foliis lato-lanceolatis.

20-21.

*Poa malabarica*: *paniculae ramis simplicissimis, floribus sessilibus, seminibus distantibus, culmo repente*. BURM. Flor. Ind. pag. 27. tab. 11. fig. 2.

*Poa latifolia*: *panicula diffusa mutante, spiculis remotis bifloris, altero pedicellato, margine setoso*. FORST. Prodr. pag. 8. n. 44.

Spe-

Specimina communicarunt BURMANNUS & Cel. FABRICIUS Prof. Kilonenf. qui eam a FORSTERO habuit.

CULMI (in meis) erecti, vaginati, glabri.

FOLIA tri- & quadripollicaria, pollicem lata, lanceolata, glabra, subtus nervis duodecim extantibus. *Vaginae* striatae.

PANICULA diffusa, semipedalis; ramis simplicibus, scabris, ad lentem villosis, inferioribus basi interdum ramulosis. *Pedicelli* alterni, remoti, solitarii, uniflori, capillares.

CALYX biflorus: *glumis* lanceolatis, glabris, carina scabris, acutis, corollis brevioribus, altero minore.

Flores gemini, compressi, alter lanceolatus striatus sessilis longior glaber, alter pedicellatus; *valvula* floris pedicellati exterior superne tuberculis utrinque 5 ad marginem apice uni-sive bifidis.

Specimina javanica gaudent vaginis folisque utrinque adspersis tuberculis minutis, quibus insident pili minuti. An a *Poa malabarica* LIN. diversa?

POA paniculae ramis subdivisis, spiculis quinquefloris, flosculis distantibus obtusis. *distans.*  
LIN. S. V. pag. 115.

*Poa divaricata*; paniculae ramis geminatis divaricatis, spiculis subquadrifloris.  
GOUAN. Illustr. pag. 4. tab. 2. fig. I.

POA panicula spicata secunda, foliis convolutis rigidis, culmo procumbente. *littoralis.*  
*Poa littoralis*: panicula coarctata secunda mutica, foliis convolutis rigidis, caule *30-31.*  
*humifuso*. GOUAN. Fl. Monsp. pag. 470.

In arenosis ad littora lacus Sifarae Tuneti inque Hispania legi.

CULMI longe per arenam procumbentes, filiformes, teretes, glaberrimi; articulis bipollicaribus. Rami ad genicula plura, floriferi & steriles: *floriferi* geniculati, digitales vel dodrantaes, vaginati.

FOLIA alterna, unguicularia, patentissima, subulata, minime pungentia, subtilis, sive striata, glabra. *Vagina* folio parum brevior, fauce margine pilosa, seniores plana lanceolata. Folia ramulorum sterilium bifaria.

SPICULAE sessiles, alternae, confertae in spicam oblongam, pollicarem vel ultra, undecimflorae, ovatae, villosae.

CALYX spicula brevior: *glumis* ovatis, acutis, concavis.

PETALA exteriora ovata, concava, margine pilosa: interiora membranacea, extus plana, intus a marginibus inflexis cava.

POA spiculis sessilibus distichis: inferioribus remotis rectis: superioribus approximatis recurvatis. *bifaria.*  
*32-33.*

Habitat in India Orientali.

Gramen totum glabrum: CULMO filiformi.

SPICULAE lanceolatae, compressae: inferiores undecimflorae, infimae interdum triflorae, superiores 19 florum. *Rachis* altero latere planus, altero convexus.

COROLLAE *valvula* exterior ovata, carinata, obtusiuscula, utrinque univervis.

Facili negotio a reliquis distinguitur spica simplici dodrantaes, spiculis superioribus recurvis.

## BRIZA.

- eragrostis.* BRIZA spiculis lanceolatis: flosculis viginti. LIN. S. V. pag. 116.  
*Poa multiflora; culmis simplicibus, erectis, spiculis linearibus, multifloris.*  
 FORSK. Descr. pag. 21.

## CYNOSURUS.

- retroflexus.* CYNOSURUS spica composita, spiculis aggregatis, calycibus bifloris aristatis,  
 45. flosculis muticis.  
 Habitat in India Orientali. DN. LA MARK.  
 CULMI teretes, glabri.  
 FOLIA subulata, spithamea, glabra. Ligula membranacea.  
 SPICA composita, spithamea, erecta. Rachis communis fulcratus, angulatus.  
 Spicula ternæ ad singulum dentem rachidis, laterales sessilis, intermedio breve  
 pedicellato, lineares, pollicares, interstitiis parum longiores, patentcs, rarius  
 spicula quarta parum supra reliquas sessilis omnes ætate retroflexæ.  
 Flores ab altero latere rachidis compressi, glabri. Rachis partialis flexuosus.  
 CALYCIS valvula lanceolata, valde attenuatæ in setam, hinc quasi aristatæ.  
 COROLLÆ geminae, mucosæ, altera pedicellata.
- filiformis.* CYNOSURUS spica solitaria disticha, calycibus subulatis trifloris, flosculo sterili  
 78. mutico.  
 Habitat in India.  
 CULMI repentes, ramosi, filiformes, inferne compressi: internodiis pollicaribus.  
 Scapi floriferi ex apice, spithamei, simplicissimi, geniculati, folio unico subu-  
 lato versus medium.  
 FOLIA ad nodos utrinque plura, sesquipollicaria, setacea. Vaginæ compressæ,  
 equitantes, longitudine tere foliorum, foliis latiores.  
 SPICA terminalis, solitaria, pollicaris, linearis. Flores parvi, alterni, compressi,  
 glabri.  
 CALYCIS valvulae patentcs, subæquales, longitudine flosculorum, acutæ.  
 Flosculi plerumque tres, alter sessilis hermaphroditus, alter pedicellatus masculus,  
 tertius sterilis.  
 COROLLÆ valvula exterior sub apice aristata in masculo & hermaphrodito, in  
 sterili mutico: Arista calyce parum longior.
- monostachyos.* CYNOSURUS spica terminalis, calycibus subulatis muticis subtrifloris, flosculis  
 7-8. aristatis unilateralibus.  
 Habitat in India Orientali. DN. KÖNIG.  
 CULMUS erectus, sesquipedalis, glaber.  
 FOLIA subulata, angusta.  
 SPICA terminalis, solitaria, spithamea. Rachis extrorsum convexo-carinata.  
 Flores alterni, imbricati, a latere interiori, glabri.  
 CALYCIS valvulae subulatæ: exterior major longitudine flosculorum; interior  
 brevior.  
 Flosculi basi barbati, compressi: hermaphroditus sessilis, masculus minor, tertius  
 sterilis: valvula exterior omnium carinata, sub apice aristata; arista recta,  
 calyce duplo longiores.

CYNOSURUS spicis digitatis, calycibus quadrifloris dorso aristatis, petalis exterioribus 7-8. *paniculatus.*  
 ribus hermaphroditi aristatis penicillis barbatis.

Habitat in India Orientali.

CULMUS teres, erectus, subtilissime striatus, superne pubescens.

SPICÆ terminales, ternæ, interdum solitariae, brevissime pedicellatae, basi barbatae, quadri-vel quinquipollicares, erectae, rarius apice parum recurvae.

*Rachis* extrorsum convexiusculus, intus canaliculatus.

FLORES e latere tantum interiori, sessiles, alterni, confertissimi, subulati, subcompressi, patentes.

CALYCES quadriflori: *valvula interior* inferior, ovata, acuminata, subdiaphana: *exterior* superior, lanceolata, attenuata, interiori triplo longior, compressa, carinata, dorso sulco exarata, linea utrinque ad sulcum elevata ciliata; *Arista* dorsalis, in medio valvulae, erecta, flore insequente incumbente, longitudinae ipsius valvulae.

FLOSCULI quatuor, basi barbati, duo hermaphroditi: petalo exteriori superne penicillis duobus barbato pilisque albis longis mollissimis ciliato, e medio aristato: *arista* unguiculari, recta. *Flosculi* duo minores alter muticus, an masculi?

CYNOSURUS spicis digitatis, calycibus bifloris subglobosis: valvula exteriori 7-8. *paspaloides.*  
 calycis aristata, flosculis muticis. Tab. XXVII.

Habitat in Cap. b. spei. Dn. BÜLOW.

Gramen pedale, Culmo simplicissimo, subaphyllo.

FOLIA radicalia vaginantia, lineari-lanceolata, bipollicaria, acutiuscula, vaginis duplo angustiora. *Vaginae* compressae, equitantes.

SPICÆ terminales, quinque, sessiles, sesquipollicares & ultra, basi lanatae, lineares, angustae, ferrugineae, nitentes.

FLORES unilaterales, magnitudine feminis milli, alterni, conferti, obtusissimi.

CALYCIS *valvula exterior* corolla brevior, ovata, parum infra apicem aristata, emarginata, carinata; *altera* minore.

FLOSCULI gemini, calyce longiores: *valvulis exterioribus* carinatis; carina marginique albido ciliata.

CYNOSURUS spicis digitatis linearibus, culmo compresso declinato basi nodoso, *indicus.*  
 foliis alternis. LIN. S. V. pag. 117.

*Panicum compressum; spicis digitatis secundis compressis; spiculis solitariis bifariam imbricatis.* FORSK. Descr. pag. 18.

Variat spicis pluribus vel paucioribus, longioribus vel brevioribus. Folia infima saepe opposita.

## FESTUCA.

FESTUCA panicula secunda coarctata erecta spiculis compressis sexfloris, flosculis 10-11. *scabra.*  
 scabris.

Habitat in C. b. spei, unde missa fuit ad Dn. BÜLOW, qui mecum communicavit.

Gramen sesquipedale vel ultra.

CULMUS teres, glaber, striatus.

FOLIA involuta.

PANICULA dodrantalis, erecta, rami paniculae inferiores ramosi.

*Pars II.*

F

*Spiculae*



*Spicula* lanceolata.

*Glume calycinae* glabrae.

*Valvulae* COROLLINAE exteriores scabrae, acutae, ad lentem villosae.

*Spadicea.* FESTUCA panicula secunda, calycibus quinquefloris: flosculo ultimo sterili, foliis laevibus. LIN. S. V. pag. 118. GOUANI Illustr. pag. 4.

*Anthoxanthum paniculatum: floribus paniculatis.* LIN. S. V. pag. 73. fide Herbarii LINNÆI.

*Poa Gerardi.* ALL. Fl. Pedem. no. 2201.

Variat calycibus tri- & quinquefloris.

## B R O M U S.

3-4. *alopecu-  
rurus.* BROMUS panicula contracta erecta, spicis teretibus, aristis divaricatis.

*Bromus alopecurus: panicula conferta erecta, spiculis oblongis subsessilibus, aristis inferne spiraliter contortis.* POIR. It. 2. pag. 144.

β. Spiculis villosis.

*Gramen festuaceum majus, locustis crassis lanuginosis.* BUXB. Cent. 5. pag. 19. t. 38. fig. 1.

Legi in Barbaria. β. in Hispania.

CULMUS sesquipedalis vel ultra, erectus, glaber, striatus.

FOLIA gramina, glabra.

PANICULA erecta, saepe spithamea. *Pedunculi* 4-6 ad singulum dentem pedunculi communis, simplicissimi, interdum bis vel ter divisi, pollicares vel ultra, stricti. *Spicula* pollicaris & ultra.

*Flosculi* ad tredecim in singula spicula, glabri.

COROLLÆ *valvulae* lanceolatae, acutae, flavescentes. *Arista* longitudine spicae, basi torta, patentissima.

Satis affinis Bromo squarroso, aliquid tamen alienum ab illo habet, an varietas tantum loci?

5-6. *cathar-  
sicus.* BROMUS panicula parente erecta subsimplici, spiculis lato-lanceolatis striatis scabris, aristis brevibus rectis.

*Gramen bromoides catharticum vulgo guilno.* FEVILL. Peruv. pag. 705. tab. 1. Habitat in Lima.

CULMUS erectus, simplex, striatus, pedalis & ultra, foliatus, glaber.

FOLIA altitudine fere culmi, glabra, retrorsum scabra: *vagina* superne ciliata.

PANICULÆ *Pedicelli* infimi semel divisi, reliqui simplicissimi.

*Spiculae* pollicares, glabrae, striatae, lineis elevatis, retrorsum scabrae, 5-7 florae, compressae.

CALYCINÆ *valvulae* inaequales, lanceolatae.

COROLLÆ *valvulae* acutae. *Aristae* breves, parum infra apicem.

Differt a Bromo purgante vaginis non ciliatis, valvulis corollinis, spiculis latioribus acutis nec obtusiusculis.

*ramosus.* BROMUS culmo ramosissimo, spiculis sessilibus, foliis involuto-setaceis. LIN. S. V. pag. 120. Mant. pag. 34.

*Gramen spica Brizae minus.* PLUK. Alm. pag. 173. tab. 33. fig. 1. fide Herbarii FLUKENETII.

*Festuca*

*Festuca spiculis alternis, subseffilibus, teretibus, foliis involutis, mucronato-pungentibus.* GER. Fl. Gallopr. pag. 95. tab. 2. fig. 2.

*Festuca phoenicoides: racemo indiviso, spiculis alternis subseffilibus teretibus, foliis involutis mucronato-pungentibus.* LIN. S. V. pag. 118.

*Bromus Plukenetii: foliis convolutis pungentibus, locastis binis terminalibus.* ALLIÖN. Fl. Pedem. no. 2233.

Habitat in arenosis, saxosis, maritimis Europæ australis, Barbariæ & Orientis.

CULMI plures, ascendentes, teretes, glaberrimi; basi *rami* conferti, tandem in scapis pedalis, erectis, trinodibus, simplicissimis excrecentes.

FOLIA inferiora approximata, sesquipollicaria, patentissima, culmo triplo angustiora, glauco-viridia: scapi plerumque duo.

SPICÆ plerumque geminæ, interdum plures, sæpe unica, teretes, demum compressæ, distichæ, pollicares & ultra, angustæ, glaberrimæ 11-21. floræ.

CALYCIS *valvula* lanceolata.

*Valvula exterior* COROLLÆ margine denticulato-ciliato. *Arista* brevi.

Affinis Br. pinnato. Festucam phoenicoidem non diversam esse patet conferenti descriptionem hujus in GERARDO l. c. cum descriptione Br. ramosi in MANTISSA LINNÆI. Plantam hic a me descriptam Bromum esse ramosum LIN. certiores fecit specimen herbarii ipsius LINNÆI.

BROMUS pubescens panicula patula subsecunda, spiculis linearibus retrorsum *madritensis*. scaberrimis, aristis longissimis scabris.

*Bromus villosus; panicula fasciculata; spiculis sexfloris, glabris linearibus, pedicellatis.* FORSK. Descr. pag. 23.

*Bromus madritensis: panicula rariove patulo-erecta, spiculis linearibus: intermediis geminis, pedicellis superne incrassatis.* LIN. S. V. pag. 120.

Frequens in Barbaria, rarius in agro Madritensi legi.

CULMUS pedalis vel ultra, simplicissimus, erectus, bi-f. trinodis, pubescens, uti vaginæ, folia & pedunculi.

FOLIA linearia, plana. *Ligula* membranacea.

*Pedunculi*, uti etiam *pedicelli*, retrorsum scabri. *Pedicelli* inferiores quatuor, intermedio bi f. trifloro

CALYCIS *valvula* lanceolato-acuminata, glabræ, læves.

COROLLÆ *valvula* pollicares, apice bifida. *Arista* ad divituram petali, recta, bipollicaris, e setis minutis rigidis adpressis, uti *valvulae* exteriores Corollæ, scabra.

Variat panicula densiori & rariori, floribus confertioribus & remotioribus. Adeo affinis Br. sterili, ut vix limites inveniantur, hinc non absolum foret ambas conjungere. A Bromo, qui in hortis variis sub nomine Madritensis colitur, toto celo diversus, qui Bromus stipoides LINNÆI est. *Pedicelli* ensiformes, vel superne incrassati, ne minimum quidem valent pro speciebus hujus generis distinguendis, cum non modo tales sunt in madritensi & stipoides, sed & in plerisque Bromis paniculatis, nec majoris ponderis est nota, quæ desumitur a numero vel divisione pedunculorum inferiorum, cum in plantis spontaneis maxime variabilis, nec minus, in cultis,

## S T I P A.

4-5. *paleacea*. STIPA aristis seminudis, panicula simplici, foliis convolutis subulatis intus pubescentibus.

*Arista paleacea: aristis contortis tomentosis, calyce multo longioribus, glumis subfasciculatis.* POIR. it. 2. pag 145.

Legi passim Tuneti, in Ægypto legit FORSKÄLEUS.

Facies Stipæ junceæ.

CULMI plures, sesquipedales, simplicissimi, erecti, foliis vaginati.

FOLIA radicalia copiosa, subulata, rigida, bipollicaria: *culmi* tria, longiora, ultimum spathaceum, culmo altius. *Vaginæ* striatæ, ore barbata, margine ciliatæ.

PANICULA spichamaa. *Spiculæ* plures ad singulum dentem pedunculi communis.

CALYX valde attenuatus, femine triplo longior, glaber.

COROLLÆ *valvula exterior* pilosa, ciliata: *arista* palmaris, ultra medium valde torta & pilosa.

Planta FORSK. differt modo vaginis & foliis radicalibus, etiam extus pubescentibus.

Stipa tenacissima differt panicula contracta, aristis triplo brevioribus, minus contortis, foliis rigidioribus, longioribus, utrinque glaberrimis, vaginis subtilissime striatis, ultimo non spathaceo, ore vaginarum lanato.

5-6. *bicolor*. STIPA aristis nudis, feminibus obovatis, basi barbatis.

Habitat in Brasiliæ monte Video. DR. THOUN.

CULMUS sesquipedalis, erectus, striatus, vaginatus, glaber.

FOLIA involuta, subulata, glabra: *Ligula* membranacea.

PANICULA ramosa, patula.

*Pedicelli capillares*, plures ad singulum dentem.

CALYCIS *valvula* femine parum longiores, in acumen desinentes, utrinque acutæ, basi e fusco purpurascentes, a medio ad apicem membranaceæ.

COROLLARUM *valvula exterior* obovata, basi barbata, pilis fulvescentibus, apice muricata.

*Arista* bipollicaris, varie flexa, basi barbata, inferne leviter pubescens, retrorsum subscabra, pallide flava.

*Valvula interior* rigida, subulata, ab exteriori inclusa.

## A V E N A.

5-6. *alba*. AVENA paniculata, calycibus bifloris, corollis pilosis, altera aristata.

Legi Tuneti.

CULMUS pedalis.

FOLIA glabra, glauca.

PANICULA simplex, pauciflora.

CALYCIS *valvula* longitudine fere flosculorum, pallide virides, margine hyalinæ.

*Petala exteriora* striata, acuta, villis candidissimis ad basin pilosa. *Arista* versis basin, calycibus parum longior.

Facies avenæ sativæ, at spiculis triplo minoribus flosculisque basi pilosis differt.

AVENA paniculata, calycibus trifloris, corollis hirsutis aristatis, culmo ramoſo, foliis involutis rigidis. 6-7. *Forsk.*

*Avena penſylvanica.* FORSK. Deſcr. pag. 23.

Gramen ſpichameum.

CULMI interne ramoſi, recti vaginis foliorum aridis, perſiſtentibus, membranaceis, pilofis, ſtriatis.

RAMI plures, aggregati, infraſti, vaginati.

FOLIA involuta, pollicaria, patentia, ſubulata, pallide viridia, ultimum ſpathaceum. *Vaginæ* ciliatæ, ore barbata.

PANICULA bipollicaris, ſecunda. *Spiculæ* lanceolata.

CALYCES longitudine floſculorum.

*Floſculi* a baſi ad medium albido-hirſuti.

*Petala* exteriora bifida, *arista* calyce parum longior.

## ARUNDO.

ARUNDO calycibus biſloris, panicula laxa, foliis involutis ſubulatis. *tenax.*

*Arundo mauritanica: calycibus trifloris, panicula elongata, foliis anguſtis involuto-junceis.* POIR. Iter. verſ. germ. p. 2. pag. 148.

Legi in aridis TUNETI.

CULMUS tripedalis & ultra, ſimplex, rigidus, craſſitie pennæ anſerinæ, glaber, uti reliquæ partes.

FOLIA vaginantia, pedalia, ſuperiora altitudine culmi.

PANICULA ſemipedalis: ramis primum erectis dein patentibus, alternis interdum geminis, ternis vel quiniſ, remotis. *Pedunculus* ſuperne angulis ſcabris. *Pedicelli* filiformes.

CALYCS *glumæ* longitudine fere floſculorum. lanceolato-ſubulata. biſloræ.

COROLLÆ lanceolato-ſubulata, altera ſeſſilis, altera pedicellata, baſi lanata. *Valvula interior* linearis.

## ARISTIDA.

ARISTIDA panicula ramoſa, ſpicis ſparſis. LIN. S. V. pag. 123. *adſenſionis.*

*Aristida paniculata; ſpiculis linearibus, oblongis; arista cujuſvis floſculi triplici, glabra.* FORSK. Deſcr. pag. 25.

## HORDEUM.

HORDEUM floſculis omnibus aſtatis, lateralibus maſculis, involucellis ſcabris: interioribus maſculorum ſemilanceolatis. 7-8. *maritimum.*

*Hordeum marinum; floſculis lateralibus maſculis aſtatis, involucri interno florem lateralium ſemiovato.* Huds. Flor. angl. ed. 2. pag. 57. cum ſynonymis.

*Hordeum imrinum.* FORSK. Catal. pl. Conſt. pag. 19. n. 52.

*Pars II.*

G

*Hor.*

*Hordeum geniculatum: culmo decumbente foliis obtecto, summo spatheo spicae subtecto, supremo nodo incurvato.* ALL. Fl. Pedem. n. 2274. t. 91. fig. 3.  
Copiosissime ad littora maris in Europa australi & Barbaria.  
Primo intuitu Hordeo murino simillimum est.

## TRITICUM.

- 12-13. *uniloides.* TRITICUM spiculis lineari-lanceolatis distichis. Hort. Kew I. p. 122.  
*Briza cynosuroides: spiculis lanceolatis multifloris, culmo erecto simplici albostriato.* Scop. Del. Fl. & fauna Inf. 2. pag. 21. tab. 11.  
Crescit in arenosis maritimis Barbariæ, copiosissime vero in montosis circa Portum Farinam Tuneti, unde semina cum hortis variis Europæ communicavi.  
*Planta spontanea, sæpe digitalis, plerumque dodrantalis, basi subramosa.*  
SPICULÆ 9-15. sursum versus majores, 15-floræ, nitidæ. *Rachis flexuosa altero latere convexo.*  
Strias albas in culmo, ut habet Scoroli, nunquam vidi, superne interdum purpureas, interdum viridis. Ob rachin dentatam melius Tritico associatur, quam Brizis vel Cynosuroidis, præsertim cum sit affine Tritico maritimo videretur.  
*maritimum.* TRITICUM calycibus multifloris, flosculis mucronatis, spica ramosa. LIN. S. V. pag. 127.  
*Festuca lanceolata; panicula aequali; caule decumbente; spiculis 7-floris, muticis lanceolatis.* FORSK. Descr. pag. 22.  
*Festuca dichotoma; panicula dichotoma; spiculis sessilibus, patentissimis, linearibus, trifloris, muticis.* FORSK. Descr. pag. 22.  
Dichotoma FORSK. non differt, nisi quod junior & in solo macriori lecta; specimina similia in Barbaria non raro observavi.

## SCABIOSA.

- 17-18. *rutæfolia.* SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis pinnatis summis linearibus, calycibus monophyllis quinquefidis.  
*Scabiosa maritima, rutæ caninæ folio.* BOCC. Sic. pag. 95. tab. 52. fide Herb. VAILLANTII.  
Legi circa Cap. Zebibo TUNETI, floret medio mensis JULII.  
RADIX perennis, lignosus, superne divisus.  
CAULES plures, erecti, pedales, stricti, vix striati, glabri, inferne villosi, simplices, basi recti squamis imbricatis ovatis, acuminatis, ciliatis, amplexicaulibus e basi foliorum persistente.  
FOLIA opposita, pinnata, linearia, crassiuscula, basi connata, subciliata, pollicaria: *pinnæ* utrinque 5, angusto-lineares, extrorsum longiores, terminalis reliquis quadruplo major: *caulina* pauca, summa linearia, indivisa, remotissima.  
PEDUNCULI superne oppositi, subramosi, uniflori, elongati.  
PERIANTHIUM commune turbinatum, pilosiusculum, monophyllum, quinquefidum: *laciniis* subulatis: *proprium* quadridentatum.  
*Corollulæ* quinquefidæ, subæquales, calyce vix longiores, paucæ, villosæ.  
*Palææ* lanceolatæ, corollulis duplo breviores.

SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis cuneiformibus integerrimis, subtus rugosis 27-28. *Limonifolia.*

*Scabiosa cophanensis, fruticans, laureole folio, crasso, rotundo, lucido, molli, subtus incano.* HORT. CATI. 196. RAY. Hist. 3. pag. 238. n. 53.

*Scabiosa ficula, fruticans, laureole folio subtus incano.* TOURNEF. J. R. H. pag. 465.

Habitat in Sicilia.

RADIX superne divifus.

CAULES basi frutescentes, erecti, simplices: scapus floriferus inter folia, sulcato-angulatus, subaphyllus, pedalis.

FOLIA inferne, fere Statices limonii at minora, aggregata, vix pollicaria, oblonga, in petiolum definentia, crassa, supra glabra avenia, subtus venoso-rugosa, margine reflexa, emarginata: scapi floriferi inferne duo sub pedunculis infimis, lanceolata, acuta, basi utrinque dente unico, superiora linearia.

PEDUNCULI duo inferne ex axillis foliorum scapi, superiores tres, remotissimi, terminales: laterales subramosi.

PERIANTHIUM commune polyphyllum: foliolis lanceolatis, obtusiusculis, tomentosis, incanis. *Proprium exterius* breve, inæqualiter denticulatum: *interius* duplo longius setis quinque purpureis.

COROLLÆ æquales, omnes quinquefidæ, extus tomentosæ.

PALEÆ lineares, basi angustiores, longitudine flosculorum, tomentosæ.

SCABIOSA corollis radiantibus, laciniis integris, foliis interioribus oblongis ferratis; superioribus basi pinnatifidis. 28-29. *lyrata.*

*Scabiosa lyrata; foliis radicalibus ovatis; caulinis pinnatis.* FORSK. Descr. pag. 203.

CAULIS herbaceus, erectus, pedalis, simplex, striatus, pilosiusculus.

FOLIA sesquipollicaria, supra glabra, subtus venis pilosa: *inferiora* oblonga, indivisa, grosse & obruse ferrata, in petiolum folio dimidio breviora definentia: *superiora* sessilia, pinnatifida: laciniis lanceolatis, extrorsum latioribus, incisedentatis, terminali maxima, oblonga.

PEDUNCULI terminales, solitarii, elongati, aphylli, pilosi, uniflori.

PERIANTHIUM commune, octophyllum: foliolis lanceolatis, basi tomentosis, longitudine corollæ. *Proprium exterius* sulcatum, angulatum, breve, 12-14 dentatum, erectum, ore purpureo: *interius* laciniis quinque setaceis, corollulis parum brevioribus, purpureis.

COROLLÆ extus pilosæ.

PALEÆ lanceolatæ, longitudine calycis.

*Scabiosa palestina* differt laciniis corollularum radii trifidis; seminum calyculus explanatus ut in *S. stellata*.

## H E D Y O T I S.

HEDYOTIS foliis linearibus, caule decumbente, panicula racemosa dichotoma. *graminifolia.*

*Oldenlandia stricta pedunculis racemosis terminalibus, foliis linearibus, caule erecto brachiato.* LIN. S. V. pag. 162.

*Hedyotis herbacea.* FORSK. Cat. pl. Arab. pag. 105. n. 88.

*Hedyotis graminifolia*: foliis linearibus, caule decumbente, panicula racemosa secunda, pedunculis foliisaequis. LIN. S. V. pag. 147.

Oldenlandiam strictam ab Hed. graminifolia specie non differre, evincunt specimina Herbarii LINNEANI.

## SCABRITA.

Lant. pag. 37.

HEED. Malab. 1. pag. 35. tab. 21.

tristis: caule tetragono, foliis ovatis compressis. LIN. S. V. pag. 56.

diversam esse a Nyct. arb. tristis, docet. Genus tamen minime expungendum. Nyct. vero tristis, utpote eadem cum Scab.

## ERNODEA.

littoralis, ERNODEA Sw. prodrom. pag. 29.

*Thymelaea humilior foliis acutis atro-virentibus.* SLOAN. Hist. 2. pag. 93. t. 189. fig. 1. 2.

Rami tetragoni, virgati, articulati, cinerei, aphylli, ramulosi: ramuli alterni, bipollicares.

FOLIA in ramulis, opposita, sessilia, sesquipollicaria, lanceolata, utrinque attenuata, avenia, obscure tri-f. 5-nervia, utrinque glaberrima, nitida, integerrima, mucronata, cuspidata.

Stipulae ramum ambientes, truncatae, ciliatae.

FLORES axillares, oppositi, sessiles.

CALYX profunde quadripartitus: laciniis lanceolatis, cuspidatis.

COROLLAE tubus unguicularis, tenuis, calyce longior.

Laciniae limbi lineares, obtusae.

STAMINA longitudine corollae.

Stigma truncatum.

Genus affine Spermaceae. Variat foliis latioribus & angustioribus.

## DIODIA.

verticillata. DIODIA glabra, foliis lanceolatis verticillatis margine scabris, caule herbaceo erecto.

Ex Insula St. Crucis misit Dn. D. PELUG.

CAULIS erectus, simplex, pedalis, glaber, uti tota planta, laevis.

FOLIA sessilia, plura, 5 ad 8 ad singulum verticillum, inaequalia, unguicularia vel bipollicaria, lanceolata, utrinque attenuata, avenia, enervia, minime lineata, margine scaberrima, connexa membrana stipulacea ciliata.

FLORES verticillati, plures, a stipula inclusi, verticillus terminalis reliquis major.

CAPSULA bilocularis, linearis, compressiuscula, superne utrinque ciliata, coronata dentibus duobus.

SEMEN unicum in singulo loculamento, lineare.

GALIUM.

## G A L I U M.

GALIUM foliis senis lanceolatis scabris carina marginibusque retrorsum aculeatis, *spurium*.  
geniculis simplicibus.

*Galium spurium foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, fructibus glabris.* LIN. S. V. pag. 150.

GALIUM foliis intimis quaternis obovatis: superioribus senis lineari-lanceolatis 7-8. *viscosum*.  
antrorsum ferratis carina cauleque laevi.

Habitat in montosis Tunceri.

RADIX annua.

CAULES plures, adscendentes, digitales vel palmares, glabri, laeves, e linea pallida decurrente tetragoni, ramosi. *Rami* ex omnibus axillis a basi caulis tandem in pedunculos desinentes versus apicem, oppositi, pollicares. In solo pinguiori caules saepe spithamei, patentes.

FOLIA infima quaterna, parva, ovata; superiora sena, lineari-lanceolata, semiu-guicularia, internodiis dimidio breviora, glabra, margine aculeis minutis ad apicem versis; suprema septena; floralia terna, ultima bina.

PEDUNCULI ex axillis omnibus foliorum ramorum & suprema parte caulis, oppositi, filiformes, terni. *Pedicelli* ultimi biflori.

COROLLA albido flavescentia.

SEMINA minuta, viscosa.

Cum nullis ex Galiiis LINNAEIS convenit. G. spurio, quoad numerum foliorum tantum affine, caule vero non debili, nec facie G. aparines diversum, praeterea minus, aculeis marginis foliorum non ad basin folii versa sed ad apicem, angulis caulinis & carina foliorum non aculeato-scabris feminibusque viscosis satis distinctum.

*Galium lucidum* ALL. Fl. Pedem. n. 21. ut ex speciminibus a viro Cel. communicatis video, caule strictiori, altiori, nitido, foliis longioribus angustioribus, margine omnino laevibus, floribus majoribus differt.

*Galium cinereum* Ejusd. n. 22. quoad folia magis affine, discrepat vero colore glauco, minus ramosum feminibus majoribus & reliquis.

GALIUM foliis subnovenis lineari-lanceolatis retrorsum scabris, pedunculis axilla-  
ribus elongatis trichotomis. 17-18. *pas-*  
*schale.*

*Galium paschale, foliis lineari-lanceolatis, mucronatis, glabris.* FORSK. Descr.  
pag. 203.

CAULES debiles, sesquipedales vel ultra, simplices, glabri, laeves.

FOLIA 8na vel novena, sesquipollicaria, mucronata, glabra, excepto margine laevia: *verticillis* remotissimis.

PEDUNCULI universales axillares, oppositi, solitarii, patentissimi, tripollicares, filiformes: *partiales* terni, bis vel ter trichotome divisi, fastigiati, capillares.

Folia duo sub pedunculis partialibus, parva.

SEMINA minuta.

A Galio Hierosolymitano LIN. forte non diversum. Cum vero descriptio hujus amplior adhuc desideratur, & ex differentia nil certi judicare licet, uti diversam plantam FORSK. aet. sisto, praesertim cum numerus foliorum non idem ac in Hierosolymitano, quod mihi ignotum.



24-25. *apa-* GALIUM foliis senis oblongis margine carinaeque retrorsum aculeatis, geniculis  
*rinoides,* glabris.

*Galium aparinoides; foliis senis, cuneiformibus obtusis cum acumine; geniculis  
æqualibus.* FORSK. Defer. pag. 30.

CAULIS herbaceus, debilis, semipedalis. *Anguli* retrorsum aculeati: *geniculi*  
æquales.

FOLIA unguicularia, margine aculeis minutis, superiora utrinque aculeis minu-  
tissimis incurvis.

PEDUNCULI tres ex apice ramulorum, bifidi.

SEMINA ut in *G. aparine*.

Differt a *Galio aparine*, magnitudine, numero & figura foliorum.

24-25. *al-* GALIUM foliis suboctonis, oblongis inermibus margine scabris, caule pubescenti  
*bun,* herbaceo lavi.

*Galium album fructu hispido foliis 6nis, 7nis vix 8nis.* FORSK. Catal. Plant.  
Constant. pag. 20.

Habitat Smyrnæ.

CAULIS crassitie pennæ columbinæ, erectus, ramosus, cubitalis, pubescens, iner-  
mis: *geniculis* fusco-purpurascens: *articulis* dodrantalibus.

FOLIA sessilia, plerumque septena, semiunguicularia, mucronati, margine vix  
ferrulata, scabra, supra glabra, subtus villosa, præsertim in carina.

FRUCTUS hispidus.

*microcar-* GALIUM foliis, subsenis: inferioribus oblongis: superioribus setaceis, pedunculis  
*pum.* trifidis.

Legi passim in montosis aridis Tuneti, rarius in Hispania.

CAULES plures, filiformes, palmares, interdum digitales, erecti, inferne angulis  
scabri, superne læves, basi ramosi, apice bi-sive trichotome divisi.

FOLIA infima quaterna, petiolata, obovata parva: *intermedia* sena, parum lon-  
giora, bilincaria, oblonga, utrinque acuta: *suprema* sub ramificationibus &  
pedunculis universalibus sena vel septena, setacea, unguicularia, longitudine  
internodiorum; omnia sublævia, ciliis minutissimis marginalibus vix nisi lente  
videndis.

PEDUNCULI terminales, capillares, terni, bifidi: *pedicellis* unifloris: *foliola* duo  
setacea ad basin pedunculorum.

FLORES purpurei.

FRUCTUS minutus, albido-hispidus.

Multa similia habet cum *Galio parisiensi* & ægre limites inveniuntur; consentiente  
autem ILL. GOVANO, distinguo, cum aliquid alienum, difficile tamen dictu, a *parisiensi*  
habet, quod in tot specimenibus, quot in Europa australi observavi, foliis gaudet omni-  
bus magnitudine æqualibus, & fere lanceolatis, nec supremis setaceis; denique pili in  
feminibus *Galii parisiensi* breviores, nec tam densi, ut in planta descripta. A *Galio*  
Tunetano POIRET. iter. 2. p. 151. forte non diversum; in *Galio microparpo* autem  
folia septena ad summum & pedunculi glabri, non vero novem vel decem & pedun-  
culi hirti ut in *Galio Tunetano*.

## C A T E S B Æ A.

CATESBÆA corollis tubo tetragono abbreviato baccis subrotundis. Sw. Prodr. 2. *parviflora*.  
pag. 30.

Rami obscure angulati, glabri, purpurascens.

Spinae oppositæ, pollicares, patentes, decussantes, glabræ, rigida.

Folia plerumque quatuor sub singula spina, subsessilia, ovalia, semiunguicularia, glaberrima, avenia, mucronata.

Stipulae parvæ, utrinque geminae, membranaceæ, ovatae, acuminatae.

Flores sessiles, oppositi, patentissimi.

Calycis lacinia lanceolata, glabræ, corolla duplo breviores.

Corolla vix unguicularis, glabra.

Antheræ lineares, longitudine corollæ.

## P L A N T A G O.

PLANTAGO foliis lineari-lanceolatis pilosis scapo tereti hirsuto altioribus, spica 10-11. *Bellardi*.  
ovata erecta.

*Holosteum salmanticum pusillum annuum.* GRISLEY Virid. in RAJ Sylloge st.  
eat. Brit. pag. 382. fide herbarii PETIVERIANI.

*Plantago Bellardi: pubescens foliis sublinearibus planis petiolatis, scapo tereti  
foliorum longitudine, spicis cylindricis.* ALL. Fl. Pedem. n. 300. tab. 85.  
fig. 3.

Legi passim in aridis Tuneti, & Romæ.

Planta parva, sæpe vix pollicaris, interdum sesquipollicaris.

Folia radicalia, plura, sesquipollicaria, alia minora: omnia lineari-lanceolata,  
acuta, interne attenuata, obscure ternervia.

Scapus erectus, foliis majoribus brevior, valde hirsutus: hirsute fordida.

Spica ovata, vel ovato-oblonga, hirsuta longitudine dimidi scapi.

Bractea lanceolata, attenuata, longitudine calycis.

Corollæ lacinia lanceolata.

PLANTAGO foliis spathulatis inciso-dentatis, dentibus imbricatis mucronatis 15-16. *macrobriza*.  
scapo tereti piloso.

*Coronopus ficulus, fruticosus, platyphyllos.* Bocc. Plant. rar. sic. pag. 30. tab. 15.  
fig. 2. MORIS. Hist. 3. pag. 261. f. 8. tab. 17. fig. 36.

*Plantago macrobriza: foliis spathulatis serratis subnudis, spica cylindrica.* POIR.  
It. 2. pag. 154.

Legi ad vias Tuneti.

Folia radicalia, in rosam expansa, pollicaria, inferne versus valde angustata,  
crassa, utrinque hirsuta, mucronata, inciso-dentata: dentibus ovatis utrinque  
3. f. 5. imbricatis, mucronatis, margine incrassatis.

Scapus ascendens, palmaris vel ultra, pilis densis adpressis tectus.

Spica cylindrica, hirsuta, bipollicaris & ultra. Bractea ovata, acuminata,  
apice patentes, dorso purpurascens, margine membranacea, extris hirsuta.

Calycis lacinia duæ exteriores hirsutæ: interiores convexæ, ciliatæ, concavæ.

## SANTALUM.

*album.* SANTALUM. LIN. S. V. pag. 164.

Sirium myrri folium LIN. S. V. pag. 160. huc amandandum, utpote eadem planta ac Santalum album, uti apparet ex specimenibus herbarii LUNEN.

## CUSCUTA.

*monogyna.* CUSCUTA floribus pedunculatis monogynis.

*Cuscuta orientalis, viticulis crassissimis, convolvuli fructu.* TOURNEF. Corol. pag. 45.

Habitat in Oriente.

Facies Cusc. americanæ, at omnia duplo majora.

CALYCIS laciniae ovatae, nitidae.

COROLLA calyce duplo longior, superne angustata, persistens, dentibus lanceolatis.

Stylus longitudine corollae, crassior & brevior quam in reliquis, persistens: stigma crassum, subglobosum.

PERICARPIUM magnitudine Piperis, mucronatum e stylo & stigmate persistente.

SEMINA quatuor, compressa, subreniformia.

Differt a reliquis imprimis stylo unico.

## MYGINDA.

*latifolia.* MYGINDA foliis ellipticis crenulatis coriaceis, floribus stigmatibus 2. 4. sessilibus.

Sw. prodr. p. 39.

Ex Insula St. Crucis misit Dn. PFLUG.

Rami inferne teretes, cinerei: juniores virides, oppositi, tetragoni.

FOLIA sessilia, opposita alternaque, pollicaria, saepe subrotunda, venis simplicibus, utrinque glabra.

PEDUNCULI axillares, solitarii, filiformes, trifidi: pedicelli subramosi.

FRUCTUS obovatus, glaber, magnitudine fere Piperis, cernuus.

## MYOSOTIS.

*45. spinocarpos.* MYOSOTIS feminibus muricato-spinosis, racemis foliosis floribus remotis, foliis linearibus pilosis.

*Anchusa spinocarpos; floribus parvis albis, fornicibus quinque supra Antheras.*

FORSK. Descr. pag. 41.

CAULES basi lignosi, diffusi, palmares, superne dichotome ramosi, dense pilosi, cinerascetes, uti tota planta.

FOLIA sessilia, vix unguicularia, obtusiuscula, apice patula.

PEDUNCULI in ramulis, axillares, solitarii, remoti, breves. Foliola duo sub singulo calyce.

FRUCTUS pyramidatus, undique muricatus, basi tuberculis majoribus spinoso-angulatus.

NUCES singulae nitidae, lateribus compressae, acuminatae, carinatae: carina dentata.

LITHO-

## LITHOSPERMUM.

LITHOSPERMUM foliis lineari-lanceolatis obtusis, spica solitaria terminali secundis 3-4. *tinctorum.*  
da, bracteis lanceolatis, feminibus lævibus. Tab. XXVIII.

*Arnebia tinctoria.* FORSK. Descr. pag. 62. & 63.

RADIX fusiformis, bipollicaris, annua.

CAULES plures, digitales, piloso-hispidi, uti tota planta, simplicissimi; laterales decumbentes; intermediis erecti.

FOLIA sessilia, lineari-lanceolata, radicalia fere bipollicaria, basin versus angustata; caulina pollicaria, obtusa.

SPICA terminalis, solitaria, longitudine caulis, dense imbricata.

Bractea lineari-lanceolata ad basin calycis, longitudine floris.

CALYX profunde quinquepartitus: laciniis linearibus, obtusiusculis. Fructiferus duplo major.

COROLLA calyce longior: tubus filiformis.

NUCES quatuor, obcordato-triangulares, læves, nitidæ, extus convexæ, intus planæ.

Maxime affiné apulo, diversum caule laxiori, foliis longioribus obtusis, spica solitaria caulem terminante & fere longiore nec pluribus ad apicem caule triplo brevioribus, præterea corollis angustioribus caruleis feminibusque duplo majoribus.

LITHOSPERMUM foliis lineari-lanceolatis acutis, spicis terminalibus secundis 3-4. *apulum.*  
bracteis lanceolatis, feminibus muricatis.

*Myosotis apula feminibus nudis, foliis hispidis, racemis foliosis.* LIN. S. V. pag. 185.

Copiosissime in aridis montosis regni Tunctani.

CAULES plures ex una radice, laterales minores, adscendentes, simplicissimi, palmares vel parum ultra, teretes, pilosi; intermediis altiores, stricti.

FOLIA alterna, sessilia, unguiculata, radicalia paululum longiora, versus apicem parum latiora, omnia pilosa: pilis longis punctis elevatis albidis insidentibus.

SPICÆ ad apicem caulis ex alis ultimis, 3-4, pollicares, secundæ, imbricatæ, ante florescentiam recurvæ, demum erectæ.

Flores alterni, solitarii. Bractea lanceolata, acuta sub singulo flore.

CALYX profunde quinquepartitus: laciniis lineari-lanceolatis, hirsutissimis.

COROLLA lutea, infundibuliformis, calyce longior: laciniæ limbi oblongæ, integerrimæ. Faux nuda, pervia.

STAMINA fauce breviora.

NUCES ovatæ, rostratæ, juniores læves nitidæ, maturæ lineis quatuor elevatis submuricatis.

Ob Corollam infundibuliformem & faucem perviam Lithospermi genus intrare debet.

## ANCHUSA.

ANCHUSA pedunculis axillaribus diphyllis, foliis lanceolatis repando-dentatis 5-6. *hispida.*  
hispidis.

*Anchusa hispida; pedunculis axillaribus brevibus; caule retrorsum hispido; foliis inferioribus petiolatis.* FORSK. Descr. pag. 40.

Pars II.

I

CAULIS

CAULIS diffusus, ramosus, hispidus, uti tota planta.

FOLIA superiora sessilia, approximata, pollicaria, lanceolata, obtusa, crassiuscula, punctis callosis albidis adpersa, obtuse dentata.

CALYCES valde hispidi.

PEDUNCULI axillares, gemini breves: *bractea* binæ lanceolatae ad basin calycis.

NUCES oblongæ, glabræ, subrugosæ.

*Anchusa undulata* spicis terminalibus diversa est.

## CYNOGLOSSUM.

1. 2. *lanceolatum*. CYNOGLOSSUM foliis lanceolatis utrinque attenuatis supra punctato-scabris: inferioribus petiolatis, superioribus sessilibus.

*Cynoglossum lanceolatum*; foliis lanceolatis basi attenuatis, pubescentibus, scabris; staminibus corolla brevioribus. FORSK. Descr. pag. 41.

Facies Cynoglossi officinalis.

CAULIS herbaceus, erectus, angulatus, hirtus, superne incanus.

FOLIA inferiora in petiolum pollicarem attenuata, suprema sessilia, venoso-nervosa, supra adpersa punctis & pilis albis, subtus impunctata pilis confertioribus cinerea, tamen non mollia.

CALYCES hirsuti: laciniis oblongis.

Reliqua ut in Cynoglossi officinali.

Ab Officinali differt foliis omnibus utrinque acutis.

2. 2. *piñum*. CYNOGLOSSUM corollis calyce subæqualibus: laciniis subrotundo-dilatatis, foliis lanceolatis tomentosis: superioribus basi cordatis. Hort. Kew. 1. p. 179.

*Cynoglossum creticum* 11. CLUS. Hist. 2. pag. 162. BAUH. Hist. 3. pag. 600.

*Cynoglossum creticum latifolium foetidum*. BAUH. Pin. 257. TOURNEF. Inst.

R. H. pag. 140.

*Cynoglossum creticum*: foliis incanis, obtusis obliquis, corollis striatis. VILL.

Fl. Delph. 11. pag. 457. ALLION. Auctarium pag. 4.

Planta frequens in Europa australiori & Barbaria, facie Cynoglossi officinali adeo similis, ut non mirum, quod a variis Botanicis, qui Cynoglossum officinale Europæ borealis non viderunt, pro eodem habita fuerit. Habitu, magnitudine, & modo crescendo exacte convenit cum Cynoglossi officinali, differt foliis basi non angustatis, sed cordatis, & primo intuitu corollis pallidis, venis purpureis pictis.

*lusitanicum*. CYNOGLOSSUM foliis cordatis amplexicaulibus glabris margine lævibus.

*Omphalodes lusitanica elatior Cynoglossifolio*. TOURNEF. I. R. H. 140.

*Cynoglossum lusitanicum*: foliis linearilanceolatis scabris. LIN. S. V. pag. 186.

Planta tota glaberrima.

CAULIS erectus, pedalis, teres, ramosus. Rami axillares, alterni, simplicissimi.

FOLIA alterna, amplexicaulia, pollicaria, superne sensum minora, cordata, obtusa, avenia, glauco-viridia, lævissima, figura fere Brassicæ Orientalis.

RACEMI ex apice caulis & ramorum, ebracteati, palmares, vel ultra. Pedicelli remoti, filiformes, pollicares, patentissimi.

CALYX profunde quinquefidus: laciniis lanceolatis, duabus parum minoribus, paululum majoribus quam in linifolio, absque omni hirsutie.

**COROLLA** ut in *Cynoglossio linifolio*.

Planta *Cynoglossio linifolio* habitu & structura satis similis, tamen diversissima, ut ab allatis apparet. Quamvis *TOURNEFORTIO* jam nota, tamen obscura adhuc, a variis enim *linifolium* pro lusitano habetur, cum character *LINNEI* utrinque æque congruit, de novo igitur adumbrare non supervacaneum putavi. Specimen communicavit *Dr. BARNADES*.

**CYNOGLOSSUM** *linifolium* foliis lineari lanceolatis glabris margine denticulato-*linifolium* scabris.

*Cynoglossum linifolium* foliis lineari-lanceolatis glabris. LIN. S. V. pag. 186.

FOLIA radicalia petiolata, cuneata, superiora lanceolata, basi attenuata, scabra, margine denticulis minutissimis-remotis albis.

CALYX basi strigosus: laciniis ciliatis.

**ECHIUM.**

**ECHIUM** foliis lineari-cuneatis cauleque suffruticoso canis.

6-7. *sericeum*.

Habitat in Ægypto.

CAULES plures, diffusi, basi lignosi, simplices, palmares & ultra, inferne molles, superne scabriusculi, cani e pilis albis adpressis tuberculis minutis infidentibus inferioribus longioribus, superioribus rarioribus.

FOLIA inferiora bi-3. tripollicaria, conferta, linearia, inferne ciliata, sursum versus sensim latiora, basi dilatata, amplectentia, obtusa, utrinque pilis densis brevibus punctis minutis infidentibus cana: suprema pollicaria, recurva.

SPICA terminalis, secunda, piloso-cana. Bractee ovato-lanceolatae, obtusae.

COROLLA extus villosa.

STAMINA corolla longiora.

*Echium argenteum* differt foliis lanceolatis, extrorsum attenuatis acutis, pilis patentibus hirsutioribus.

**ECHIUM** foliis lineari-lanceolatis cauleque suffruticosq; procumbente hispidis in-*6-7. fetosum.* canis.

*Echium rubrum flore rubro; foliis tuberculato-fetosis.* FORSK. Descr. pag. 41.

CAULES palmares, inferne ramosi, procumbentes, uti tota planta, testis tuberculis confertissimis parvis albidis apice setis albis rigidis, incani.

FOLIA lineari-lanceolata, sessilia, unguicularia, sensim minora, rigida.

SPICA terminalis, solitaria: flores primum conferti, demum remotiores. Bractee ovatae.

COROLLA unguicularis, canescens.

STAMINA corolla longiora.

NUCES parvae, ovatae, acuminatae, muricatae.

Ab *Echio sericeo* differt caulibus procumbentibus, pilis longioribus rigidis hirtis, nec adpressis, foliis apice angustioribus.

## H O T T O N I A.

### 3. *sessiliflora*. HOTTONIA floribus verticillatis sessilibus.

Habitat in India Orientali. Dn. Prof. BURMANN.

CAULIS simplex, interdum superne ramulo.

FOLIA submersa Hottoniæ palustris, verticillata, bipinnata: *lacinia* lineares integerrimæ: superiora Hottoniæ indicæ tripartita, *lacinia* lineari-lanceolatæ dentato-incisæ. *Floralia* quaterna, trifida, integerrima, bilinearia.

SEPALA terminalis, tripollicaris. *Flores* sessiles, quatuor ad singulum verticillum.

CALYX longitudine foliorum, cylindricus: *lacinis* subulatis.

*Stylus* calyce longior.

Ab Hottonia Indica differt floribus verticillatis, ab Hottonia palustri floribus sessilibus, verticillis foliosis.

## C O N V O L V U L U S.

### 2-3. *Wheeleri*. CONVOLVULUS foliis sagittatis postice subrotundatis integris, pedunculis teretibus unifloris.

*Convolvulus sagittariae foliis, flore purpureo Wheeleri*. PLUKN. alm. p. 113. tab. 85. fig. 3. TournEF. l. R. H. p. 82. fide herb. PLUKN.

*Ipomœa sagittata: foliis sagittatis, pedunculis unifloris*. POIR. It. 2. p. 160. Tab. 3.

Habitat in Hispania juxta lacum la Albufeda Valentia.

Affinis Convolvulo sepium, tota glabra.

Folia sagittata, sesquipollicaria, acuta.

Petiolus longitudine foliorum.

PEDUNCULUS petiolo brevior, crassior, versus medium bracteatus, sub flore crassior.

CALYCIS *foliola* oblonga, duo extrema minora, omnia subretusa, mucronata.

COROLLA Convolvuli sepium.

*Stigma* capitatum.

Variat foliis ovatis, auriculis rectis brevioribus rotundatis & lanceolatis, vel auriculis parum divaricatis lanceolatis in eadem planta. Convolvulus sepium differt auriculis subangulatis, pedunculis tetragonis, bracteis cordatis magnis ad basin calycis.

### *Pentapeta-* *loides*. CONVOLVULUS foliis lanceolatis obrutis nudis lineatis, ramis declinatis, floribus solitariis semiquinquefidis. LIN. S. V. pag. 202.

*Convolvulus prostratus; caule prostrato, foliis sessilibus lineari-cuneiformibus: pedunculis axillaribus unifloris bibracteatis*. FORSK. Deser. pag. 203.

Variat in solo macriori Caulibus simplicibus, filiformibus, digitalibus, versus apicem pilosiusculis. Foliis semiunguicularibus angustis, apice dilatatis: superioribus linearibus acutis. Floribus inferioribus pedunculatis, superioribus sessilibus, Calycibus pilosiusculis.

## S C Æ V O L A.

### *Plumierii*. SCÆVOLA foliis obovatis glabris integerrimis.

*Scævola Plumierii*. LIN. S. V. pag. 213.

SCÆVOIA foliis obovatis villosis mollissimis superne dentatis.

2. *sericea*.

Habitat in Savage Island. h. Dn. Prof. FABRICIUS.

RAMI fusci, villosi, e casu foliorum muricati.

FOLIA sparsa, tripollicaria, obovata, petiolata, avenia, molliter villosa, tamen viridia.

Petiolus oblique infertus: axillæ barbatae.

PANICULA pauciflora, dichotoma, axillaris.

Bractæ oppositæ, ad basin pedicellorum, lanceolatae, subrecurvæ.

CALYX quinquepartitus, superus: lacinis lanceolatis.

COROLLA extus villosa. *Tubus* vix unguicularis, coriaceus. *Limbi lacinia* lanceolata, obrufa, latere membrana tenui aucta.

Filamenta basi tubi inserta, filiformia, longitudine styli.

Antherae oblongæ, sub stigmate subcoherentes, basi rotundatae, apice transversae.

Stylus unguicularis, linearis, filamentis triplo crassior. Stigma scyphiforme,

Gylo triplo latius, viride, pellucens, margine tenuissime denticulatum.

PERICARPIMUM globosum, villosum, magnitudinis pisi, calycis coronatum.

## CINCHONA.

*Floribus tomentosis, staminibus inclusis.*

C. foliis ovato-lanceolatis glabris, capsulis oblongis. Aët. soc. hist. nat. Havii. 1. *officinalis*.

Fasc. 1. pag. 17. tab. 1.

Quinquina. Condam. in Aët. Paris. 1738.

C. foliis ovatis basi elongatis subtus pubescentibus, capsulis cylindricis. Aët. f. 2. *pubescens*.

h. n. H. Fasc. 1. pag. 19. tab. 2

Habitat in Peru.

C. foliis oblongis subtus pubescentibus costatis. Aët. f. h. n. H. Fasc. 1. pag. 20. 3. *macrocarpa*.

Tab. 3.

*Cinchona officinalis foliis ellipticis subtus pubescentibus, corollæ limbo lanato.* LIN.

Suppl. pag. 144.

Habitat in Regno Santa Fé.

Charactere generis LINNÆO dedit species prima, descriptio vero *Cinchonæ officinalis*

Syst. Nat. ed. 12. p. 164. ad *C. macrocarpam* pertinet.

*Corollis glabris, staminibus exsertis.*

C. pedunculis axillaribus unifloris. Aët. f. h. n. H. Fasc. 1. p. 21.

4. *caribæa*.

*Cinchona caribæa.* JACQU. Obs. Bot. 2. pag. 27.

C. foliis oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus. LIN. Suppl. pag. 144.

5. *corymbifera*.

C. panicula terminali, capsulis pentagonis, foliis ovatis acuminatis glabris. Aët. 6. *lineata*.

f. h. n. H. Fasc. 1. pag. 22. Tab. 4.

Habitat in St. Dominica.

C. panicula terminali, capsulis turbinatis laevibus, foliis ellipticis acuminatis. Aët. 7. *floribunda*.

f. h. n. H. Fasc. 1. pag. 23.

*Cinchona floribunda.* Sw. Prodr. pag. 41.

Pars II.

K

C.



8. *brachycarpa*. C. panicula terminali, capsulis obovatis costatis, foliis ellipticis obtusis. Aët. f. h. n. H. pag. 24.

*Cinchona brachycarpa*. Sw. Prodr. pag. 42.

9. *Augustifolia*. C. panicula terminali, capsulis oblongis pentagonis, foliis lineari-lanceolatis pubescentibus. Sw. in Aët. Holm. 1787. pag. 117. & sequ. Tab. 3.

Harum descriptionem dedi in Aëtis societatis historiae natural. Havniensis fasc. 1. L. c.

## VIRECTA.

*virens*. VIRECTA. LIN. S. V. pag. 197.

*Rondeletia biflora*; caule filiformi, repente; pedunculis bifloris. ROTTB. Defer. plant. rar. Surin. pag. 7. Tab. 2. fig. 2.

## MACROCNEUM.

*coccineum*. MACROCNEUM racemi foliis coloratis ellipticis, foliis lanceolato-ellipticis. Tab. XXIX.

In Insula Trinitatis legit Dn. von ROHR.

ARBOR ramis pilosis.

FOLIA petiolata, pedalia, palmam lata, basi angustata, extrorsum latiora, membranacea, integerrima, supra glabra, subtus costa pilosa.

RACEMUS terminalis, pedalis, pedunculatus, e corymbis parvis oppositis pedunculatis compositus: *pedunculus* partialis hirsutus, trifidus: *pedicelli* laterales quinqueflori, intermedius trifidus. *Bractea* ad basin pedunculorum partialium ovata, acuminata, concava, ciliata: *pedicellorum* lanceolata hirta.

CALYX *Perianthium* monophyllum, superum, quinquesidum: *laciniis* rotundatis. *Foliolum* petiolatum, sesquipollicare, ellipticum, purpureum, venoso-reticulatum, obtusum, utrinque acutum, glabrum in singulo corymbo e margine calycis lateralis corymbi ut in *Mussaenda* frondosa.

COROLLA monopetala, infundibuliformis, quinquesida: *laciniis* lanceolatis, obtusis, glabris. *Tubus* calycis duplo longior.

STAMINA: *filamenta* quinque in fauce tubi, longitudine corollae, intus pilosa. *Antherae* lineares, extra corollam.

PISTILLUM: *germen* inferum, turbinatum, angulatum, hirsutum. *Stylus* incrassatus, longitudine corollae. *Stigmata* duo obtusa, reflexa.

CAPSULA oblonga, bilocularis, polysperma.

SEMINA membranacea, subulata, imbricata, receptaculo lineari affixa.

An *Macrocnemi* generis cum corolla non campanulata? in plurimis certe convenit, ideoque potius huc reuli. A *Mussaenda* differt fructu.

3. *candidissimum*. MACROCNEUM corymbi trichotomi foliis subrotundis, foliis ovatis. Tab. XXX. Plantam rarissimam in vicinia St. Marthae legit Dn. von ROHR.

ARBOR ramis teretibus, glabris, oppositis, superne articulatis, compressis, sub foliis dilatatis.

FOLIA petiolata, bipollicaria & ultra, opposita, ovata, acuminata, obtusa, venosa, integerrima, supra glabra, subtus pallidiora, venis villosa.

PEDUNCULI ex apice ramorum, terni, ancipites, superne dilatati, bis trifidi. *Foliola* duo parva sub prima divisione pedunculorum. *Pedunculi* partiales structura

tura pedunculi communis. *Pedicelli* triflori: *flores* laterales subpedicellati, intermedius sessilis.

*Folium* petiolatum, obovatum vel subrotundum, pollicare, membranaceum, venoso-reticulatum, candidissimum e margine calycum lateralium corymbi, duo in singulo corymbo.

*CAPSULA* oblonga, subcompressa, bifurcata, singula valvula linea elevata.

*SEMINA* ut in antecedente.

## VERBASCUM.

**VERBASCUM** caule subnudo, foliis lanceolatis dentato-sinuatis glabris, pedun- 9-10. *Barnadesii*. culis unifloris.

Habitat in colliculis de Hincapie versus oppidum Ortaleza tractus Madritensis.

Specimen mecum communicavit Ccl. Dn. BARNADES filius inventoris.

*CAULIS* pedalis, glaber, simplicissimus, inferne folio uno alterove.

*Folia* plurima radicalia, vix tripollicaria, petiolata, lanceolata, dentato-sinuata, vel subpinnatifida, basi minus profunde divisa, acuta: *laciniae* lanceolatae, dentatae, sinus majores denticulati: caulina integra.

*PEDUNCULI* a basi ad apicem usque, solitarii, remoti, pollicares, uniflori. *Folium* florale cordatum, parvum, cuspidatum, ad basin singuli floris.

*CALYCIS laciniae* inaequales, tres oblongae, duae subrotundae, majores, omnes subdenticulatae.

*COROLLA* flava.

*Verbascum* Osbekii differt caule folioso, foliis caulinis oblongis petiolatis dentato-incisis, pedunculis calycibusque lanatis. *Verbascum* sinuatum distinguitur foliis radicalibus obtusissimis tomentosis, floribus sessilibus aggregatis.

**VERBASCUM** foliis lineari-lanceolatis pinnatifidis: lacinii obtusis dentatis, flori- 9-10. *pinnatifidum*. bus sessilibus glomeratis.

In Insulis Archipelagi legit FORSKÅLEUS.

*CAULIS* erectus, pedalis, basi tomentosus, ætate glaber, teres, inferne ramosus.

*FOLIA* inferiora & caulina petiolata, bipollicaria, crassiuscula, supra glabra, subtus tomentosa: *laciniae* inaequales, oblongae, obtusae, saepe dente uno alterove obtuso dentatae: *Folia* sub ramis sessilia, dentato-incisa.

*FLORES* sessiles in ramis, alterni, remoti, tres vel quatuor simul: *folia floralia* lanceolata, integra, calycibus longiora.

*CALYX* valde tomentosus, incanus.

A *Verbastro* sinuato differt foliis radicalibus & caulinis profunde divisis, petiolatis. An a *Verbaf.* græco TOURNET. corol. pag. 8. diversa?

**VERBASCUM** caule folioso spinoso frutescente. LIN. S. V. pag. 220.

*spinosum.*

*FRUTEX* semipedalis, rigidus, ramosissimus. *Rami* alterni, teretes, tomentosi, incani; inferiores ætate nudi.

*FOLIA* sessilia, alterna, unguicularia, lanceolata, tomentosa, basi attenuata, obtusa, inferne lacinii utrinque geminis obtusis. Fasciculus foliorum in axillis: foliolis cuneiformibus, integris.

*RACEMUS* terminalis, flexuosus, inferne ramosus, rigidus. *Pedunculus* in spinam definens. *Pedicelli* rigidi, interdum uniflori, saepe loco pedicelli spina patentissima,

tissima, alterni vel oppositi. *Bractea* ovata, minuta sub singulo pedicello.

CALYCIS *laciniæ* ovatæ.

COROLLA parva, extus tomentosa.

CAPSULA magnitudine feminis Coriandri, glabra.

Figura ALPINI mala.

## SOLANUM.

2-3. *micro-* SOLANUM caule inermi fruticoso, foliis ovato-lanceolatis, umbellis lateralibus  
*carpum.* pedunculatis.

*Solanum diphyllum.* FORSK. Catal. pl. Ægypt. pag. 63. n. 134.

Rami apice tomentosi.

FOLIA tri- & quadripollicaria, fesquipollicem basi lata, glabra, minime repanda, tenella subtomentosa.

UMBELLÆ multifloræ. *Pedunculus* unguicularis: *pedicelli* pollicares.

COROLLA alba, extus pilosa.

*Anthæræ* crocæ.

BACCÆ glabræ, rubræ, femine Piperis parum majores.

Foliis latis integerrimis, umbellis pedunculatis, fructu triplo minore viderur diversum a Sol. pseudocapfico, an modo varietas?

2-3. *termi-* SOLANUM inerme frutescens, foliis lanceolato-ovatis subintegerrimis pilosis, um-  
*nale.* bellis terminalibus.

*Solanum terminale*; caule inermi frutescente; foliis ovalibus, acutis umbellis terminalibus. FORSK. Descr. pag. 45.

CAULES decumbentes, ramosi. Rami teretes, cicatricati, superne villosi.

FOLIA petiolata, bipollicaria, utrinque acuta, simpliciter venosa, villosa, præsertim subtus, margine undulato-subdenticulata, ciliata; folia ramulorum oblonga, unguicularia, pilosiora.

PEDUNCULUS terminalis, erectus, tripollicaris: *umbellæ* ternæ, pedunculatæ, alternæ, 7-9 floræ: *pedicelli* inæquales, filiformes, fuscifuraceo-villosi, uti pedunculi, calyces & corollæ.

CALYX quinquedentatus: *laciniis* æqualibus, lanceolaris, obtusis, intus glabris.

*nigrum.* *Villosum* 7. SOLANUM ramis teretibus villosis, foliis angulatis subvillosis. LIN. Spec. plant. pag. 266.

*Solanum ægyptiacum.* FORSK. Descr. pag. 46. n. 50.

*nigrum.* *Hirsutum* 8. ramis teretibus folisque integerrimis hirsutis.

*Solanum fructu nigro, foliis integris villosissimis.* FORSK. Descr. pag. 46. n. 51.

29-30. *hir-* SOLANUM fruticosum aculeatum, foliis cordato-angularis tomentosis aculeatis,  
*sum.* pedunculis lateralibus aggregatis calycibusque hirsutissimis.

Habitat in Insula Trinitatis. DN. von ROHR.

CAULIS fruticosus, superne tomentosus, aculeatus: *aculei* recti, parvi, aciculari, sparsi.

FOLIA petiolata, palmaria, obtusa, angulo 1. vel 3. ad singulum latus inæquali obtuso, utrinque tomentosa, mollia, subtus albidiora: *aculei* sparsi in nervis utrinque, semiunguiculares, robustiores quam in caule, glabri, recti.

*Petiolus*

*Petiolus* pollicaris, aculeatus.

PEDUNCULI supra foliacei, plures, aggregati, unguiculares, uniflori, hirsutissimi.

CALYX: *laciniis* ovatis, acutis, extus hirsutissimis.

COROLLA quinquepartita, extus hirsuta, intus glabra, calyce duplo longior: *laciniis* tribus reliquis duabus parum longioribus.

SOLANUM caule aculeato fruticoso, foliis oblongis repando-sinuatis tomentosis <sup>31-32. coagulans.</sup> aculeatis: lobis rotundatis integris.

*Solanum coagulans.* FORSK. Descr. pag. 47.

CAULIS tomentosus, incanus, uti tota planta: *aculei* sparsi, aciculares, flavescentes, glabri, recti.

FOLIA petiolata, remota, bipollicaria, obtusa, basi altero latere breviora: *lobis* utrinque tribus quatuorvis latis rotundatis integerrimis, supra avenia, plerumque inermia, subtus simpliciter venosa: *aculei* in costa aciculares, rarius in venis.

*Petiolus* sesquipollicaris, undique aculeis adpersus.

RACEMI suboppositifolii, erectiusculi, octoflori.

PEDUNCULUS rigidus, sesquipollicaris: *pedicelli* unguiculares, reflexi, inermes, uti pedunculus.

CALYX tomentosus, valde aculeatus, persistens; *aculei* robustiores quam in reliqua planta.

BACCÆ globosæ, magnitudine nucis Coryli, glabræ.

SOLANUM caule aculeato fruticoso, aculeis tomentosis foliisque oblique ovatis <sup>sanctum.</sup> repandis. LIN. S. V. pag. 225.

*Solanum incanum.* FORSK. Descr. pag. 46.

SOLANUM foliis elliptico-lanceolatis planis, subtus villosis, racemis lateralibus, <sup>40-41. obsecurum.</sup> caule petiolisque aculeatis.

Habitat in Caienna. DN. von ROHR.

FRUTICOSA. RAMI purpurascens, inferne glabri, superne tomentosi, aculeati: *aculei* reflexi, flavescentes, glabri, pauci.

FOLIA petiolata, bipollicaria, vel ultra, utrinque acuta, integra, basi altero latere parum breviora, margine plana, integerrima, supra pilis minutis stellatis adpersa, subtus leviter tomentosa, interdum subtus aculeo uno alterove parvo, plerumque inermia.

*Petiolus* pollicaris, tomentosus, aculeatus: *aculeis* subulatis, rectis, rarioribus.

RACEMI supra foliacei, breves, nutantes, tomentosi.

CALYX quinquedentatus.

COROLLÆ extus villosæ, quinquefidæ: *laciniis* linearibus.

SOLANUM caule fruticoso aculeato, foliis ellipticis integerrimis inermibus subtus <sup>40-41. niveum.</sup> tomentosis niveis.

Habitat in Capite bonæ spei. Dedit DN. BULOW.

RAMI teretes, superne angulati, tomentosi, aculeati: *aculeis* sparsis numerosis, rectis, apice nudis, flavescentibus.

FOLIA petiolata, quadripollicaria, alterna, elliptica, utrinque acuta, integerrima, aetate supra nuda: juniora utrinque tomentosa.

*Petiolus* tomentosus, pollicaris.

CYMA terminalis, pedunculata, multiflora, tomentosa, nivea.

*Pedicelli* umbellati, apice crassiores, cernui.

CALYCIS *laciniæ* lanceolatae.

COROLLA extus nivea, farinosa.

Affine Solano subinermi Sw. prodr. pag. 47. diversum vero patria, ramis aculeatissimis, foliis subtus niveis.

## C O R D I A.

*retusa.* CORDIA foliis fasciculatis cuneiformibus retusis tridentatis.

*Frutex baccifer e Coromandel roxismarini obtusis & veluti punctatis foliis plurimis ex uno tuberculo provenientius.* PLUKN. Alm. pag. 159. tab. 31. fig. 1.

Habitat in India Orientali.

Rami teretes, glabri, apice pilosiusculi.

FOLIA sessilibus, plura ex eadem gemma, 3. f. 5. pollicaria, inæqualia, cuneiformia, apice retusa, obtuse tridentata, interdum quadridentata: dentibus intermediis minoribus, supra nitida, adpersa squamis albidis e quarum centro pili folitarii albi minuti adpressi, supra vix scabra, subtus laevia pallidiora impunctata.

Gemma tuberculæ tomentosa.

PEDUNCULI ex eadem gemma cum foliis, folitarii, uniflori, pubescentes, foliis breviores.

CALYX quinquepartitus, persistens: *laciniis* lanceolatis, extrorsum latioribus, acutis, pilosis.

COROLLA monopetala, infundibuliformis, fauce aperta.

STAMINA quinque.

PISTILLUM. *Stylus* interdum unicus dichotomus, interdum duo bifidi, longitudine corollæ. *Stigmata* acuta.

DRUPA globosa, magnitudine Piperis, calyce non adcreta, quadrilocularis. SEMINA plura in singulo loculo. Sulcus transversalis in medio dissepimenti.

Habitus Cordiæ foliis squamosis, stylo plerumque dichotomo, recedit vero, ut apparet, in nonnullis, an igitur proprii generis?

## C E L A S T R U S.

7-8. *glaucus.* CELASTRUS inermis foliis ellipticis subserratis acutis, cymis axillaribus dichotomis folia æquantibus.

*Mangifera glauca, foliis oppositis, oblongis, glaucis; pedunculis oppositis, divaricatis, dichotomis.* ROTTE. in Nov. Act. Havn. Tom. 2. pag. 534. tab. 4. fig. 1.

Habitat in Coromandel & Zeylona.

Rami alterni, teretes, superne glauci, glabri, uti tota planta.

FOLIA petiolata, opposita, bipollicaria, nitida, venosa, glauco-viridia, obsoletere remote serrata.

Pedunculi axillares, oppositi, dichotome ramosi: ramis divaricatis. *Bractæ* minutæ ad basin ramorum.

CALYX, COROLLA, NECTARIUM, STAMINA ut in Celastris.

FRUCTUS, ut in variis, bilocularis.

## H I R T E L L A.

**HIRTELLA** foliis ellipticis hirsutis nitidis subcoriaceis, racemis erectis, floribus *paniculata*. pentandris. Tab. XXXI. Sw. Prodr. pag. 51.

Habitat in Cayenna. Dn. ROHR.

Rami teretes, cortice purpurascente, superne hirti.

Folia petiolata, alterna, patentia, copiosa, sesquipollicaria, acumine parvo integerrima, venosa, hirsuta secundum venas, subtus discolora.

Petiolus brevissimus.

Stipulae subulatæ, valde hirtæ.

RACEMI axillares, erecto-patentes, solitarii, folio longiores, hirsutissimi.

Pedicelli copiosi, unguiculares, alterni, solitarii, rarius gemini.

Bractea sæpe duo ovata in pedicello, extus hirsuta, alia lanceolata, ad basin pedicelli.

CALYX extus hirsutus, coloratus, intus tomentosus, subsericeus.

FILAMENTA quinque, longa.

Stylus basi hirsutus.

## P I T T O S P O R U M.

**PITTOSPORUM** foliis obovatis obtusis glaberrimis coriaceis, capsulis bivalvibus. *coriaceum*.

Hort. Kew. 3. pag. 488.

Habitat in Canariis.

ARBOR ramis prolixis, 3 vel 4 ad singulum verticillum, teretes, cortice cinereo, e gemmis ovatis imbricatis semiunguicularibus.

Folia sub singulo verticillo tria quatuorve, bipollicaria, oblonga, plerumque obovata, obtusissima, integerrima, laxa, coriacea, utrinque glabra, pallide viridia, basi in petiolum pollicarem desinentia.

PEDUNCULUS e gemma distincta, solitarius, pollicaris, tomentosus, multiflorus.

Flores pedicellati. Pedicelli umbellati, longitudine pedunculi, tomentosi, quinque, bini intermedii bi- f. 5 flori: laterales uniflori.

CALYX tomentosus, quinquefidus: laciniis oblongis, obtusis.

COROLLA, glabra, calyce duplo longior. Petala linearia obtusa.

## A C H Y R A N T H E S.

**ACHYRANTHES** caule suffruticoso scandente, paniculis terminalibus axillaribus. *altissima*. que ramosis SWARTS. prodr. pag. 51. cum synonymis.

TOTA glabra. CAULIS superne angulatus.

Folia petiolata, alterna, bipollicaria, ovata, acuminata, subtus pallidiora.

Petiolus pollicaris.

SPICÆ terminales, axillares, sessiles, ramosæ: rami bi- f. tripollicares, sæpe simplices, sesquipollicares.

FLORES glomerati: glomerulis confectis.

Bractea ovata, acuminata, parva.

CALYX flavesceus.

STYLUS bifidus.

Semen unicum.

4-5. *farmentosa*. ACHYRANTHES foliis ovatis acuminatis alternis, spicis axillaribus, caule suffruticoso.

Habitat in India Occidentali.

Tota glabra. Rami triquetri.

Folia petiolata, alterna, remota, sesquipollicaria, valde attenuata, integerrima, parum undulata.

Petiolus unguicularis.

Spicæ axillares, solitariae, longitudine fere foliorum, superiores minores.

Flores conferti, per intervalla aggregati. Bractæ ovatae, acuminatae, membranaceae, calyce triplo breviores.

Calyx sordide flavescens: foliolis lanceolatis, acutis, dorso linea elevata.

Filamenta lanceolata, calyce duplo breviora.

Stylus bifidus, persistens.

Capsula calyce longior, oblonga.

Semen unicum, nigrum, nitidum, reniforme.

## CELOSIA.

4-1. *nitida*. CELOSIA foliis ovato-deltoidibus attenuatis, spicis terminalibus ramosis floribus distinctis, caule suffruticoso.

*Amaranthus fruticosus erectus, spica viridi laxa & strigosa.* SLOAN. hist. Tom. I. pag. 142. tab. 91. fig. 5.

Habitat in India Occidentali. DR. MARTFELT.

CAULIS teres, erectus, ramosus. Rami alterni, angulati, glabri, uti tota planta.

Folia petiolata, alterna, sesquipollicaria, valde attenuata, basi acuta, vix repanda.

Petiolus unguicularis.

Spicæ terminales, compositae, raro simplices in axillis supremis, palmares vel ultra: Spiculæ alternæ, sesquipollicares, simplicissimæ. Rachis flexuosa, angulata. Flores distincti, contigui.

CALYX triphyllus: foliolis ovatis, acutis, hyalinis, carinatis.

COROLLA petala quinque, lanceolata, nitida, sordide flavescens-fusca.

CAPSULA circumscissa.

SEMINA plura nitida.

Quamvis habitu Achyr. farmentoso affinis, ob calycem tamen, corollam & seminum numerum cum Celosis conjungo.

*lanata*. CELOSIA foliis lanceolatis tomentosis obtusis, spicis confertis, staminibus lanatis. LIN. S. V. pag. 241.

*Iresine javanica foliis oblongis spicis paniculatis compactis brevibus.* BURM. Fl. ind. pag. 312. tab. 65. fig. 2. fide Herbarii Cel. viri.

*Illecebrum javanicum: caule herbaceo erecto albo tomentoso foliis alternis.* LIN. S. V. pag. 248.

*latifolia* β. *Iresine persica foliis obovalibus, panicula terminali, spicis simplicibus longissimis.* BURM. Fl. ind. pag. 312. tab. 65. fig. 1.

*Ærva tomentosa.* FORSK. Descr. 170.

Foliis oboeordatis.

*oboeordata γ.*

Hæ omnes nil nisi varietates esse, suadent numerosa specimina herbarii FORSK. collata cum specimenibus Iresinis javanicæ & persicæ a BURMANNO ipso donatis, uti & cum Illicebro lanato & Celosia javanica a KÖNIGIO missis. Omnes tres varietates inter plantas FORSK. occurrunt in eodem loco lectas, præterea adhuc aliæ foliis linearibus latioribus vel angustioribus, aliæ foliis ellipticis dantur. Varietas β, a reliquis differt tomento majori & hirsutie simul; varietas γ, foliis semiunguicularibus pilis ita intertextis, ut distingui nequeant: in varietate latifolia non semel folia superiora oboeordata vidi. Cum vero cæterum conveniunt duritie caulis, situ foliorum, Inflorescentia & fructificatione, nullo modo tanquam species diversæ censendæ sunt. Nil impedit, quod FORSK. Ærvam dioicam esse observavit, in non paucis enim floribus tam stamina quam pistilla inveniri. Cum corolla nulla adest & capsula monosperma, potius Achyranthis genus intrare debet quam Celosia.

## NERIUM

NERIUM foliis lineari-lanceolatis ternis, subtus transversim nervosis.

*oleander.*

*Nerium oleander foliis lineari-lanceolatis ternis, corollis coronatis.* LIN. S. V. pag. 253.

NERIUM foliis lineari-lanceolatis ternis enerviis.

*1-2. salicium.*

*Nerium foliis ternatis, longe lanceolatis, planis nitidis, spithameis.* FORSK. Descr. pag. 205.

Affine Nerio Oleandro, differt foliis obtusis, subtus subvenosis nec nervis transversis copiosissimis.

NERIUM foliis oblongo-lanceolatis sparsis, subtus villosis.

*1-2. obesum;*

*Nerium obesum; foliis sparsis, oblongis, ramis loriformibus.* FORSK. Descr. pag. 205.

CAUDEX mollis, bulbum referens supra terram, volumine capitis humani. FORSK.

Rami crassitie digiti minimi, substantia caudicis, superne attenuati: floriferi lignosi, cicatricati.

FOLIA ad apices ramorum, approximata, subpetiolata, sæpe tripollicaria, oblonga, basi angustiora, mucronata, avenia: subtus villoso-tomentosa: juniora utrinque mollia. Setæ nonnullæ rigida in axillis foliorum.

CORYMBI terminales, multiflori. Flores breve pedicellati: *pedicelli* villosi.

CALYX quinquepartitus, vix bilinearis, pubescens: *laciniis* lanceolatis.

COROLLÆ *tubus* inferne spatium bilineari angustatus, dein ampliatus, pollicaris, pubescens, intus lineis quinque villosis longitudinalibus. *Limbi laciniæ* rotundatae.

*Filamenta* quinque brevissima superne in tubi parte angustiore. *Antherae* sagittatae, superne cum stigmate coherentes, flavæ, latere interiore macula fusca, apice seta pilosa longitudine corollæ terminatae.

PISTILLUM. *Germine* duo globosa. *Stylus* unicus, longitudine antherarum. *Stigma* capitatum, apice bidentatum: lateribus quinquedentatum.

Quamvis folia sparsa, in Contortis raro obvia, hujus tamen familiae esse monstrat antherarum figura & cohesio cum stigmate, omnino ut in Nerio. Corolla & fauce nuda



ad Echriden accedit, sed defunt glandulæ ad basin germinis; cum vero Antheræ caudatæ sunt, potius cum FORSK. sub genere Nerij retineo, usque dum fructus innotescat. Habitu ad florem Convolutum RUMPH. 4. p. 85. t. 38. satis accedit, diversum autem omnino est.

## HYDROLEA.

*zeylanica.* HYDROLEA caule inermi, floribus subracemosis, foliis lanceolatis.

*Tjjeru-vallel.* RHEED. Malab. 10. pag. 55. t. 28.

*Nana Zeylanica: caule erecto, foliis linearibus, floribus racemosis.* LIN. S. V. pag. 265.

*Steris javana.* LIN. Mant. 54. S. V. pag. 264.

*Steris aquatica.* BURM. Ind. pag. 73. tab. 39. fig. 3.

Has tres unam eandemque esse plantam, docuerunt specimen Hebatii HERMANNI, LINNÆI & BURMANNI.

## ERYNGIUM.

8-9. *triquetrum.* ERYNGIUM foliis radicalibus trifidis, caule ramossimo, pedunculis triquetris, involucris triphyllis carinatis.

Legi in campis aridis Regni Tunetani.

CAULIS erectus, rigidus, spithameus vel pedalis, ramossimus, teres, glaber, amethystinus, uti rami & flores. *Rami* alterni, divaricati, subdichotome ramulosi, triquetri.

FOLIA *radicalia* copiosa, pollicaria, petiolata, trifida, flexilia, glabra; lacinia laterales oblongæ, apice incisæ, dentatæ: dentibus spinulosis, intermedia lacinia obovata, trifida: lobis tridentatis, spinulosis. *Caulina* tripartita, semiamplexicaulia: lacinii lanceolatis, rigidis, spinosis, basi utrinque dente spinoso auctis. *Petiolus* radicalium sesquipollicaris, planus.

PEDUNCULI laterales & terminales ramorum, unguiculares, rigidi, triquetri: *foliolum* tripartitum ad basin singuli.

CAPITULUM parvum, pauciflorum, interdum subsessile.

INVOLUCRUM triphyllum: *foliolis* capitulo dimidio longioribus, lanceolatis, concavis, carinatis, rigidis, integris, apice spina pungente terminatis, setæ nullæ ad basin involucri, ut in Eryngio amethystino.

*Paleæ* subulatæ, rigide, pungentes, longitudine flosculorum.

*alpinum.* ERYNGIUM foliis radicalibus cordatis, caulinis ternatis incitis, involucris spinoso-pinnatis ciliatis.

*Eryngium aliud montanum.* DALECH. Hist. pag. 1460.

*Eryngium alpinum: foliis radicalibus cordatis oblongis, caulinis pinnatifidis, capitulis cylindricis.* LIN. Sp. pl. pag. 337.

*Eryngium foliis radicalibus petiolatis, cordatis, involucrio pinnato, ciliato.* Hall. hist. stirp. pag. 322. n. 736.

Differentia Eryngii alpini Mantissa pag. 349. & Syst. Veget. ed. 14. pag. 271. minime ad illam plantam pertinet, quam illust. a LINNÆ olim in speciebus plant. l. c. sub hoc nomine triviali intellexit, sed potius sub hoc nomine in Mantissa sua Eryngium meum proxime sequens descripsisse palam est, quod toto cœlo differt ab alpino Specierum plant. LIN. & autorum, quamvis LINNÆUS idem esse in litteris ad GODANUM datis asseveravit.

ERYNGIUM foliis radicalibus caulinisque alternis tripartitis: bis trifidis, involu- *Bourgati.*  
cris subulatis polyphyllis subspinosis.

*Spina alba.* DALECH. Hist. 1462.

*Eryngium alpinum spinis horridum, Dipsaci capitulo longiori.* TOURNEF. Inst.  
R. H. pag. 327.

*Eryngium Bourgati: caule simplici, foliis ternatis, laciniis bi-tripartitis retro-  
flexis, vaneis oppositis, receptaculis paleis lanceolatis integerrimis.* GOUAN.

Illustr. pag. 7. tab. 3. fig. 1. 2. 3.

*Eryngium foetidum; foliis glabris, spinosis, radicalibus pinnatis, pinnis tripar-  
titis.* FORSK. Catal. Pl. Constant. pag. 23. 135.

*Eryngium alpinum foliis digitatis laciniatis suborbiculatis, capitulo oblongo poly-  
phylo, paleis setaceis trifidis.* LIN. Mant. 349. S. V. pag. 371.

Descriptio involucri & palaeae Eryngii alpini Mant. LIN. l. c. ab alpino Specier. mutuata  
esse videtur, reliqua vero ab Er. Bourgati, cui palaeae subulatae rigidae flore longiores.

## CAUCALIS.

CAUCALIS umbella universali subquinquefida: partialibus subtrispermis, foliis 4-5. *pumila.*  
supradecompositis cauleque decumbente villosis.

*Caucalis involucro universali diphylo, partialibus pentaphyllis.* GER. Fl. Gal.  
Prov. pag. 137. n. 4. tab. 10.

*Caucalis pumila: umbellis alternis, oppositifoliis, umbella bifida, umbellulis sub-  
dispermis, involucro universali diphylo, partialibus pentaphyllis.* GOUAN. Fl.  
Monsp. pag. 285.

*Caucalis maritima: humilis pubescens, laciniis foliorum obtusiusculis, umbellis  
involucratis, fructibus ovatis crassis, aculeis inaequalibus flavescentibus.* POIR.  
It. 2. pag. 166.

*Daucus muricatus* β. LIN. S. V. ed. 14. pag. 277.

Frequens ad Littora maris Europae australis & Barbariae.

CAULES vel *rami* decumbentes, superne praesertim villoso-subincani, uti folia &  
femina.

SEMINA in umbellis partialibus subsessilia, semiunguicularia, oblonga, fulcata,  
pilosa, aculeata: *aculei* serie quadruplici in singulo femine; dorsaliibus dua-  
bus, basi dilatati, in acumine pungente desinentes, intermedii parum longio-  
res, unica series aculeorum ad marginem utrinque cuiusvis feminis similium,  
aculeis dorsaliibus modo majorum.

Coeterum varie ludit: Specimina alia legi sesquipedalia, diffusa, foliis quadripinnatis,  
pinnis pinnatifidis, umbellis primariis quinque vel sexradiatis, partialibus 4-5-6. sper-  
mis, involucris 5-6 phyllis, involucellis terra-vel pentaphyllis. Exemplaria non pauca  
vidi caule vix palmari vel spithameo, foliis supradecompositis vel decompositis, um-  
bellis 2-3-4 radiatis, umbellulis 2. f. 3. spermis, involucris 2-3. phyllis. Hinc nota  
ab umbellis & involucris difficilis. Minime vero jure cum Dauco muricato a LINNEO  
conjungitur, a quo genere differt.

## TAMARIX.

*articalata.* TAMARIX ramis articulatis: articulis turbinatis mucronatis, spicis racemosis.  
Tab. XXXII.

*Thuja aphylla: strobilis quadrivalvibus, foliis turbinatis vaginantibus hinc mucronatis frondibus imbricatis.* LIN. Am. acad. 4. pag. 295. Syst. Veger. pag. 861.

*Tamarix orientalis.* FORSK. Descr. pag. 206.

Habitat in India Orientali & Arabia.

*Frutex virgatus. Rami teretes, squarrosi e squamis & vaginis persistentibus, ramulosi, virgati: ramuli filiformes, sparsi, articulati: articuli apice marginati, cavi ad excipiendum insequentem articulum.*

SQUAMÆ loco foliorum e margine singuli articuli, ovatae, acutae, alternae, patulae.

SPICÆ versus apicem ramorum, alternae, sesquipollicares, imbricatae, teretes.

*Bracteae ovatae, acutae, patentissimae, persistentes, concavae, longitudine florum.*

CALYX pentaphyllus, imbricatus: *foliolis subrotundis.*

COROLLA magnitudine Tamaricis gallicae. *Petala linearia.*

STAMINA 5.

CAPULA tetragona, pyramidata.

SEMINA ut in reliquis papposa.

Non visa fructificatione III. a LINNE hanc plantam ob habitum ad Thujam rexit, specimen enim, quod in ejus herbario sub nomine Thuja aphyllae asservatur absque fructificatione est omnino nostra, diversa tamen a Thuja cupressoides Mant. pag. 125. ambæ vero differunt a SHAW. Cupressi 188. f. 180. quæ est Thuja articulata nostra.

## RHEXIA.

*2-5. trichotoma,* RHEXIA floribus solitariis axillaribus terminalibusque, foliis sessilibus oppositis lanceolatis hirsutis.

*Rhexia trichotoma, caule inferius trichotomo; apicibus dichotomis, filiformibus, floribus solitariis subsessilibus.* ROTT. Diss. pl. rar. pag. 9. tab. 5.

CAULIS frutescens. *Rami tetragoni angulis hirtis, inferne trichotomi, superne dichotomi.*

FOLIA pollicaria, opposita, sessilia, integerrima, hirsuta.

*Pedunculi breves, in dichotomia & apice ramorum.*

*Petala quatuor, ovata, ciliata.*

STAMINA octo.

*uniflora.* RHEXIA foliis petiolatis ovatis serratis, floribus axillaribus solitariis decandris, caule dichotomo.

Habitat in Caienna. DN. von ROHR.

CAULIS herbaceus, dichotome ramosus, ex alis quatuor decurrentibus tetragonus, pilis apice glandulosis adpersus, viscosus. *Rami filiformes.*

FOLIA, petiolata, semiunguicularia, acuta, adpersa pilis rarioribus adpressis, obscure trinervia, margine e pilis glandulosis ciliata, serrata: suprema angustiora, sublanccolata. *Petiolus folio brevior, pilis apice glandulosis ciliatus.*

PEDUN-

PEDUNCULI axillares & in dichotomia ramorum, solitarii, brevissimi.  
 CALYGES pilosi.  
 PETALA lanceolata.  
 STAMINA decem, petalis longiora.  
 CAPSULÆ subbilobæ, magnitudine seminis coriandri.

G O M P H I A. SCHREB. Gen. pag. 291.

GOMPHIA foliis lanceolatis extrorsis ferratis, panicula terminali, petalis calyce *angustifolia*.  
 longioribus.

*Habitat in India orientali.* KÖNIG. ♀.

Glaberrima.

FOLIA alterna, sessilia, bipollicaria, a basi ad medium integerrima, utrinque acuta, membranacea, venis subtilissimis reticulata.

*Panicula* terminalis, bipollicaris.

*Flores* ante explicationem globosi.

CALYCIS *foliola* subrotunda.

*Petala* quinque.

STAMINA decem.

GOMPHIA foliis ovato lanceolatis acuminatis ferratis, paniculis terminalibus, calycibus corollæ aequalibus. *nitida*.

*Ochna nitida*: calycibus corollæ aequalibus, drupis receptaculo superimpositis, foliis ellipticis ferratis. Sw. Prodr. pag. 67.

Dedit DN. BANKS.

Rami alterni, superne flexuosi, cortice fusco, teretes, glabri, uti reliqua planta.

FOLIA brevissime petiolata, alterna, bi- & tripollicaria, pollices binos lata, coriacea, vix venosa, laevissima, ferraturis mucronatis, basi integerrima.

PANICULA terminalis, stricta, patens, palmaris vel ultra: *pedunculi* partiales uti *pedicelli* alterni; post casum florum e pedicellis persistentibus squarrosa. *Flores* ante evolutionem ovati, obtusi.

CALYCIS *foliola* longitudine petalorum, lanceolata.

*Petala* flava.

*Filamenta* tubercula decem, parva: *Antheræ* longitudine corollæ, subulæræ.

GERMEN pentagonum. *Stylus* longitudine antherarum. *Stigma* acutum.

GOMPHIA foliis lanceolatis obtusissimis integerrimis emarginatis, panicula terminali. *lavigata*.

*Habitat in India orientali.* KÖNIG.

Glaberrima, Rami alterni, cortice cinereo.

FOLIA petiolata, sparsa, basi acuta, apice obtusissima, emarginata, bipollicaria, nitida, avenia, subcoriacea, unguem lata.

*Petiolus* brevissimus, ad insertionem incrassatus.

PANICULA terminalis, facie Ochn. squarrosa: *pedunculi* patentissimi, varii parum inflexi, purpurascetes.

CALYCINA *foliola* lanceolata.

COROLLA 5-petala, longitudine calycis.

STAMINA decem.

*Part II.*

N

BACCÆ

BACCÆ receptaculo super impositæ.

Secundum characterem genericum in edit. Generum Plantar. SCHREBERI pag. 354.  
Oclma corolla non gaudet; Petala vero 10 adesse, tum in squarrosa quam reliquis,  
certo certius est, non enim in unico, sed in plurimis speciminibus vidi. Petala deci-  
dua; calyx persistit.

## CASEARIA.

*uniflora.* CASEARIA floribus octandris, foliis ellipticis ferratis utrinque glabris, ramis flori-  
feris.

*Iroucena guianensis.* AUBL. Fl. Guian. pag. 328. tab. 127.

ATHENÆA. SCHREB. genera plantarum. pag. 259.

Ex Insula St. Crucis misit Dn. PRUG.

Rami cortice cinereo, glabri, apice pubescentes, inferne aphylli.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria, utrinque glabra, subtilissime ferrata, acuta,  
venosa, tenella tomentosa.

Petiolus vix semiunguicularis, stipulæ subulata, tomentosa, caducæ.

FLORES pedunculati, aggregati in tuberculis infra folia, plures.

Pedunculi semiunguiculares, uniflori.

FRUCTUS magnitudine piperis.

Genus a Sassa Nectario satis distinctum.

## BERGIA.

*capensis.* BERGIA foliis lanceolatis, floribus verticillatis. LIN. S. V. pag. 431.

*Polarisjira.* RHEED. Mal. 9. pag. 153. tab. 78.

Habitat in India Orientali, unde a KÖNIGIO missa fuit, non vero in Cap. b. spei.

## ARENARIA.

*11-12. pro-* ARENARIA foliis lineari-lanceolatis, caulibus prostratis villosis, petalis calyce bre-  
*cumbens.* vioribus. Tab. XXXIII.

*Cherleria sedoides.* FORSK. Catal. pl. Ægypt. pag. 66. n. 241.

Legi in ruderatis Tuneti. FORSK. in Ægypto.

RADIX perennis.

CAULES plures, prostrati, diffusi, pedales, basi lignosi, teretes, filiformes. Rami  
simplices, apice dichotome divisi.

FOLIA sessilia, opposita, unguicularia, superiora majora, interstitiis duplo bre-  
viora: rudimenta foliacea ex omnibus axillis.

PANICULA terminalis, dichotoma. Flores pedunculati, arenaria maritimæ, at  
minores. Pedunculi capillares, uniflori, pubescentes, subviscosi, unguicu-  
lares.

CALYCIS *foliola* ovato-lanceolata, margine membranacea.

Petala rubra, calyce parum breviora.

Ab Arenaria montana differt caulibus omnibus floriferis prostratis, nec floriferis erectis,  
corollis quadruplo minoribus, petalis calyce brevioribus. FORSK. non differt nisi foliis  
parum brevioribus. Arenaria geniculata POIR. it. 2. pag. 190. forte eadem cum  
nostra.

## COTYLEDON.

COTYLEDON foliis teretibus, racemis terminalibus villoso-viscosis, caule ramoso. 7-8. *viscosa*.

*Cotyledon Mucizonia*. Ortega Monogr. Madrit. 1772 cum fig.

Habitat in montosis Hispaniæ, versus Toledum & alibi.

Facies Sedi.

RADIX annua.

CAULIS filiformis, brachiatus, palmaris.

FOLIA carnosâ, obtusâ, vix semiunguicularia.

*Pedunculi* terminales ramorum, plerumque simplices, rarius ramosi. *Flores* racemosi distantes. *Pedicelli* capillares, laxi.

CALYCIS *foliola* lanceolata, villoso-viscosa.

COROLLA campanulata, pallide flavescens, striis purpureis.

COTYLEDON foliis spathulato-ovatis cymæ floribus quadrifidis. LIN. S. V. p. 429. *nudicaulis*.

*Cotyledon deficiens*; *foliis rotundis subcrenatis*; *staminibus tetradynamis*. FORSK.

Descr. pag. 89.

COTYLEDON foliis lanceolatis apice ferratis, panicula villosa, floribus quadri- 13-14. *lan-*  
fidis. *ceolata*.

*Cotyledon lanceolata*; *foliis lanceolatis, sessilibus, subcarinatis, apice ferratis, carnosis*. FORSK. Descr. pag. 89.

Habitu, inflorescentia corollisque ovatis flavis similis *Cotyledoni* laciniatæ, diversa foliis lanceolatis, caule, pedunculis, calycibus corollisque villosis.

COTYLEDON foliis orbiculato-spathulatis integerrimis, floribus paniculatis gla- 14-15. *alter-*  
bris quadrifidis. *nans*.

*Cotyledon orbiculata*. FORSK. Catal. plant. Arab. pag. 112.

Tota glabra.

PEDUNCULI parciales alterni nec oppositi ut in antecedentibus.

COROLLA ovata, *Cotyledonis* laciniatæ, membranacea, superne angustata: *laciniis* lanceolatis, flavo-rubentibus.

## SEDUM.

SEDUM foliis oblongis alternis obtusis basi solutis, cyma bifida glabra.

14-15. *coeruleum*.

*Sedum vermiculare pumilum, glabrum, floribus parvis caeruleis*. SHAW. It. pag. 46. n. 550. fig. 550.

Crescens inveni in fissuris rupium ad Manub Tuneti.

CAULIS digitalis, glaber, uti omnia, purpurascens, in solo macriori simplex, in pinguiori ramosus. *Rami* altitudine & structura caulis, alterni vel sparsi, simplices.

FOLIA alterna, teretia, oblonga, obtusâ, in speciminibus majoribus purpureo-virescentia, in minoribus tota rubentia.

CYMA terminalis, bifida. *Pedunculi* divaricati, flexuosi, interdum bifidi, folium structura foliorum caulis sub ramificationibus. *Pedicelli* alterni, patentissimi. Flores parvi.

CALYX petalis brevior.

COROLLÆ *petala* lanceolata, purpureo-violacea.

*Nectarii* squamæ truncatæ, mucronatæ, ad basin germinis.

*Filamenta* 10. rarius 12, longitudine petalorum. *Antheræ* globosæ, purpureæ.

*Germina* quinque, ovata, acuminata, alba, longitudine filamentorum.

18-19. *pubescens.* SEDUM pubescens, foliis oblongis obtusis supra planiusculis, cyma bifida, petalis lanceolatis.

Legi in fissuris rupium Tuned.

CAULIS palmaris & ultra, carnosus, basi frutescens, ramosus.

Rami frequentes, sparsi, interdum oppositi, teretes, purpurascens, pubescentes, uti tota planta.

FOLIA parum supra basin adnata, alterna, semiunguicularia, conferta, oblonga, obtusa, supra planiuscula, versus basin canaliculata, subtus convexa, sæpe purpurascens; suprema ovata.

CYMA terminalis, bifida, multiflora. *Pedunculi* vix ramosi: *pedicelli* alterni, solitarii, uniflori. Rarius ramulus unus vel alter floriferus infra cymam.

CALYCIS *foliola* ovata, obtusa, minime carnosæ.

*Petala* canaliculata, extus villosa, flava, intus purpureo-punctata, magnitudine fedi acris.

*villosum.* SEDUM foliis oblongis supra planiusculis pedunculisque axillaribus subunifloris pubescentibus, petalis ovaris obtusiusculis.

*Sedum villosum*: caule erecto, foliis planiusculis pedunculisque subpilosis. LIN. S. V. pag. 431.

## RESEDA.

*canescens.* RESEDA foliis lanceolatis undulatis pilosis. LIN. S. V. pag. 448.

*Reseda hexagyna*; foliis lanceolatis repandis, undulatis, floribus hexagynis.

FORSK. Deser. pag. 92.

An *Reseda canescens* Specier. plantarum LIN. pag. 64. eadem planta ac *Ref. canesc.*

Systemat. veget. ed. 14. Nostra egregie consentit cum descriptione *canesc.* Syst. Veg. nomen vero *Ref. canescens* Specier. plantar. uti etiam figura CLOSII aliam plantam indicare videntur.

5-6. *dipetala.* RESEDA foliis linearibus integerrimis, floribus tetragynis dipetalis: petalis indivisis. Hort. Kew. 2. pag. 132.

*Reseda capensis*: caule fruticoso foliis linearibus ternis, apice mucronatis. BURM.

Prodr. Fl. cap. pag. 13.

Habitat in C. b. spei. Dn. Prof. BURMANNUS.

Facies scfamoides.

CAULIS suffruticosus, erectus, ramosus. Rami teretes, sparsi, glabri.

FOLIA sparsa, linearia, unguicularia, crassiuscula, acuta, glabra.

RACEMUS terminalis. Flores remotiusculi.

CALYCIS *foliola* sex, minuta, albo-marginata.

*Petala* cuneata, integerrima.

*undata.* RESEDA foliis pinnatis undulatis, floribus trigynis tetragynisque. LIN. S. V. pag. 448.

*Reseda decursiva*; foliis decursive pinnatis; foliolis subæqualibus; floribus trigynis. FORSK. Catal. pl. ægypt. pag. 66.

RESEDA

- RESEDA foliis integris trilobisque, calycibus flore brevioribus. LIN. S. V. *mediterranea*. pag. 448.  
*Reseda tetragyna; tetragyna; alba; foliis lanceolatis, repandis; interdum basi pinnatim incisis; calycis dente supremo æquali.* FORSK. Descr. pag. 92.  
 Folia undulata.

## EUPHORBIA.

- EUPHORBIA aculeata nuda, caule tereti falcato: aculeis ternis. 6-7. *triaculeata*.  
*Euphorbia triaculeata; caule tereti, septem-falcato; floribus ternis sessilibus ex ala aculeorum.* FORSK. Descr. pag. 94. ubi descriptio habetur.  
 ACULEUS intermedius pollicaris, laterales quintuplo minores, recurvi.
- EUPHORBIA frutescens ramosa, foliis oppositis ovatis acutis glabris integerrimis. glabrata.  
 Sw. Prodr. pag. 76.  
 Habitat in Caribæis. Legit Dn. MARTFELT, qui mecum generose communicavit una cum collectione dicissima plantarum americanarum, quas sub Itinere Americano ipse collegit.  
 Tota glabra.  
 CAULIS erectus, inermis, articulatus, purpurascens. *Rami* dichotomi, inferne foliis tecti.  
 FOLIA sessilia, semiungicularia, longitudine articulorum, acutiuscula, inferiora erecta, superiora patentia.  
*Stipulae* subrotundæ, minuræ, pallidæ, ciliatæ.  
 FLORES ad apices ramulorum, axillares & in dichotomia, solitarii, parvi, pedunculati. *Pedunculi* folio breviores.  
 CALYX glaber: *fauce* villis densis albidus.  
*Petala* quinque, subrotunda.  
 CAPSULA magnitudine fere seminis Coriandri, glabra, lævissima.
- EUPHORBIA caule suffruticoso, foliis oppositis alternisque lineari-lanceolatis. 13-14. *linearifolia*.  
 Habitat in Insula St. Dominici; communicata a Dn. THOUINIO.  
 CAULIS basi lignosus, inferne teres glaber, superne striatus, angulatus, subhirsutus. *Rami* duo inferiores oppositi, caule breviores, superiores alterni.  
 FOLIA petiolata, glaberrima, avenia: duo infima opposita, unguicularia, ovalia: reliqua alterna, linearia, utrinque attenuata, sesquipollicaria, suprema majora.  
*Pedunculi* ex apice caulis & ramorum, subquini, umbellati.  
 CALYX glaber, uti *faux*.  
*Petala* obovata, truncata, viridi-flavescentia.  
 STAMINA plura.  
 CAPSULÆ glabræ, lævissimæ, magnitudine Pisi minoris.
- EUPHORBIA fruticosa, foliis obovatis, pedunculis lateralibus trifloris. 13-14. *ex-nata*.  
 Habitat in Arabia felici. FORSK. Nec descripta nec nominata inter FORSKÄLENAS invenitur.  
 CAULIS inermis. *Rami* teretes, glabri, cortice cinereo.



FOLIA petiolata, plura ex tuberculis ramorum, unguicularia, inaequalia, glabra, avenia, integerrima.

PEDUNCULI superne, ex eadem gemma cum foliis, teretes, glabri, unguiculares, triflori. Flores pedicellati: *pedicelli* laterales horizontales, apice squama una vel altera.

CALYX glaber.

Petala obovata, truncata.

Stamina numerosa.

CAPSULA villosa: pedicellus vix extra calycem.

14-15. *lævigata.* EUPHORBIA frutescens ramosa, foliis oppositis oblongis obtusis glabris integerrimis.

Habitat in India Orientali.

Tota glabra.

CAULIS inermis. Rami apice dichotomi, ter vel quater divisi.

FOLIA breviter petiolata, unguicularia, articulis ramorum longiora, altero latere bascos breviora angustiora, apice mucrone minuto terminata, lævia, avenia, glauco-viridia.

PEDUNCULI superne ex dichotomia ramulorum, solitarii.

Flores parvi.

CAPSULA glabra, lævis, magnitudine feminis Coriandri.

24-25. *granulata.* EUPHORBIA dichotoma, foliis oppositis oblongis integerrimis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus.

*Euphorbia granulata*; foliis oppositis, obovatis, subsessilibus, integerrimis; floribus axillaribus solitariis. FORSK. Defer. pag. 94.

Habitus Euphorbiae chamæcyfis.

CAULES plures, lignosi, filiformes, diffusi, dichotome ramosi, purpurascens, vix pilosi.

FOLIA breviter petiolata, duplo minora quam in chamæcyfe, opposita, lineari-oblonga, crassiuscula, oculo armato pilosa, altero latere bascos angustiora.

FLORES pedunculati, minutissimi: *pedunculi* folio duplo breviores.

CAPSULA femine Sinapeos minor, pilosiuscula.

*Peplis.* EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis fimbriatis, floribus axillaribus solitariis, caulibus procumbentibus. LIN. S. V. pag. 450.

*Peplion.* VALECHAMPI Hist. pag. 1659.

*Euphorbia dichotoma*; foliis oppositis, integris, lanceolatis, sessilibus. FORSK. Defer. pag. 93.

CAULES pedales, procumbentes, glabri, uti tota planta, articulati: articulis sesquipollicaribus. Rami alterni, dichotomi, sæpe divaricati.

FOLIA opposita, petiolata, vix unguicularia, crassiuscula, avenia, altero latere angustiora & basin versus breviora, altero latiora, basi in auriculum sæpe denticulatum dilatata.

CAPSULÆ glabræ.

30-31. *imbricata.* EUPHORBIA umbella dichotoma: bifida, involucellis subrotundis mucronatis, foliis obovatis imbricatis ferrulatis, caule fruticuloso.

Habitat in Portugallia.

FRUTICULUS palmaris vel parum ultra, basi ramosus: *rami* simplices, teretes, foliis recti, denticulati post casum foliorum; glabri, uti rosa planta.

FOLIA sessilia, conferta, undique imbricata, cuneata, parva, bilinearia, mucronata, superne denticulata, inferne integerrima.

UMBELLA terminalis, bis bifida. *Involucra* pentaphylla, oblonga, integerrima. *Involucella* diphylla, rotundiora.

*Petala* integerrima.

STAMINA numerosa: *filamenta* albida.

EUPHORBIA umbella quinquefida: bifida, involucellis cordatis denticulatis, foliis lanceolatis subintegerrimis. *dulcis.*

*Tithymalus nemorosus alter foliis latioribus & firmioribus.* BARREL. Ic. 840.

*Euphorbia dulcis: umbella quinquefida: bifida, involucellis subovatis, foliis lanceolatis obtusis integerrimis.* LIN. S. V. pag. 452.

CAULES glabri, erecti, simplicissimi.

FOLIA sparsa, sessilia, pollicaria, lineari-lanceolata, obtusa, minutissime serrata: serraturis saepe vix nisi oculo armato videndis.

UMBELLA quinquefida: bis bifida; pedunculus unus vel alter ex axillis foliorum superiorum bifidus. *Involucra* pentaphylla, structura foliorum caulis. *Involucella* diphylla, nervosa, inaequaliter denticulata.

*Petala* bicornia.

Exsiccatione minime nigrescit, nisi male exsiccatur.

EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ferratis glabris, capsulis laevibus. *helioscopia.*

*Euphorbia helioscopia umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ferratis.* LIN. S. V. pag. 453.

EUPHORBIA umbella quinquefida: trichotoma, involucellis semicordatis, foliis cuneiformibus pilosis ferrulatis, capsulis muricatis. *52-53. pubescent.*

In cultis Tuneri legi.

RADIX annua.

INVOLUCRUM umbellae secundariae & ultimae triphylla: foliolis duobus altero latere latioribus, basi obliquis, altero latere angustioribus, extrorsum parum versus basin dilatatis: foliolum tertium lateribus aequalibus ovato-subrotundum.

Primo intuitu ita similis Euphorbiae helioscopiae, ut eandem diceres; folia enim & modus crescendi omnino idem; differt vero caule superne, foliis, pedunculis & pedicellis villosis capsulisque e tuberculis parvis muricatis.

EUPHORBIA umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis diphyllis reniformibus, foliis amplexicaulibus cordatis ferratis. *ferrata.* LIN. S. V. pag. 453.

*Euphorbia retusa; umbella trifida, dichotoma, involucris lanceolatis, foliis linearibus retusis, denticulatis inferioribus minoribus.* FORSK. Descr. pag. 93.

Icon tab. 13.

Folia omnia in speciminibus herbarii FORSKÅLEI, tam in caulibus & ramis floriferis, quam in sterilibus, linearia, nec ut plerumque in Euphorbia ferrata LINNÆI cordata in caule florifero & linearia in sterilibus & ramis. Præterea FORSKÅLII ex desertis Ægypti discrepat umbellis triradiatis bifidis, involucris involucellisque cordato-atenuatis, nec ut in ferrata LIN. quinqueradiatis: trifidis dichotomis, involucris involu-

lisque reniformibus. Hæc omnia speciem diversam indicare satis videatur, atramen ex speciminibus numerosis Euphorbiæ ferratæ in Barbaria visis, mire ludere secundum ætatem & locum satis superque perpexi, ut exinde omnino persuasus sim, Forsk. Euphorbiæ nil nisi varietatem esse Euph. ferratæ. Euph. enim ferratam LINNÆI perennem esse observavi in loco natali; præterea specimina legi Euph. ferratæ, alia foliis tantum inferioribus linearibus, superioribus cordatis acutis, alia vero foliis superioribus cordato-acuminatis, alia denique foliis omnibus linearibus. Sic etiam umbellas trifidas, quinquedidas, involueris reniformibus vel cordato-acuminatis inveni, & hæc omnes variationes non raro occurrunt in caulibus ejusdem radicis. Frequentior tamen varietas est umbellis trifidis, rarius umbellis primariis quadrifidis.

Euphorbiam bis umbellatam Pom. it. 2. pag. 155. Tab. 4. nihil aliud quam varietatem esse alicujus Euphorbiæ, forte jam notæ, eo persuasus sum, cum ut alia præteream, specimina plura Euphorbiæ Paraliæ legi in maritimis Barbariæ tali umbella duplici instructa, quæ tamen ob eam notam saltem, quamvis in plurimis speciminibus occurrat, nemo jure disjungit.

## PSIDIUM.

1-2. *pumifum.* PSIDIUM foliis lanceolatis lineatis acutis, pedunculis unifloris, fructu globoso.

*Cujavillus.* RUMPH. Amb. 1. pag. 145. t. 49.

Habitat in Zeylona. KÖNIG.

Facies exacta Pf. pyriferi, at omnia 5-duplo minora. Frutex bipedalis. *Rami* tetragoni, villosi-cinerei.

FOLIA petiolata, opposita, sessilia, pollicaria, integerrima, supra glabra, subtus villosa.

*Petiolus* brevissimus.

*Pedunculi* ex apice ramulorum, gemini, unguiculares, villosi.

CALYCIS *foliola* lanceolata, obrufa, coriacea, intus villosa.

FRUCTUS globosus, magnitudine nucis Coryli, subvillosus.

## MYRTUS.

2-5. *tomentosa.* MYRTUS pedunculis unifloris, foliis triplinerviis subtus tomentosis. Hort. Kew.

2. pag. 159.

Habitat in China. DN. MONTET DE LA MARK.

RAMI teretes, tomentosi.

FOLIA petiolata, opposita, sesquipollicaria, elliptica, obrufa, supra obscura venosa, margine reflexa, triplinervia: nervis subtus magis conspicuis, supra glabra, subtus incana, tomentosa.

*Petiolus* brevissimus.

*Pedunculi* axillares & terminales, solitarii, oppositi, unguiculares, tomentosi.

*Bractææ* duæ, parvæ, oblongæ, ad basin calycis.

CALYX turbinatus, tomentosus: *laciniis* quatuor rotundatis.

*Petala* oblonga, unguicularia, extus tomentosa, incana, intus purpurea.

MYRTUS pedunculis lateralibus terminalibusque unifloris, foliis oblongis nitidis, <sup>2-3. cera-</sup> <sub>finis.</sub> subtus punctatis.

*Arbor baccifera myrtifolia latiore fructu nigro Cerasino dipyreno.* SLOAN. Hist. 2. pag. 107.

Habitat in Insulis Caribæis. PFLUG h.

Tota glabra. Rami teretes, cortice cinereo. Ramuli juniores squamis lineari-lanceolatis, semiunguicularibus, imbricatis, demum remotis, deciduis.

FOLIA petiolata, opposita, pollicaria, obtusa, supra subvenosa nitida, medio sulco exarata: subtus avenia, pallida, confertim punctata.

Pedunculi interdum quatuor ex eadem gemma, plerumque axillares oppositi & terminales, saepe infrafoliacei, uniflori, filiformes, sesquipollicares.

CALYCIS lacinae oblongae, obtusae.

Petala oblonga, obtusa, semiunguicularia, alba.

MYRTUS floribus axillaribus lateralibusque subsessilibus, foliis sessilibus cordatis <sup>cordata.</sup> ovatis nitidis. Sw. Prodr. pag. 78.

Ex Insula St. Crucis misit Dn. PFLUG.

Rami cinerei, glabri, uti tota planta, superne compressi.

FOLIA sessilia, opposita, pollicaria, subcoriacea, marginata, obtusissima, glaberrima, venosa, subtus punctata, pallidiora.

Flores axillares & in ramis aphyllis, sessiles, 3 vel 4or utrinque.

MYRTUS racemis terminalibus pubescentibus: pedicellis unifloris, foliis lato-lanceolatis attenuatis, supra punctatis. <sup>pallens.</sup>

Communicata a Dn. FORSETH ex America.

Rami teretes, cinerei, superne compressiusculi.

FOLIA petiolata, opposita, bipollicaria, obtusa, subcoriacea, glaberrima, laevissima, avenia, supra punctis impressis adpersa, sulco in medio & nervo intra marginem ut in *M. zeylanica*.

Petioluli brevissimi, purpurascetes.

Pedunculi terminales, gemini, vix unguiculares, villosi-cinerei, uti pedicelli.

Pedicelli pedunculo parum longiores, decussati, plerumque uniflori. Bractea ovata, minuta, ad basin singuli pedicelli, duae aliae ad basin calycis, simillimae.

CALYX coriaceus, villosi-cinereus: laciniis quatuor, oblongis.

Petala calyce duplo longiora, minutissime ciliata.

STAMINA longitudine peralorum.

MYRTUS racemis axillaribus brevissimis, foliis petiolatis lato-lanceolatis acuminatis, acutis. <sup>dumosa.</sup>

Habitat in America meridionali. Dedit Dn. FORSETH.

Rami cortice tunicato, rimoso.

FOLIA breviter petiolata, opposita, bipollicaria, membranacea, venis simplicibus transversis numerosis, intra marginem utrinque nervo longitudinali, subtus pallidiora: tenella villosi-fericea.

RACEMI axillares, solitarii vel gemini, oppositi, vix semiunguiculares, quadriflori. Pedicelli uniflori, oppositi.

Bractea minuta ad basin singuli pedicelli, duae minores ad basin calycis.

CALYX oblongus, subvillosus: laciniis oblongis, longitudine fere germinis.

*Petala* quatuor.

A *Myrto* glabrata SWARTZII differt foliis planis membranaceis, racemis paucifloris.

A *Myrto* difflua ejusdem, pedunculis paucifloris, foliis non deflexis.

*virgultosa*. MYRTUS racemis lateralibus terminalibusque, foliis lato-lanceolatis attenuatis.

*Myrtus virgultosa*: pedunculis axillaribus terminalibusque paniculatis, pedicellis remotis decussatis unifloris; foliis lato-lanceolatis attenuatis, ramis virgatis, caule arboreo. Sw. Prodr. pag. 79.

Ex Insula St. Crucis Americae misit Dn. PFLUG.

Rami virgati, glabri, cortice cinereo, tenelli villosi.

FOLIA petiolata, opposita, sesquipollicaria vel ultra, basi acutiuscula, supra glabra, nitida, subtus pallida, venosa: juniora supra subpunctata.

PEDUNCULI axillares & terminales, pubescentes, bini ex singulo axillo, foliis dimidio breviores. Pedicelli oppositi, remoti, semiungiculares, filiformes, uniflori. Bractea ovata, minuta, ad basin singuli pedicelli, binæ sub singulo calyce.

Flores parvi.

CALYCIS lacinae rotundatae, basi cinerascens.

Petala calyce duplo longiora, punctata.

*Zeylanica*. MYRTUS racemis axillaribus terminalibusque, pedicellis subquadrifloris, foliis ovatis attenuatis supra punctatis.

*Myrtus Zeylanica* pedunculis multifloris, foliis ovatis subpetiolatis. LIN. S. V. pag. 462.

RAMI teretes, cinerei: ramuli compressi, purpurascens, subalterni.

FOLIA brevissime petiolata, opposita, interdum subalterna, sesquipollicaria, subcoriacea, valde attenuata, obtusa, avenia, glaberrima, supra punctis impressis adspersa, sulco longitudinali per medium exarata.

PEDUNCULI oppositi, tetragoni, bipollicares, glabri, punctis elevatis vagis: Pedicelli oppositi, tetragoni, remoti, vix unguiculares. Flores plerumque quatuor ex apice singuli pedicelli, breve pedicellati.

CALYX turbinatus e tuberculis elevatis griseis adspersis rugosus: laciniis 4or rotundatis.

*androsæmoides*. MYRTUS racemis axillaribus terminalibusque subcompositis: pedicellis trifloris, foliis ovato-oblongis sessilibus.

*Myrtus androsæmoides* pedunculis trifido-multifloris, foliis subovatis sessilibus. LIN. S. V. pag. 462.

Tota glabra. Rami superne obscure tetragoni.

FOLIA opposita, maxima hujus generis, palmaria & ultra, venosa, parum apice attenuata, obtusa, utrinque impunctata.

RACEMI terminales gemini, interdum quatuor: axillares oppositi, solitarii: omnes brachiati, tripollicares. Pedunculi tetragoni; parciales oppositi, patentissimi, remoti; inferiores trifidi, pedicellis trifloris.

Bractea subulata, brevissima ad basin singuli pedunculi & pedicelli, nulla ad basin calycis.

CALYX obovatus, magnitudine seminis piperis, quadridentatus.

MYR-

MYRTUS pedunculis trichotomis terminalibus; foliis subrotundo-ellipticis convexis coriaceis aveniis punctatis utrinque nitidis. Sw. Prodr. pag. 79. *coriacea.*

*Myrtus cotinifolia.* PLUM. Ic. t. 208. fig. 2.

Communicata a Dn. FORSEITH.

Tota glabra.

FOLIA petiolata, pollicaria, subrotunda, emarginata, a margine reflexo convexa, supra nitidissima, avenia, transversim oblique obscure nervoso-lineata, subtus minus nitida: juniora utrinque venosa, subtus punctis elevatis minutis adspersa, quæ in adultioribus evanescunt, adultiora supra punctis obscuris impressa.

PEDUNCULI purpurascens, folio duplo longiores, subracemosi, gemini. *Pedicelli* oppositi, plerumque quatuor, remotissimi, triflori.

Flores pedicellati: *pedicellis* subunguicularibus.

CALYX purpurascens: *laciniis* subrotundis.

*Petala* oblonga, parva.

FRUCTUS globosus, magnitudine piperis.

MYRTUS pedunculis axillaribus trichotomis simplicibusque, foliis ovatis convexiusculis subcoriaceis punctatis glabris, caule arboreo. Sw. Prodr. pag. 79. *fragrans.*

RAMI subdichotomi, glabri, uti reliqua, apice purpurascens.

FOLIA subpetiolata, ad apicem ramulorum, sesquipollicaria, obtusiuscula, venis simplicibus numerosis utrinque marginem haud attingentibus punctisque numerosis elevatis minutis adspersa.

PEDUNCULI ex apice, bini, triflori, longitudine foliorum, compressi: *pedicelli* triflori: *floribus* sessilibus.

## P O T E N T I L L A.

POTENTILLA foliis ternatis cuneiformibus apice trifidis. Hort. Kew 2. pag. 28-29. *tridentata.*  
216. Tab. 9.

*Potentilla retusa:* foliis ternatis, hirtis, apice retuso, tridentato. Fl. Danica Tab. 799.

E Grönlania missa.

CAULIS herbaceus, ascendens, simplicissimus, spithameus, villis rarioribus adspersus.

FOLIA petiolata, inferne congesta, unum vel alterum in caule. *Foliola* ternata, unguicularia, glabra, avenia, basi acuta, apice obtuse tridentata, subæqualia, lateralia angustiora. Folia floralia tripartita, sessilia, lanceolata, ad basin & in medio pedunculorum.

*Petiolus* linearis, canaliculatus, longitudine foliolorum.

*Stipulae* lanceolatae.

PEDUNCULI ad apicem bifidi, pedunculus dichotomiae aphyllus, uniflorus.

CALYCIS *foliola* lanceolata, pilosa.

*Germine* pilosa.

## RITTERA. SCHREB. Gen. pag. 364.

*simplex.* RITTERA foliis simplicibus, petalo subrotundo obovato calyce major, polyandra.

*Possiva simplex: foliis simplicibus oblongis.* Sw. Prodr. pag. 82.

Habitat in Caribæis. FORSEITH.

RAMI teretes, glabri, fusci, punctis elevatis sparsis albis, apice angulati.

FOLIA petiolata, ovata, alterna, tripollicaria, glaberrima, venosa, integerrima, obtusa, emarginata.

Petiolus brevissimus, leviter marginatus, apice bidentatus, subtus convexus.

Stipula utrinque sericea, rigida, erecta, decidua.

PEDUNCULI axillares terminalesque, solitarii, rarius gemini, folio multo breviores.

Flores racemosi, 4 vel 5 in singulo pedunculo; ante explicationem globosi, magnitudine pisi.

CALYX glaber, coriaceus, crassius, in quatuor lacinias oblongas æquales rumpens.

Petalum unicum, magnum, subrotundum, unguiculatum, venosum, calyce duplo longius.

STAMINA filamenta numerosa, longitudine corollæ.

GERMEN pedicellatum, lanceolatum, utrinque acutum, compressum, pedicello suo duplo longius.

*dodecandra.* RITTERA foliis simplicibus, floribus dodecandris, petalo oblongo longitudine calycis. Tab. XXXIV.

Habitat in America meridionali. DN. von ROHR.

RAMI teretes, superne pubescentes.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria, ovata, basi rotundata, acuminata acumine obtuso, emarginata, membranacea, glaberrima, venosa, integerrima. Petiolus brevissimus, parum infra basin folii dente utrinque minutissimo. Stipula utrinque unica, sericea, erecta, longitudine petioli.

RACEMI axillares, folio breviores. Pedunculi filiformes: pedicelli remoti, pollicares, parum incrassati. Bractæ binæ ad basin pedicellorum, sericeæ.

CALYX quadripartitus: laciniis oblongis, glabris, vix semiunguicularibus.

Petalum parvum, oblongum, longitudine calycis.

Filamenta 14-19, flava, filiformia, calyce duplo longiora.

Antheræ globosæ.

Germen longitudine filamentorum, utrinque attenuatum.

Differt ab altera, quod tenerior & minor omnibus paribus, foliis basi rotundatis, locodentium petiolorum tuberculis duobus minutis, numero flaminum, figura & magnitudine petali ceterum maxime affinis.

## TERNSTRÖMIA.

*1. meridionalis.* TERNSTRÖMIA foliis obovatis emarginatis integerrimis, pedunculis axillaribus.

*Ternströmia meridionalis.* LIN. Suppl. pag. 264.

Parum ab insequente differt, foliis brevioribus, basi acutis, apice rotundatis emarginatis, pedunculis foliis fere longioribus.

TERN-

TERNSTRÖMIA foliis ellipticis acutis integerrimis, pedunculis lateralibus. Sw. *elliptica*.

Prodr. pag. 81.

Habitat in India occidentali. Dn. FORSEITH.

RAMI cortice rugoso, glabro.

FOLIA superne in ramis, sparsa, petiolata, alterna, bipollicaria & ultra, glaberrima, coriacea, margine parum reflexa, utrinque punctis numerosis minutis elevatis adspersa, basi angustiora, supra subavenia, nitida.

PETIOLUS unguicularis, supra planus, subtus convexus.

PEDUNCULI versus apicem, parum supra folia, sparsi, pollicares, uniflori, purpureascentes.

CALYCIS *foliola* obtusa, coriacea.

## EROTEUM.

EROTEUM. Sw. Prodr. pag. 85.

*undulatum.*

Habitat in Jamaica. Dn. FORSEITH, qui inter plurimas rariores Americae plantas hanc mecum amicissime communicavit.

RAMI superne flexuosi, piloso-tomentosi, praesertim versus apicem.

FOLIA petiolata, alterna, bi- & tripollicaria, coriacea, lato-lanceolata, utrinque acuta, glabra, subtus pallidiora, margine crassiora: juniora subtus nervo longitudinali pilosa.

PETIOLI vix semiunguiculares.

PEDUNCULI axillares, quatuor vel quinque, interdum solitarii, uniflori, longitudine petiolorum.

CALYCIS *foliola* ovata, tenuissime ciliata, obtusa.

Variet ramis glabris.

## ALANGIUM. Juss. Gen. pl. pag. 323.

*Character essentialis.*

CALYX monophyllus superus. COROLLA 6-10 petala. BACCA corticosa.

*Character naturalis.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, superum, sex vel decem-dentatum.

COROL. sex vel decapetala: *petalis* linearibus, revolutis; basi hirsutis. *Nectarium* urceolatum, germen coronans.

STAM. *Filamenta* 23, capillaria, corolla dimidio breviora, basi hirsuta. *Antherae* erectae, lineares, longitudine filamentorum.

PISTIL. *Germen* inferum, turbinatum. *Stylus* unicus, filiformis, longitudine corollae. *Stigma* capitatum.

PERIC. *Bacca* corticosa, globosa, 2-3 sperma.

SEMINA oblonga, compressa.

Prope Lechytia collocandum.

ALANGIUM floribus decapetalis, ramis spinoscentibus.

*decapetalum.*

*Angolan.* RHEED. Mal. 4. pag. 39. tab. 17.

*Grewia salicifolia* foliis oblongis integerrimis, floribus axillaribus pluribus pedicellatis, petalis recurvis linearibus. LIN. Suppl. pag. 409. S. V. pag. 827.

Part II.

Q

Alan-



*Alangium decapetalum spinosum, foliis alternis, oblongis, baccis glabris subspermis.* LA MARK ENC. Angolan n. 1.

RAMI teretes, glabri, sparsi, superne vix villosi, apice in spinam desinentes.

FOLIA petiolata, tripollicaria, lato-lanceolata, membranacea, venosa, subtus pallidiora, subtrinervia, secundum nervos rare pilosa, utrinque acuta, integerrima.

PEDUNCULI axillares, plerumque terni, semiungulares, tomentosi, superne sub germine annulati, articulati.

CALYCES & PETALA exius tomentosa.

BACCA magnitudine nucis coryli, lineis aliquot elevatis, farinoso-subvillosa.

2. *hexapetalum.* ALANGIUM floribus hexapetalis, ramis inermibus.

*Kara Angolan.* RHEED. Mal. 4. pag. 55. t. 26.

*Alangium hexapetalum inermis, foliis ovato-lanceolatis alternis, baccis tomentosis monospermis.* LA MARK ENC. no. 2.

Differt a precedente foliis latioribus, in acumine longiori productis & notis in differentia allatis, coeterum fatis similes.

## CISTUS.

24-25. *lanceolatus.* CISTUS suffruticosus: stipulatus, foliis lanceolatis trinerviis pilosis.

Legi in Ericetis circa Bizertam Barbaria.

CAULIS suffruticosus, basi ramosus. Rami simplicissimi, palmares vel spithamei, adscendentes, foliosi, inferne glabri, superne tomentosi, incani, uti etiam basi.

FOLIA sessilia, bipollicaria, superne versus sensim minora, opposita; omnia lanceolata, utrinque angustata, acutiuscula, pilosa, rarius glaberrima: folia ultima alterna.

*Stipulae* tantum ad folia ultima.

RACEMUS terminalis, ebracteatus. *Pedicelli* filiformes, nutantes, remoti.

CALYCS *foliola* ovata, tomentosa: *exteriora* duo minora, versus basin interiorum, ovata, pilosa, triplo minora.

Cistus tuberaria differt foliis oblongis subtus tomentosis rugosis mucronatis, caule subaphyllo superne glabro, fructu duplo majore.

A Cisto guttato noster diversus est caule inferne perennante, foliolis calycinis exterioribus ovatis nec sericeis.

*arabicus.* CISTUS suffruticosus: stipulatus, procumbens, foliis linearibus pedunculorum alternis, ramulorum confertis. Tab. XXXV.

*Helianthemum creticum linariae folio flore croceo.* TOURNEF. Corol. pag. 18.

*Cistus arabicus: suffruticosus stipulatus, foliis alternis lanceolatis planis levibus.* LIN. S. V. pag. 500.

RAMI aphylli, procumbentes, demum adscendentes, saepe pedales, teretes, glabri, tenues. Ramuli a basi usque copiosi, pollicares, alterni, distantes, patentissimi; inferiores steriles; supremi floriferi, simplicissimi, elongati, cinereo-pubescentes.

FOLIA in ramulis sterilibus conferta, bilinearia, declinata, linearia, rigidiuscula, avenia, obtusiuscula, ultima tomento subcinerea. *Stipulae* minuae ovate.

*Folia*

*Folia ramorum* floriferorum latiora & longiora, pubescentia. *Stipulae* lanceolatae.

RACEMUS terminalis, 3. f. 4. florus, ebracteatus. *Pedicelli* distantes, piloso-subviscosi versus apicem, sub flore parum crassiores.

CALYX pilosus, subviscosus: *foliola interiora* trinervia, interstitiis membranaceis; *exteriora* lanceolata.

## CORCHORUS.

CORCHORUS capsulis trilocularibus trivalvibus triquetris: angulis bifidis scabris, *trilocularis*.  
foliis oblongis: ferraturis infimis seraceis. LIN. S. V. pag. 101.  
*Corchorus aestuans*. FORSK. Descr. pag. 101.

## UNONA.

UNONA foliis lanceolaris subtus sericeis.

*dissecta*.

*Unona discrata*. LIN. S. V. pag. 509.

*Rami* pubescentes.

FOLIA sesquipollicaria, valde attenuata, angusta, falcina, vix petiolata.

UNONA foliis ovato-oblongis utrinque glabris. Tab. XXXVI.

*2. discolor*.

Habitat in India Orientali. KÖNIG.

ARBOR ramis teretibus, purpurascens, glabris, apice vix villosis.

FOLIA petiolata, alterna, tripollicaria, pollices binos lata, basi rotundata, apice parum acuminata, obtusiuscula, integerrima, membranacea, utrinque glabra, nervosa, subtus subvenosa glauca: tenella subtus villosa-sericea.

Petiolus vix semiunguicularis, villosus.

PEDUNCULI laterales, infrafoliacei, sesquipollicares, superne parum crassiores, medio foliolo lanceolato obtuso, uniflori, solitarii.

CALYX triphyllus: *foliolis* ovatis, acutis, villosis, semiunguicularibus.

COROLLA hexapetala: *petalis* coriaceis, tomentosis, lanceolatis, pollicaribus, tribus interioribus angustioribus.

FRUCTUS pedicellati, umbellati, bi- f. triarticulati: *articulis* globosis, pisi parum minoribus, terminalibus mucronatis glabris.

Receptaculum globosum, magnitudine pisi, subvillosum.

An uvaria tripetala? DR. LA MARK, Encycl. Uvaria Zeylanica, AGEL. Fl. Gu. tab. 243.  
diversa planta ab Uvaria Zeylanica LIN. & forte Unonae generis species, uti Cananga  
Ejusd. Tab. 244. Uvariae species est.

## RANUNCULUS.

RANUNCULUS foliis supradecompositis linearibus, calycibus pilosis, caule ramoso 35-36. *mille-*  
sericeo villosa. Tab. XXXVII. *foliatus*.

In Cultis circa promontorium Carthaginis Tunceri 2.

RADIX bulbis oblongis fasciculatis.

CAULIS erectus, semipedalis, teres, pilis albis densis sericeis praesertim superne tectus, ramo uno alterove, structura caulis.

FOLIA plurtina radicalia, dodrantalia, caulina 2 vel tria versus medium sub ramis, omnia supradecomposita, tripinnata: *pinnis* 3-vel-5 fidis, laciniis linearibus, angustis, acutis, brevibus.

*Pedunculus* ex apice ramorum vel caulis terminalis, solitarius, uniflorus, aphyllus, palmatis.

CALYCIS *foliola* lanceolata, pilosa, colorata, patentia.

*Petala* flava, magnitudine fere Ranunculi illyrici, calyce dimidio longiora.

## STACHYS.

2-3. *circinata*. STACHYS verticillis spicatis sexfloris, bracteis cordatis, foliis cordatis petiolatis obtusis crenato-dentatis.

*Stachys circinata verticillis sexfloris, foliis cordato-rotundatis crenatis.* L'HERET.

Supp. n. pag. 51. tab. 26. Hort. Kew. 2. pag. 300.

Legi in summitate montium plumbeorum dictorum Tuneti.

RADIX perennis.

CAULES plures, adscendentes, vix pedales, simplices, pilosissimi.

FOLIA petiolata, sesquipollicaria, remota, obtusa, venosa, utrinque pilosa, grosse obtuse dentata: *Floralia* sessilia.

*Petioles* hirsuti, inferiores folio duplo longiores.

VERTICILLI subspicati, approximati. *Spica* bipollicaris, hirsuta. *Bractea* cordata, longitudine verticillorum: inferiores serratae: superiores integerrimae, omnes spinula molli terminatae.

CALYCIS laciniae in spinulam albam mollem desinentes.

COROLLA purpurea. *Galea* pubescens.

*orientalis*. STACHYS foliis tomentosis ovato-lanceolatis: floralibus verticillo brevioribus.

LIN. S. V. pag. 536.

*Stachys cretica.* FORSK. FL. Const. pag. 28. n. 264.

CAULIS pilosissimus.

FOLIA rugosa, crenata, densissime pilosa, mollia, viridi canescentia: superiora sessilia.

*Verticilli* remoti, multiflori: *Bractea* superiores ovatae, integerrimae.

CALYCES hirsutissimi, cinerascens, pungentes.

COROLLA flava. *Galea* extus hirsutissima.

15-16. *arenaria*. STACHYS verticillis subspicatis hirsutis sexfloris, calycibus spinosis, foliis oblongis serratis obtusis, galea bifida.

Habitat in arenosis inter Cap. Blanco & Zebibo ad urbem RAFS Tuneti.

RADIX perennis.

CAULES pedales, rigidi, adscendentes, pilosi, ramosi.

FOLIA inferiora petiolata, pollicaria, oblonga, grosse serrata: superiora sessilia, basi angustata, extrorsum dilatata, omnia pilosa, obtusa, subrugosa.

VERTICILLI subspicati, inferiores remotiores. *Folia* floralia sub infimo verticillo structura foliorum caulis, reliqua cordato-ovata, acuminata, apice spinosa, pungentia, longitudine calycum, integerrima.

CALY-

**CALYCES** hirsutissimi: *laciniis* lanceolatis, patentibus, rigidis, spinosis, pungentibus.

**COROLLA** purpurea. *Tubus* longitudine calycis, pilosus. *Labium* superius erectum, subbidum; inferius trilobum, extus pilosum.

Similis *Stachyi rectæ*, quæ differt foliis extrorsum acutis non dilatis, calycis aristis mollibus, verticillis decemfloris, corollis flavis.

## MARRUBIUM.

**MARRUBIUM** foliis cuneiformibus quinquedentatis plicatis, verticillis involucri *alysson.* destitutis. LIN. S. V. pag. 537.

*Marrubium plicatum: foliis semiorbiculatis, tomentosis rugosis, plicato-lobatis.*

FORSK. pag. 213.

A LINNÆI *M. alysson*. *Mar.* plicatum FORSK. *Alci* vix differt, convenit enim caule rigido, foliis plicatis basi in petiolum attenuatis, inæqualiter obtuse dentatis, involucri nullis, calycibus rigidis pungentibus, differt verticillis 10-floris, ut sæpe in *alyss*, demum quod tota planta albo-lanata, tomentosa, foliis minus ~~obtusis~~ rotundioribus.

**MARRUBIUM** calycum limbis planis villosis, foliis cordatis concavis, caule fruticoso. LIN. S. V. pag. 538. *pseudo-dictamnus.*

*Moluccella fruticosa.* FORSK. Fl. constant. pag. 28.

## THYMUS.

**THYMUS** floribus capitatis, caulibus procumbentibus, foliis linearibus obtusis *1.2. levigatus.* sessilibus basi angustatis.

*Thymus serpyllum.* FORSK. Descr. pag. 107.

CAULES fruticulosi, filiformes, procumbentes, inferne glabri, apice villosi, cinerei, ramosi: *rami* articulati, annulati post casum foliorum.

FOLIA sessilia, linearia, semiunguicularia, obtusissima, inferne versus angustata, glaberrima, nervia, utrinque punctata: punctis excavatis; basi ciliata.

CAPITULUM terminale, sessile, hemisphæricum, cinctum foliis plurimis structura caulinarum at majora.

CALYCES lineis elevatis pilosis, dentibus ciliatis, subulatis.

COROLLA pilosiuscula.

STAMINA corollæ longiora.

**THYMUS** pedunculis multifloris lateralibus, foliis ovatis obtusis glabris nervosis *Piperella.* integerrimis. LIN. S. V. pag. 542.

*Thymus imbricatus; caulibus decumbentibus, imbricatis; foliis ovatis acutis; floribus axillaribus, solitariis sessilibus.* FORSK. Descr. pag. 108.

FORSK. *Alci* planta non differt a *Piperella* LIN. nisi quod omnibus partibus minor est. Numerosa hujus plantæ individua vidi, in aliis locis vix digitalia decumbentia, foliis confertis, floribus paucioribus in axillis, plerumque vero semipedalia pedunculis multifloris. Folia marginē parum incrassata esse & carina ciliata semper observavi.

✱

## SCUTELLARIA.

- purpurea-  
fœns.* SCUTELLARIA foliis petiolatis cordato-ovatis dentatis, racemis nudis terminatus, corollis labio utroque bifido. Sw. Prodr. pag. 89.  
Habitat in Caribæis. MARFFELT.  
CAULES herbacei, prostrati, spithamei, simplices, obscure tetragonî, glabri.  
FOLIA petiolata, pollicaria, utrinque glabra, subtus pallidiora, subavenia, remote obtuse dentata.  
RACEMUS terminalis, flexuosus, fesquipollicaris.  
*Pedunculus* communis pubescens. *Flores* distantes, alterni.  
*Bractea* minuta in pedicello, nullæ in pedunculo communi.  
CALYX oblique truncatus, integerrimus.  
COROLLA pubescens, calyce duplo longior.

## ANTIRRHINUM.

- 2-3. denta-  
tum.* ANTIRRHINUM foliis oblongis: inferioribus basi dentato-angularis, floralibus integerrimis, caulibus prostratis pilosissimis. \*Tab. XXXVIII.  
In Collibus aridis Tuneti.  
CAULES prostrati, pedales, interdum fesquipodales, pilosissimi, cani, basi ramosi.  
FOLIA petiolata, alterna, copiosa, subvillôsa, pallide viridia, semipollicaria, obtusa, mucronata: inferiora basi inæqualiter acute dentata, interdum dentato-subangulata: superiora integerrima.  
*Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori a medio caulis usque ad apicem.  
CALYCIS *foliola* duo superiora ovato-lanceolata, inferiora 3 oblonga; omnia mucronata, membranacea, linea dorsali viridia, villosa.  
COROLLA magna, Anth. Linariæ duplo latior, pubescens, flava, intus infra faucem venis purpureis picta. *Calcar* corolla duplo brevius, recurvum.  
*macrocarpon.* ANTIRRHINUM foliis oppositis ovatis serratis petiolatis, pedunculis axillaribus unifloris, capsulis compressis carinatis truncatis. \*Hort. Kew. 2. pag. 335.  
Habitat in C. b. spei. Dn. SCHUMAKER.  
CAULIS herbaceus, tetragonus, glaber, uti rota planta.  
FOLIA opposita, pollicaria, obtuse serrata, basi integerrima, quinquenervia.  
*Petiolus* brevissimus.  
*Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, folio breviores.  
CALYCIS *laciniæ* lanceolatæ, acutæ, subæquales.  
COROLLÆ *calcar* vix bilineare, corolla dimidio brevius, rectum, obtusum.  
CAPSULÆ oblongæ, calyce longiores: *valvulis* extrorsum mucronatis.  
*15-16. ha-  
java.* ANTIRRHINUM foliis linearilanceolatis: inferioribus subquaternis, glabris, floribus capitatis, calycibus pilosis, caulibus subsimplicibus.  
*Antirrhinum halava: foliis linearibus, alternis infimis ternis; floribus racemoso-capitatis; galea bifida, labio tridentato.* Fonsk. Descr. pag. 111.  
CAULES plures, digitales vel palmares, ascendentes, glaberrimi.  
FOLIA sessilia, unguicularia, glabra, crassiuscula, obtusiuscula: inferiora ternarius quaterna: superiora alterna.  
FLORES in capitulum collecti, subsessiles. *Bractæ & calyces* piloso-ciliatæ.  
COROLLÆ *calcar* rectum, corolla longius.

**ANTIRRHINUM** foliis ternatis oppositisque ovalibus glabris, floribus capitatis, 15-16. *thy-*  
caulibus procumbentibus. *myosotum.*

Habitat in arenosis maritimis Bajonæ copiose.

**CAULES** plures, filiformes, palmares, glabri, uti tota planta, procumbentes, subsimplices, e linea decurrente utrinque angulati.

**FOLIA** sessilia, a basi ad apicem usque fere terna, summa opposita, oblonga, crassiuscula, rore glauco adpersa: inferiora rotundiora, parva, obtusiuscula, basi acutiora.

**FLORES** terminales, pauci, pedicellati in capitulo. *Bractææ* binæ, oblongæ ad basin pedicellorum.

**CALYCIS** *foliola* oblonga, glabra uti *bractææ*.

**COROLLA** lutea. *Calcar* parum recurvum.

Affinis A. supino.

**ANTIRRHINUM** foliis oblongis glabris: infimis ternis, superioribus alternis, pe- *reflexum.*  
dunculis axillaribus, caule adscendente.

*Antirrhinum reflexum: foliis ovatis alternis glabris, pedunculis axillaribus: fructiferis elongatis recurvatis, caule procumbente.* LIN. S. V. pag. 557.

Copiosissime in cultis Tuneti, ubi floret fine mensis Februarii.

**CAULES** plures, adscendentes, sæpe pedales, glaberrimi, uti tota planta.

**FOLIA** infima terna, reliqua alterna, subpetiolata, oblonga, basi angustiora, unguicularia.

**PEDUNCULI** versus apicem, axillares, uniflori, foliis longiores, erecti, perfecta florescentia reflexi.

**CALYCIS** *foliola* duo superiora lanceolata, reliquis angustiora, sed vix longiora.

**COROLLÆ** *calcar* longitudine pedunculi. *Labium* superius bifidum: *laciniis* erectis, linearibus, obtusis, complicatis, rubellis uti *calcar*; *inferius* trifidum: *laciniis* rotundatis, pallidioribus.

*Palatum* croceum, colore croceo ad initium tubi extenso, linea duplici villosum.

Simbulæ Forsk. Descript. pag. 115.

Potius species Antirrhini ulmarie divisionis LINNÆI Corollis hiantibus & a bellidifolio LIN. parum diversa; caulis enim, uti & folia, inflorescentia & partes fructificationis adeo similes sunt Anrh. bellidifolii, ut si folia illis adessent radicalia, quæ in speciminibus Herbarii Forsk. desiderantur, nullum dubium superesset, quin ejusdem forte esset speciei. Fructum se non vidisse asserit Forsk. l. c. attamen specimina inveni, tam flore, quam fructu instructa, quæ forte b. Forsk. invenit postea, nec de his forsitan ob morbum vel alia quacunque causa quidquam annotavit. Species obscura igitur erit, donec deregitur, num folia radicalia ejusmodi sunt ac in bellidifolio vel diversa, de affinitate vero plantæ nullum dubium mihi superest.

## SCROPHULARIA.

**SCROPHULARIA** glabra, foliis cordatis obtusè dentato-incisis, racemo terminali 4-5. *levis-*  
composito aphylo. *gata.*

Habitat in montibus ad ZOWAN Tuneti.

**CAULIS** herbaceus, erectus, simplicissimus, cubitalis, e lineis quatuor decurrentibus tetragonus.

FOLIA petiolata, bipollicaria, glaberrima, nitida, venosa, incisa, duplicato-dentata: dentibus obtusis.

PETIOLUS folio brevior.

RACEMUS terminalis, erectus, strictus, spithameus. *Pedunculi* alterni, distantes, bis vel ter dichotomi: *pedicellis* divaricatis, unifloris, foliariis in dichotomia.

*Bractee* ad basin pedunculorum & pedicellorum, lineares, breves.

CALYCIS *lacinae* rotundatae, margine albo membranaceae, corolla duplo breviores.

COROLLAE magnitudine S. nodosae: *labium* superius purpurascens, inferius viride luteum.

CAPSULA calyce longior.

12-13. *melli-fera.* SCROPHULARIA foliis glabris: inferioribus interrupte pinnatis, superioribus ternatis: foliolis oblongis, floribus axillaribus.

*Scrophularia mellifera*: foliis pinnatis subinterruptis: foliolis subquinis oblongis, floribus axillaribus, corollae fundo mellifero. HORT. KEW. 2. pag. 343.

L'HERET. Stirp. Nov. Tom. 2. tab. 31.

Legi in arenosis circa portum Farinam Tuneti.

CAULIS herbaceus, erectus, bipedalis, s. tripedalis simplex, tetragonus, lineis 4or decurrentibus, glaber, uti tota planta.

FOLIA petiolata, opposita, palmaria: inferiora pinnata: superiora ternato-pinnata: foliolis petiolatis alternis, distantibus, subquinis, inferioribus minoribus, terminali tripartito; omnia sessilia, oblonga vel lanceolata, inaequaliter dentato-incisa: dentibus obtusis.

PEDUNCULI axillares oppositi, tetragoni, unguiculares, triflori. *Flores* pedicellati. *Bractee* 3 vel 4, lineari-lanceolatae, longitudine pedicellorum.

CALYCIS *lacinae* subrotundae, margine membranaceae.

COROLLA magnitudine fere S. sambucifoliae, viridi-purpurascens.

CAPSULA ovata, piso major.

## BIGNONIA.

BIGNONIA foliis simplicibus ellipticis coriaceis, racemo terminali.

*des.* *Bignonia cassinoides* foliis simplicibus ovatis integerrimis coriaceis, racemis terminalibus brevissimis paucifloris. LA MARK Encycl.

Habitat ad Rio de Janeiro. DN. THOUIN.

Facies echitidis.

RAMI cortice cinereo, superne alternatim compressi, sub foliis dilatati.

FOLIA petiolata, opposita, bipollicaria, glaberrima, nitida, multinervia, avenia, margine parum reflexa, acumine parvo terminata, integerrima.

PETIOLUS brevissimus.

RACEMUS terminalis, erectus, pollicaris, 5. vel 6 florus.

CALYX bifidus: *laciniis* oblongis, glabris.

COROLLA magna, bipollicaris, glabra.

13-14. *bi-juga.* BIGNONIA foliis abrupte pinnatis bijugis: foliolis ellipticis integerrimis.

Habitat in Madagascar.

RAMI superne alternatim compressi, cortice cinereo, glabri.

FOLIA petiolata, palmaria vel parum ultra, cum pari pinnata rarissime conjuncta: *foliola* petiolata, sesquipollicaria, interiora minora, parum acuminata, obtrusa, venosa, subcoriacea, utriusque glabra, nitida.

*Petiolus* communis canaliculatus: partialis semiunguicularis, e folii basi decurrente marginatus.

RACEMUS terminalis. *Pedunculus* articulatus, compressus, superne latior: *pedicelli* filiformes, semiunguiculares.

CALYX campanulatus, margine subintegro, tubo corollae latior.

COROLLA unguicularis.

## STEMODIA.

STEMODIA foliis lanceolatis sessilibus.

*maritima.*

*Stemodia maritima.* LIN. S. V. pag. 573.

STEMODIA foliis oblongis petiolatis, floribus axillaribus oppositis.

*ruderalis.*

*Stemodia ruderalis, foliis ovatis serratis petiolatis.* RETZ. Obs. fasc. 5. pag. 25.

*Stemodia ruderalis.* GARTN. de fruct. pag. 243. tab. 52.

Habitat in India Orientali. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, erectus, spithameus, obscure tetragonus, pubescens, inferne ramosus: *rami* simplicissimi, patentissimi, caule breviores.

FOLIA opposita, petiolata, pollicaria vel minora, obtuse serrata, dentata, venosa, nuda, obtrusa, basi acuta, integerrima.

*Petiolus* filiformis, folio brevior.

PEDUNCULI axillares, solitarii, uniflori, lineares, pubescentes.

CALYX pubescens.

STEMODIA foliis ovatis petiolatis, floribus racemosis.

*camphorata.*

*Gbonakola.* HERM. Mus. Zeyl. pag. 1.

Habitat in Zeylona. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, erectus, pedalis, simplex, pubescens, inferne retriusculus, superne tetragonus.

FOLIA opposita, sesquipollicaria, acuta, argute inaequaliter serrata, basi attenuata, supra vix pilosa.

RACEMUS terminalis, erectus, spithameus. *Flores* oppositi (in alio specimine inferne alterni) superne conferti, breviter pedicellati.

*Bractæ* lanceolatae, inferiores serratae, superiores integerrimae, calyce longiores, pubescentes, uti reliqua.

CALYCIS *laciniae* lanceolatae.

COROLLÆ citrino-subvirescentes ex ficcatione nigrae, ut calyces. KÖNIG.

Varietas datur foliis angustioribus, basi integerrimis, utrinque attenuatis, specie non diversa teste Cel. KÖNIG.

*Dodartia orientalis* LINNÆI forte eadem planta.



# OROBANCHE.

## major 3. OROBANCHE.

*Orobanche flore specioso, fimbriato ruberrimo.* SHAW. It. pag. 44. n. 452.

*Orobanche foetida: caule simplicissimo pubescente, antheris exsertis mucronato-spinosis.* POIR. It. pars 2. pag. 211.

Legi in agris Tuncti inprimis fabaceis.

RADIX bulbosa.

CAULES sæpe plures ex eadem radice; pedales, interdum altiores, crassitie digiti minimi, subangulati, pubescentes, obscure purpurascens, uti tota planta, adspersi squamis lineari-lanceolatis, attenuatis, sparsis, pollicaribus, extus pubescentibus, intus glabris.

SPICA cylindrica, dodrantalis, fasciculo bractearum terminalium comosa. Flores copiosi, alterni, inferiores remotiores, superiores conferti, imbricati.

Bractea solitaria ad basin calycis, lanceolata, attenuata, pubescens, flore longior.

CALYCES sub latere inferiore corollæ, infimi diphylli: superiores monophylli, bilabiati: laciniis bifidis subulatis, extus pubescentibus, ciliatis, corolla brevioribus.

COROLLA magnitudine Orobanches majoris, glabra. Tubus curvatus, supra convexus, subtus planus. Labium superius emarginatum, denticulatum: inferius trilobum, superiore latius; lobis rotundatis, denticulatis, intermedio majore. Palatum gibbositatibus binis, magnis.

Stamina sub labio superiore, eoque breviora, basi dilatata, glandula aucta. Antheræ bifidæ: Lobi singuli basi denticulo minimo.

Germen oblongum. Stylus pubescens, longitudine filamentorum. Stigma magnum bilobum: lobis rotundatis, patentibus, supra convexis, subtus planiusculis.

Quamvis magnitudine & colore diversa videretur ab Orobanche majore, specie tamen distinguere nolui, cum notas nullas invenio, quibus ab Orob. majore satis dignosci potest. Inodoram non raro inveni, uti etiam sæpe accidit in Orob. majore. Stamina inclusa comperunt etiam Orob. majori teste HALLERO, nec magis arista Antherarum, uti nota essentialis, adhiberi potest, cum non modo tales adsunt in Antheris Orob. majoris, sed & in plurimis aliis. Idzque licet varietas tantum, tamen satis notatu digna, descriptionem ex numerolis speciminibus in solo natali concinnatam tradere non abs re fore censui.

## 5. 6. tinctoria. OROBANCHE caule simplicissimo imbricato, calycibus quinquefidis obtusis, corollis quinquefidis: lobis integerrimis.

*Orobanche tinctoria.* FORSK. Descr. pag. 112.

Habitat in Arabia & Barbaria.

CAULIS spithameus vel ultra, crassitie digiti minoris, glaber, rectus squamis sparsis, ovato-lanceolatis, glabris, unguicularibus, supremis latioribus, interdum acuminatis.

SPICA tripollicaris, crassa. Flores alterni, contigui, imbricati.

Bractea unguicularis, longitudine calycis, structura squamarum caulis, sub singulo flore: dux lineares, breviores ad basin calycis.

CALYX quinquefidus: laciniis oblongis, glabris, obtusis, corolla triplo brevioribus.

COROLLA magna, sesquipollicaris: tubo versus limbum ampliato, curvato. Limbus quinquefidus: lobis rotundatis integerrimis.

*Filamenta* corolla breviora, basi hirsuta. *Antherae* oblongae, villosae, basi mucrone terminatae.

*Germen* oblongum. *Stylus* longitudine filamentorum. *Stigma* magnum.

Varia corollis caeruleis & flavescentibus bracteisque angustioribus calyce parum longioribus.

OROBANCHE caule ramoso, corollis quinquefidis. LIN. S. V. pag. 574.

*ramosa.*

*Lathraea phelypea*; calyce superiore monophyllo, 4 dentato supra bracteam & calycem diphyllum; floribus caeruleis. FORSK. Descr. pag. 111.

## ACHIMENES.

*Character essentialis.*

CAPSULA bilocularis. COROLLA subaequalis; limbo plano, quadrifido. ANTHERAE connexae.

*Character naturalis.*

CAUL. Perianthium monophyllum, quinquepartitum: laciniis ovatis, acutis, aequalibus, persistentibus.

COROLLA monopetala, campanulata, quadrifida: TUBUS calyce longior: laciniis subrotundis: inferiori parum longior.

STAM. filamenta quatuor didynama, tubo corollae inserta, eoque breviora, incurva. *Antherae* bipartitae, per paria connexae.

PIST. germen ovatum. Stylus filiformis, longitudine staminum. Stigma bilamellatum: laciniis lanceolatis, acutis.

PER. Capsula globosa, acuta, bilocularis, bivalvis.

SEMINA numerosa, receptaculo plano affixa.

A Sesamo differt capsula biloculari & a Columnea corolla subregulari nec ringente.

Nomen Achimenes uti supervacaneum retinui.

## ACHIMENES.

*sesamoides.*

*Babel, Tsjulli.* RHEED. Mal. 9. pag. 169. tab. 87.

*Sesamum javanicum*: foliis lanceolatis dentatis sessilibus. BURM. Fl. Ind. p. 133.

*Columnea longifolia*: foliis lanceolatis longissimis subserratis glabris. LIN. Mant. pag. 90.

Habitat in India Orientali.

CAULIS herbaceus, erectus, bipedalis, tetragonus, crassitie pennae aquilinæ, glaber. Rami axillares, simplicissimi, oppositi.

FOLIA tripollicaria, subsessilia, lanceolata, serrata, supra retrorsum scabra, subtus laevia, pallidiora.

FLORES in racemo, exceptis infimis axillaribus oppositi, solitarii, patentes. *Foliola floralia* lanceolata, integerrima.

## MIMULUS.

*alatus.* MIMULUS erectus, foliis ovatis petiolatis, caule tetragono. Hort. Kew. 2. pag. 361.

Habitat in America septentrionali.

Facies M. ringentis.

CAULIS e membranis quatuor e basi petiolorum decurrentibus alatus, simplex, uti tota planta, glaber, superne ramulo uno alterove.

FOLIA petiolata, bipollicaria, ovato-lanceolata, venosa, inæqualiter ferrata.

PEDUNCULI axillares, solitarii, oppositi, unguiculares, tetragoni, superne incrassati.

CALYX longitudine pedunculi: laciniis rotundatis, mucronatis.

COROLLA calyce parum longior.

## RUELLIA.

2-3. *macro-* RUELLIA foliis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis, pedunculis axillaribus  
*phylla.* elongatis bifloris. Tab. XXXIX.

Habitat ad St. Martham Americæ. DN. von ROHR.

CAULIS herbaceus? tetragonus, pubescens.

FOLIA petiolata, subspathamæa, basi parum per petiolum decurrentia, utrinque pilis minutis rarioribus adpersa, subrus pallidiora.

Petioles pubescentes, sesquipollicares.

PEDUNCULI axillares, oppositi, longitudine foliorum, teretes, pubescentes, bifidi.

Pedicelli gemini, semipollicares, uniflori, basi utrinque bractea lanceolata, ciliata, pedicello longiore: duæ aliæ ad basin singuli calycis ejusque longitudinis.

CALYX quinquefidus, glaber laciniis lanceolatis, subæqualibus.

COROLLA sesquipollicaris, glabra, basi angustata, sursum versus sensim ampliata: laciniis integerrimis, duabus superioribus rotundatis, inferioribus tribus parum brevioribus ovatis.

FILAMENTA longitudine corollæ.

Stylus corolla longior.

3-4. *pallida.* RUELLIA foliis petiolatis ovatis, undulato-crenatis margine scabris, floribus axillaribus solitariis sessilibus.

*Ruellia strepens; flore magne violaceo, foliis obtusis.* FERSK. Descr. pag. 114.

CAULIS obscure tetragonus, sulco in singulo latere exaratus.

FOLIA petiolata, pollicaria, ovato-oblonga, obtusiuscula, pallide viridia, glabra.

PEDUNCULI axillares, brevissimi, oppositi, solitarii, uniflori. Folium lanceolatum utrinque ad basin calycis, ciliatum, calyce longius.

COROLLÆ tubus calyce triplo longior, superne ampliatus, pollicaris.

*guttata.* RUELLIA foliis ovato-lanceolatis margine scabris undulatis, spicis terminalibus imbricatis.

*Ruellia guttata; foliis ovato-lanceolatis; flore albo guttato.* FERSK. Descr. pag. 114.

CAULIS suffruticosus. Rami tetragoni, pilosi, præsertim sub articulis.

FOLIA petiolata, pollicaria, vel ultra, obtusiuscula, basi acuta, supra pilis rarioribus, avenia.

Petiolus vix unguicularis, hirtus.

SPICA pedunculata, erecta, imbricata, sesquipollicaris. Flores alterni.

Bractea 3 ad basin singuli floris, lanceolata, attenuata, subhirta, ciliata, calyce longiores, inaequales; exterior duabus reliquis parum latior & longior, unguicularis.

CALYCIS laciniae subulatae, glabriusculae.

COROLLA glabra.

Aliam in herbario FORSKÄLEI vidi, totam glabram, petiolis parum longioribus, foliis latioribus, in reliquis omnibus coeterum similem.

RUELLIA foliis petiolatis ovatis undulato-crenatis opposito minore, spicis imbricatis secundis. *imbricata.*

*Ruellia imbricata*; floribus in axillis supremis congestis, secundis, sessilibus; bractea obliqua, subrotunda. FORSK. Descr. pag. 113.

Habitat in Arabia felici, India Orientali & Insula Borbonia.

CAULIS suffruticosus, ramosus. Rami debiles, brachiati, tetragoni: angulis acutis, reverso-pilosis.

Folia petiolata, pollicaria, oppositum duplo minus, ovata, acuminata, venosa, pilosiuscula.

Petiolus unguicularis, laxis, pubescens.

SPICA ex apice ramorum & ramulorum, pollicaris vel ultra, pilosa, secunda, imbricata. Folia floralia in dorso spicae, oblonga, acutiuscula, basi altero latere breviora, consistentia foliorum caulis. Bractea anterior cordata, membranacea, valde pilosa, venoso-reticulata. Flores tres vel quatuor sub singula bractea, praeterea bractea minor, ovata, structura exterioris, ad basin calycis.

CALYX quinquepartitus: laciniae pilosae, inaequales; superior ovata, membranacea, reticulata, reliquis longior & quintuplo latior: laterales duae seraeae: duae inferiores lateralibus parum latiores & longiores.

COROLLA bractea exteriori parum longior.

CAPSULA Ruelliae.

RUELLIA foliis ovatis subtus canescentibus, capitulo terminali, calycibus bracteis- aristatis, *aristata.*  
que nervosis aristatis, caule fruticoso.

Habitat in Arabia felici. FORSK.

FRUTICULUS: ramis inferne teretibus, glabris, cortice cinereo, laevi, superne villosis.

FOLIA petiolata, unguicularia, ovata, obtusa, integerrima, crassiuscula, avenia, supra lineata, pilis minutis adpressis raris adspersa, subtus pilosiora, canescentia.

CAPITULUM terminale, hemisphaericum, basi cinctum foliolis nonnullis oblongis.

Bractea 3 lanceolatae, membranaceae, nervosae, in aristam desinentes, pilosociliatae.

CALYX quinquepartitus: lacinis membranaceis, arista bilineari terminatis, nervosis, pilosis, ciliatis, inaequalibus: superiore oblonga, reliquis quadruplo latiore,

Pars II.

T

reti-

reticulata: lateralibus subulatis, dimidio brevioribus, inferioribus 2 longitudine superioris, lineari-subularis.

COROLLA extus pilosa.

CAPSULA glabra, oblonga, acuta, calyce brevior.

## C L E R O D E N D R U M.

*phlouidis.* CLERODENDRUM foliis ovatis integris dentatis angulatisque, pedunculis axillaribus subtrifloris.

*Volcaneria multiflora:* ramis inermibus, foliis oppositis cordatis subdentatis acuminatis, pedunculis axillaribus multifloris. BURM. Ind. pag. 137. tab. 45. fig. 1.

*Clerodendrum phlouidis foliis ovatis serratis canis.* LIN. Suppl. pag. 292.

FOLIA utrinque acuta, pollicaria, integerrima, dentata, vel dentato-subangulata in eodem ramo, cano-virescentia. Petioli filiformes, incani, laxi.

Pedunculi plerumque triflori. Bractæ duæ in singulo pedicello.

CALYX campanulatus, quinquefidus: laciniis lanceolatis, acuminatis.

*paniculatum.* CLERODENDRUM foliis quinquelobis denticulatis glabris, panicula brachiata, axillis lanatis.

*Clerodendrum paniculatum: foliis lobatis serratis, panicula amplissima.* LIN. S. V. pag. 578. excluso Synon. BURMAN. Fl. Ind.

Rami tetragoni, glabri, purpurei, lateribus sulco exarati.

FOLIA petiolata, opposita, palmaria, inferiora spithamea, quinqueloba, basi cordata, utrinque glabra, remote denticulata: Lobi lanceolati, acuti.

Petioli teretes, sulcati, crassitie pennæ columbinæ: axillæ hirsutæ pilis longis crispis albidis caulem ambientibus æque ac ad basin ramorum paniculæ.

PANICULA terminalis, semipedalis, brachiata. Pedunculi partiales horizontales, oppositi, glabri, multoties dichotome divisi: ramuli patentissimi. Pedicelli ultimi capillares.

Foliola petiolata, cordato-lanceolata ad basin pedunculorum partialium: subulata ad basin ramulorum.

CALYX glaber: laciniis lanceolatis.

COROLLA pollicaris. Tubus filiformis. Laciniae limbi oblongæ.

§ 6 *squamatum.* CLERODENDRUM foliis cordatis obscure angulatis, paniculæ ramis dichotomis glabris.

Habitat in India Orientali. DR. LA MARK.

Rami tetragoni, glabri, sulcis quatuor exarati.

FOLIA petiolata, bipollicaria & ultra, cordata, basi fere profunda, parum acuminata, tri-vel quinquenervia: nervis adscendentibus, tenera, glabra, versus basin obscure angulata, vix denticulata, interdum pilis minutissimis ad marginem ciliata, subtus recta squamis orbicularis minutissimis.

Petioli unguicularis subpilosus.

PANICULA terminalis, palmaris, patens, glabra. Pedunculi ter dichotomi: pedicelli minime racemosi: pedicellus uniflorus in singula dichotomia.

*Foliola*

*Foliola* opposita, petiolata, cordata, subtus villosiuscula sub primis ramificationibus, superiora sensim angustiora: sub ramulis subulata, sessilia.

CALYCIS *foliola* ovata, acuta, colorata, glabra.

COROLLÆ *tubus* unguicularis.

Differt a Clerod. infortunato, foliis basi sinu profundo excisis, minoribus, glabris; panicula, calyce & corolla glabra; ramis tetragonis linea exaratis.

A Clerod. trichotomo, ut patet ex specimine ab amicissimo THUNBERGIO misso, foliis sinu basi profundo, subtus squamosis omnibus integris nec aliis lobatis, aliis integris, convenit vero calyce.

CLERODENDRUM foliis integris trilobisque ovatis, panicula ramis dichotomis 5-6. *diversifolium.*  
villosis, pedicellis racemosis.

Habitat in India Orientali. DOM. LA MARK.

Rami tetragoni, quadrifurcati, superne villosi.

FOLIA petiolata, ovata, sesquipollicaria, integra vel triloba, tenera, basi acuta, subtrinervata, glaberrima: lobus intermedius acuminatus, laterales breves.

Petiolus folio triplo vel quadruplo brevior.

PANICULA terminalis, semipedalis, ramis ramulisque villosis. Pedunculi partiales oppositi, patentes, bis vel ter dichotomi: pedicelli demum racemosi.

Foliola ad basin pedunculorum partialium petiolata, oblonga, utrinque acuta, integerrima: reliqua subulata.

Flores pedicellati, alterni, distantes.

CALYX pubescens: laciniis oblongis, acutis.

COROLLÆ *tubus* pubescens, pollicaris: Labium superius bifidum; laciniis erectis, linearibus: inferius tribobum, patentissimum; lobis oblongis, lateralibus brevioribus.

A Clerod. trichotomo differt: ramis superne villosis, foliis angustioribus, panicula villosa dichotoma tandem racemosa, laciniis calycis oblongis. Lobi Corollæ vix æquales.

## ACANTHUS.

ACANTHUS foliis lanceolato-ellipticis dentatis, spica terminali, caule fruticoso 5-6. *abrostratus.*  
inermi, calycibus tetraphyllis. Tab. XL.

Habitat in India Orientali. KÖNIG.

Rami teretes, glabri.

FOLIA petiolata, opposita, subspithamæa, supra subavenia, utrinque glabra, acuta, remote dentato-spinosa.

Petiolus brevissimus.

SPICA terminalis, spithamæa. Pedunculus glaber, purpurascens, cicatricatus.

Flores oppositi, pollicares, glabri, superne imbricati. Bractea vix ulla nisi margo minimus ad basin floris.

CALYX tetraphyllus: foliola duo exteriora majora, subrotunda, concava: interiora ab exterioribus involuta, oblonga, plana, subciliata.

COROLLÆ labium oblongum, intus medio pilosum.

Antheræ villis candidissimis pilosæ.

CAPSULA oblonga, unguicularis, nitida.

Acanthus ilicifolius differt caule aculeato, foliis oblongis brevioribus, apice non angustatis sed quasi tridentatis, marginibus dentato-sinuatis, spica breviori, floribus quadruplo majoribus.

6-7. *repens*. ACANTHIUS caule repente hispido, foliis quaternis linearibus integris subciliatis, floribus axillaribus foliariis.

Habitat in India Orientali.

CAULIS basi frutescens, ramosus, diffusus.

FOLIA sessilia, unguicularia, inæqualia, cilia una alterave remota alba, rigida.

CALYX pubescens, Acanthi Maderaspatani.

Facies Acanthi integrifolii, at caulis repens, folia angustiora longiora & glabra.

## VITEX.

*divaricata*. VITEX foliis ternatis integerrimis glabris: terminali maximo, paniculis dichotomis divaricatis.

*Vitex divaricata foliis ternatis integerrimis utrinque glabris, paniculis dichotomis.* Sw. Prodr. pag. 93.

Frequens in Insula Martinica & St. Crucis, Gallis: bois de Lézard. Dn. von ROHR.

Rami cortice cinereo, obscure tetragoni, glabri.

FOLIA ad apices ramorum, opposita, petiolata, ternata: *foliola* petiolata, membranacea, utrinque glabra; *lateralis* oblonga, minora vix pollicaria, acuta, interdum acuminata; *terminale* quadri-vel quinquepollicare, ovatum, acum.

PEDUNCULI axillares, solitarii, ter vel quater dichotome divisi: *pedicellus* dichotomiae uniflorus, filiformis, uti reliqui.

## THLASPI.

1-2. *arabica*. THLASPI siliculis ovalibus stylatis, foliis inferioribus cuneatis, superioribus cordato-oblongis amplexicaulibus.

*Subularia purpurea; foliis cordato-oblongis, subdentatis.* FORSK. Deser. p. 117.

*Iberis arabica: herbacea, foliis ovatis glabris aveniis integerrimis, siliculis basi apiceque bilobis.* LIN. Spec. pl. pag. 906. cum Synonymis.

Caules herbacei, diffusi, ramosi, uti tota planta, glaberrimi.

FOLIA bipollicaria, *inferiora* basin versus parum angustata, sessilia, *superiora* oblonga, basi cordata, amplexicaulia, figura fere Brass. orientalis, *suprema* basi angustiora, cordato-oblonga, amplexicaulia, plerumque integerrima, rarius remote denticulata: omnia avenia.

RACEMUS terminalis, cum ramo ulterius excrefcente.

Flores primum corymbosi, demum racemosi.

CALYCIS *foliola* lanceolata.

Petala calyce longiora: *Laminae* subrotundæ, purpureæ, duæ reliquis vix majores.

SILICULA unguicularis, ovalis, margine lato membranaceo, stylo subulato persistente, siliculo quadruplo breviori terminato, basi apiceque sinu excisa.

Cum petala vix irregularia, & silicula omnino Thlaspeos, ab Iberidis genere remove non absens mihi visum est. Cur Subulariæ speciem fecit FORSK. non liquet, nil enim commune habet.

## C A R D A M I N E.

CARDAMINE foliis quinato-pinnatis: foliolis dentato-subangulatis glabris. 12-13. *lati-*  
*Nasturtium pyrenaicum aquaticum latifolium purpurascens flore.* HERM. Parad. *folia.*  
 bat. pag. 203. cum Icone.

Legi in Hispania.

Planta tota glabra. CAULIS ascendens, simplex, pedalis.

FOLIA petiolata, remota, pinnata cum impari, bijuga. *Foliola* oblonga, pollicaria, terminale subrotundum duplo majus, margine inaequalia, denticulo uno alterove.

FLORES corymbosi, plures. *Pedunculi* pollicares.

CALYCIS *foliola* oblonga, margine membranaceo, corolla triplo breviora.

*Petala* purpurea, unguicularia, leviter emarginata.

Sub nomine Card. chelidoniz duæ plantæ diversæ ob falsam citationem in Spec. plant. LIN. pag. 914. confunduntur. HERMANNI Nasturt. pyrenaicum & Cardaminem chelidonii folio BARRELLERI minime esse unam eandemque plantam conferenti facile patebit; descriptio præterea Card. chelid. LINNEI nullo modo competit plantæ HERMANNIANÆ. Hinc nostram latifoliam, uti & HERMANNI, quæ optime cum mea convenit tam quoad figuram quam descriptionem loco citato, a Card. chelidonia LINNEI omnino esse distinctam, nullum dubium superesse existimo, non bene Card. amara conjungitur cum Nasturt. pyren. HERMANNI in Syst. Veget. pag. 594. ed. 14.

CARDAMINE foliis ternatis acuminatis, caule ramosissimo. LIN. S. V. pag. 593. *Africana.*

In Arabia legit FORSKÅLEUS, in Insula Borboniz, Dn. COMMERSON.

CAULIS pedalis, erectus, angulatus, villosus.

FOLIA ternata, longe petiolata: *foliola* petiolata, pollicaria, lateralia parum minora, altero latere breviora, omnia ovata, secundum venas utrinque pilis adspersa, acuminata, mucronata, obtuse serrata, basi & acumine integerrima: ferraturis mucronatis.

PEDUNCULUS ex apice caulis & ramulorum. *Flores* corymbosi, denum racemosi, parvi, pauci.

SILIQUA sesquipollicaris, compressa.

## S I S Y M B R I U M.

SISYMBRIUM caulescens, foliis petiolatis oblongis dentatis cauleque hispido. 28-29. *hispidum.*  
*Sinapis barra; foliis ovalibus, sinuatis, hispidis; caule glabro; calycibus hispidis.*

FORSK. Descr. pag. 118.

Planta palmaris, rarius vix spithamæa, ramosa, erecta, tota hispida, pedunculis & siliquis exceptis.

FOLIA pollicaria, crassiuscula, inæqualiter dentata, avenia, in petiolum desinentia.

*Pedicelli* declinati, unguiculares.

SILIQUÆ longitudine pedicelli, lineares, remotæ.

Accedit ad Sisymb. erucastrum GOUANI, diversum vero figura foliorum, hirsutis, magnitudine, caule folioso erecto. Folia radicalia sunt pinnatifida secundum FORSK. at talia in nullo specimine vidi, quamvis plura aderant.

SISYMBRIUM foliis runcinatis dentatis nudis, caule levi, siliquis erectis. LIN. *Irio.*  
 S. V. pag. 596.

*Sisymbrium pinnatifidum; siliquis glabris; foliis lyrato-pinnatifidis.* FORSK.

Descr. pag. 118.

Pars II.

U

BRAS.



## BRASSICA.

35. *crassifolia*-BRASSICA foliis pinnatifidis: laciniis linearibus.  
*lin.* *Brassica crassifolia; foliis crassis, pinnatifidis.* FORSK. Descr. pag. 118.  
 Tota planta glebra, ramosa.  
 FOLIA palmaria, laciniis suboppositis, pollicaribus, obrutis, integerrimis.  
 SILIQUÆ teretes, torulosa; pollicares, stylo subulato terminatæ.

## BUNIAS.

- Cakile.* BUNIAS siliculis ovatis lævibus ancipitibus. LIN. S. V. pag. 603.  
*Ifatis pinnata: foliis carnosiss, pinnatis, subdentatis.* FORSK. Descr. pag. 121.  
*β. Cakile sive cruce marina latifolia.* BAUH. Hist. 2. pag. 868.  
*Ifatis ægyptiaca.* FORSK. Descr. pag. 121.  
*β. CAULIS* herbaceus, varie flexus, teres, crassitie pennæ anserinæ, glaber, uti tota planta.  
 FOLIA alterna, pollicaria vel ultra, oblonga, obtusâ, carnosâ, inæqualiter crenato-sinuata, undulata, avenia, basi in petiolum desinentia.  
 Petiolus interdum longitudine folii.  
 SILICULA biarticulata: *articulus infimus* obovatus versus apicem utrinque dente obruto; *ultimus* ovato-acuminatus, apice compresso ancipite, inferiore duplo longior.  
 SEMEN unicum in singulo loculo.  
 An specie differt hæc a varietate α? certe singularis foliis latis & indivisis, qualis nunquam in his oris observatur.

## MELOCHIA.

- nodiflora.* MELOCHIA floribus conglobatis axillaribus; capsulis globosis, foliis ovatis acuminatis glabris. SW. Prodrum. pag. 97.  
*Abutilon fruticosum.* SLOAN. Hist. 1. pag. 219. tab. 135. fig. 2.  
 In Insulis Caribæis legit DR. MARTELT.  
 FRUTEX ramis teretibus, alternis, glabris, purpureis, parum flexuosis.  
 FOLIA petiolata, bipollicaria & ultra, utrinque glabra, supra nervoso-venosa, venis subtus purpurascens, serrata, acuminata, acuta.  
 Petiolus pubescens, unguicularis.  
 STIPULÆ lanceolatae, glabrae, longitudine florum, deciduae.  
 FLORES in axillis conglomerati, sessiles, parvi.  
 Bractea ovata, longitudine florum.  
 CALYX laciniis ovato-acuminatæ.  
 COROLLA calyce longior.

## SIDA.

- spinosa.* SIDA foliis cordato-oblongis serratis, stipulis setaceis, axillis subspinosis. LIN. S. V. pag. 621.  
*Stewartia corchoroides; foliis ovatis, serratis, subtus villosis.* FORSK. Descr. pag. 126.

SIDA foliis cordatis sublobatis, stipulis reflexis, pedunculis petiolo longioribus, capsulis multilocularibus scabris calyce longioribus. LIN. S. V. pag. 623. *indica.*  
*Sida cordifolia.* FORSK. Descr. pag. 124.

## P O L Y G A L A.

POLYGALA floribus imberbibus racemosis lateralibus terminalibusque, caule fruticoso piloso, foliis oblongis. 22-23. *violacea.*

Habitat in Cayenna. Dn. von ROHR.

CAULIS fruticosus, erectus, teres, molliter pilosus.

FOLIA brevissime petiolata, pollicaria, supra glabra, subtus pilosiuscula.

RACEMI laterales, oppositifolii, terminalesque tri- & quadri-pollicares, villosi: *pedunculi* e casu florum denticulati. *Bractee* minutae, deciduae.

Flores nutantes, Polygalæ vulgaris parum majores.

CALYX foliolis ovatis, concavis.

Ala virides, Carina violacea.

CAPSULÆ oblongæ, glabræ.

SEMINA retrorsum villosa, oblonga, teretia.

Diversa ab AVAL. POL. violacea, quæ gaudet corollis cristatis & caule herbaceo.

## P T E R O C A R P U S.

PTEROCARPUS foliis pinnatis, stipulis nullis, fructibus subrotundis.

*Rohrlii.*

Misit Dn. von ROHR, qui plantam in America meridionali legit.

ARBOR: Ramis glabris, teretibus, cortice fusco-cinereo.

FOLIA petiolata, alterna, pinnata cum pari, 3-4. juga. Foliola petiolata, sesquipollicaria, extrorsum sensim majora, alterna, ovato-oblonga, acuminata, integerrima, glabra, nitida, utrinque venis minutis numerosissimis pulchre reticulata.

Petioli universales sæpe spithamæi, flexuosi, vix tenuissime tomentosi, supra sulco exarati, subtus leviter striati: *partiales* bilineares, ad insertionem folii subtus rugosi.

Stipulae nullæ.

RACEMI axillares, folio duplo breviores, multiflori. Pedicelli sparsi, filiformes, uniflori, medio Bracteis binis, setaceis. Flores nutantes.

CALYX campanulatus, vix tomentosus, lavis, quinquedentatus: dentibus duobus superioribus oblongis, obtusis: inferioribus tribus ovatis, acutiusculis.

COROLLA papilionacea. Vexillum subrotundum, emarginatum. Ala oblongæ. Carina dipetala.

STAMINA filamenta decem in unum connata, superne libera. Anthera unica in singulo filamentum, oblonga.

Germen oblongum. Stylus longitudine staminum. Stigma acutum.

LEGUMEN compressum, membranaceum, subrotundum, sesquipollicare, glabrum, medio venosum. SEMEN unicum.

Afferit Dn. von RONA, qui plantam in solo natali observavit, non diversam esse ab *Apalorosa spicata* AUBL. Fl. Guian. pag. 382. tab. 147, convenit etiam in omnibus cum *Figula* & descriptione AUBLETII, floribus & staminibus exceptis, quæ tam falsè depictæ, quam descriptæ sunt ex observatione viri laudati. Synonymum igitur nostræ plantæ erit *Apalorosa spicata* AUBLETII, quæ *Pterocarpi* generis esse jam suspicatus est Dn. JUSSIEU. Vide ejusdem genera Plantarum pag. 365.

## SPARTIUM.

17. *villosum*. SPARTIUM foliis ternatis, ramis spinosis, calycibus leguminibusque hirsutis.

*Cytisus spinosus, filiqua villosa, incana.* TOURNEF. COROL. pag. 44.

*Spartium villosum foliis ternatis, ramis spinosis, calycibus leguminibusque villosis.*

POIR. It. T. 2. pag. 218.

Legi in Barbaria & Neapoli.

A *Spartio* spinoso vix diversum, nisi calycibus leguminibusque hirsuto-lanatis, cum omnia verò reliqua similia, forte potius varietas *Sp. spinoli* est.

## ONONIS.

8-9. *alba*. ONONIS pedunculis muticis brevissimis, foliis simplicibus, stipulis dilatatis superne ferratis.

*Ononis alba floribus sessilibus racemosis, foliis simplicibus.* POIR. It. Tom. 2. pag. 220.

Ad Littora maris Tuneti inveni.

CAULIS pedalis, diffusus, teres, inferne parum flexuosus, piloso-subviscosus, ramosus. *Rami* structura caulis, simplicissimi, inferiores procumbentes, superiores patentes.

FOLIA alterna, unguicularia, remota, patentia, oblonga, argute ferrulata: *floralia* pubescentia, figura foliorum caulis, minora. *Stipulae* longitudine petioli, foliis dimidio angustiores, inferne integerrimæ, superne argute ferratæ.

FLORES ex alis supremis, primum approximati in spica brevi, demum remoti, breve pedunculati, solitarii. *Pedicelli* longitudine petioli. *Bractæe* nullæ.

CALYX quinquefidus, piloso-viscosus: *laciniis* lanceolatis, ciliatis: infima reliquis duplo latior.

COROLLA longitudine calycis, pallide rubra.

Media inter *On. Alopecuroideam* & *On. pubescentem*. *Stipulis* ferratis, foliis floralibus structura foliorum caulis modo minoribus, nec linearibus basin versus angustioribus ab *On. alopecuroidea* differt. Foliis omnibus simplicibus, stipulis ferratis distinguitur ab *On. pubescenti*. An *Ononis* purpurea procumbens, oblongo rotundifolia nonnihil cordato Hort. Cath. 18. huic pertinet?

## DOLICHOS.

DOLICHOS leguminibus racemosis compressis pilosiusculis ensiformibus, foliolis 10-11. rotundifolius.

ovalifolius subrotundis glabris.

*Katu-tfjandi*. Hort. Mal. 8. pag. 83. c. 43.

E Caribæis missus quantum recordor.

CAULIS glaber, lignosus, superne angulatus.

FOLIA petiolata, ternata: *foliola* petiolata, palmaria, ovalia: terminale subrotundum; integra, emarginata, venosa, utrinque glabra.

*Petiolus* universalis foliolis parum longior, vix pilosus: petioluli purpurascens, pilosi.

RACEMUS axillaris, semipedalis. *Pedunculus* remote tuberculatus, superne purpurascens: tuberculi magnitudine fere seminis *Coriandri*.

Flores 2-3 in singulo tuberculo, brevissime pedicellati. *Bractea* duæ subrotundæ, caduæ, ad basin floris.

CALYX campanulatus, glaber: *lacinia* superior rotundata, reliquis major; inferiores ovata.

COROLLA magna, purpurea.

LEGUMINA tripollicaria, unguem lata, basi apiceque obliqua, acuta, adpersa pilis minutissimis adpressis.

*Dolichos altissimus* differt calycibus alisque basi villosis.

## GLYCINE.

GLYCINE foliis ternatis lanceolatis villosis, racemis axillaribus pedunculatis, caule 12-13. pedibus erecto fruticoso.

*Cytisus violaceus foliis ternatis, oblongis, angustis, hirsutis, supra viridibus, subtus rufescentibus; leguminibus compressis.* AUBL. Fl. Guian. pag. 766. tab. 306.

In Insula Trinitatis legit Dr. von ROHR.

FRUTICULUS erectus, ramosus. *Rami* angulati, striati, villis purpurascens subtomentosi.

FOLIA petiolata, remota: *foliola* petiolata, bi- f. tripollicaria, lanceolata, attenuata, mucronata, utrinque villosa, mollia, supra lineata, subtus albidiora venoso-reticulata, venis purpurascens-tomentosis.

*Petiolus* brevissimus. *Stipula* oppositifolia, subbifida: *lacinia* subulata.

PEDUNCULI axillares, solitarii, foliis duplo breviores, tomentosi, basi. *Bracteis* geminis, alternis, approximatis, ovatis. *Pedicelli* breves. Flores patentes approximati.

CALYX canescens, bilabiatus.

An diversa a *Glycine reticulata* Sw. prodr. pag. 105?

## HEDYSARUM.

HEDYSARUM foliis simplicibus ovalibus, leguminibus uniaarticulatis incurvis extus 1-2. rotundifolium.

Habitat in India Orientali. KÖNIG.

Pars II.

X

CAU-

CAULES herbacei, prostrati, pedales, e linea utrinque decurrente ancipites, glabri, inferne ramosi, superne pilis raris adspersi.

FOLIA subpetiolata, ovalia vel obovata, unguicularia, remota, mucronata, subtus punctata, utrinque pilis sparsis adpressis minutis, præsertim subtus versus marginem.

*Stipula* setacea.

RACEMI axillares, pollicares, patentes.

LEGUMINA declinata, semiunguicularia, dimidio longiora quam lata, stylo rigido terminata, intus curvata, margine acuto, dorso convexo plana: aculei hamosi plurimi ad marginem anteriorem, apice & margine interiori læves.

27-28. *re. pendulum.* HEDYSARUM foliis ternatis repando-crenatis, racemis terminalibus elongatis.

Habitat in Arabia. FORSK.

CAULIS lignosus, teres, purpurascens, apice pubescens.

FOLIA petiolata, laxa, ternata. *Foliola* petiolo brevi, ovata, inæqualia; lateralialia minora, altero latere obliqua; terminale subrhombeum, sesquipollicare, reliquis fere duplo majus, omnia medio ad apicem repando-crenata, obtusa, mucronata, subtus pallidiora, venis villosa.

*Petioli* bipollicaris, pubescens, basi articulatus crassior; squamæ duæ setacæ inter foliola.

*Stipulae* lanceolatae, ciliatae.

PEDUNCULUS terminalis, erectus, semipedalis.

Flores remotissimi purpurei, ante florescentiam cernui. *Pedicelli* 2-3 ad singulum nodum, capillares, pubescentes, pollicares, subviscosi.

CALYCES pubescentes.

*Alae* lanceolatae, carina breviores.

LEGUMEN lineare.

*adhaerens.* HEDYSARUM foliis ternatis oblongis, racemis axillaribus, leguminibus teretibus articulatis villosis.

Habitat in India occidentali.

CAULES debiles, simplices, triquetri, pilosiusculi.

FOLIA petiolata, ternata: *foliola* petiolata, pollicaria, oblonga, lateralialia minora, utrinque adspersa pilis raris longis adpressis.

*Petioli* sesquipollicares, pilosi. *Stipulae* femicordatae, nervosae, ciliatae, acuminatae.

RACEMI axillares, bi- f. tripollicares. *Pedicelli* alterni, remoti. *Bractæ* lanceolatae, nervosae, in mucronem vix pungentem desinentes.

LEGUMINA pollicaria, erecta, parum incurvata, articulata: *articularis* oblongis, tectis pilis hamosis, quibus adherent.

An ab Hedysaro trigono Sw. Prodr. pag. 107. diversum?

*tortuosum.* HEDYSARUM foliis ternatis ovato-lanceolatis glabris, racemis axillaribus terminalibusque, leguminibus compressis tortuosis.

*Hedysarum tortuosum: foliis ternatis ovali-oblongis obtusis glabriusculis, racemis erectis axillaribus, leguminibus tortuosis compressis pubescentibus.* Sw. Prodr. pag. 107.

Ex Insula St. Crucis misit Dn. PFLUG.

CAULES tenues, glabri, teretes, ramosi.

FOLIA petiolata, ternata. *Foliola* unguicularia, lateralía minora, ovato-lanceolata, obtusa, mucronata, utrinque glabra, subavenia, maculata.

*Stipulae* fetaceae.

RACEMI ex axillis vel apice ramorum, elongati, erecti. *Pedunculus* filiformis.

*Pedicelli* capillares; plerumque oppositi, folitarii, unguiculares. *Bractea* minuta, fetacea, ad basin.

LEGUMINA articulata, pubescentia, torta, articulis subrhomboidalibus, æqualibus.

HEDYSARUM foliis ternatis ovatis attenuatis subtus villosis, racemis terminalibus, pedicellis subternis, leguminibus tortuosis. *molle.*

Ex Insula St. Crucis misit Dn. PFLUG.

*Caulis* frutescens.

Simile antecedenti: differt caule robustiore, foliis majoribus, subtus molliter villosis, junioribus utrinque, minime maculatis; *Pedicellis* aggregatis, sæpe 4or vel 5; Leguminibus duplo majoribus, articulo ultimo maximo ratione reliquorum.

HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus monospermis rugosis, spicis ovatis 6x-62. *sericeum.*  
pilosissimis, caulibus erectis pilosis. Tab. XLI.

*Onobrychis orientalis, argentea, fructu echinato minimo.* TOURNEF. Corol. 26.  
SHAW. It. n. 431.

*Ebenus pinnata: foliis pinnatis quadrijugis, spicis axillaribus longissime pedunculatis.* HORT. Kew. 3. pag. 27.

Legi passim in montibus calcareis Tuneti.

Planta elegans, pedalis, radice perenni.

CAULES plures, herbacei, simplicissimi, crassitie pennæ columbinæ, striato-angulati, erecti, valde pilosi: pilis albis, longis, mollibus, patentissimis.

FOLIA radicalia simplicia, petiolata, elliptica: *insequentia* ternata: *caulina* pinnata cum impari, 3-4 juga. *Foliola* brevissime petiolata, pollicaria, æqualia, opposita, lanceolata, mucronata, supra valde pilosa, incano-viridia, subtus sericea.

*Petiolus* bipollicaris, pilosus, supra sulco exaratus.

*Stipula* ovata, membranacea, semiungularis, purpurascens, bifida, laciniis lanceolatis, acuminatis.

SPICÆ ovatæ, hirsutissimæ, sericeo-nitidæ, multifloræ, plurimæ radicales, sessiles vel brevissime pedunculatæ, primum florentes: caulinae longissime pedunculatæ, ante florescentiam nutantes. *Flores* conferti.

*Pedunculi* caulini axillares, elongati, caule altiores, superne tomentoso-incani.

*Bractea* ovatæ, acuminatæ, cinereo-purpurascens, basi virides, molliter pilosæ præsertim in dorso & margine, concavæ, intus glabræ, calyce duplo breviores.

CALYCIS *laciniæ* fetacæ, fuscæ, calyce ipso triplo longiores, erectæ, apice nudiusculæ, inferne pilis longis, densis, mollibus, albidis tectæ uti calyx.

COROLLA purpurascens, calyce dimidio brevior. *Vexillum* orbiculatum. *Ala* minutæ. *Carina* vexillo brevior.

*Germen* orbiculatum, basi pilosissimum, superne villoso-griseum.

LEGUMEN subrotundum, vix magnitudine Piperis, rugosum.

65-66. como-  
sum. HEDYSARUM foliis pinnatis lanceolatis, racemis elongatis cylindricis, caule fruticoso.

Habitat in India Orientali. KÖNIG.

Rami angulati, villosi.

FOLIA pinnata cum impari, trijuga. Foliola lineari-lanceolata, dodrantalia vel ultra, utrinque glabra, subæqualia, venosa.

Petiolus longitudine foliorum, villosus. Petioluli brevissimi, hirsuti.

Stipula ovata, acuminata, nervosa. Duæ aliæ subulatae ad singulum par foliorum, petiolulo longiores.

RACEMUS terminalis, spithameus, erectus, terminatus bracteis plurimis lanceolatis attenuatis, flore quadruplo longioribus in formam comæ.

Flores brevissime pedicellati, conferti.

Bractea infimæ ovata, acuminata, persistentes, nervosæ, villosæ: superiores deciduæ, excepta terminali.

CALYCES hirsutissimi: laciniis seraceis.

An ab Hedyf. crinito satis diversum, differt modo foliis angustioribus longioribus, racemo tenuiori, terminato bracteis in formam comæ. Legumina in meo desiderantur ideoque incertus sum, num idem nec ne, præsertim cum calycis laciniæ in meo sunt rectæ nec incurvatae.

## GALEGA.

cinerea. GALEGA leguminibus patentibus strictis, racemis oppositifoliis, pedicellis solitariis, foliis subtus villosis, stipulis lanceolatis.

*Galega cinerea leguminibus strictis patentibus pedunculatis, racemis oppositifoliis, foliis mucronatis subtus villosis.* LIN. S. V. pag. 679.

1-2. tomentosa. GALEGA leguminibus strictis adscendentibus villosis racemosis oppositifoliis, pedicellis ternis, foliolis subtus sericeis, stipulis subulatis.

*Lathyrus tomentosus; pedunculis unifloris ternatis.* FORSK. Defer. pag. 135.

CAULIS villoso-subtomentosus, angularis.

FOLIA 4-6 juga: foliola pollicaria, linearia, obtusa, mucronata, basi acuta, supra glabra.

PEDUNCULUS oppositifolius, dodrantalis. Flores remoti, pedicellati, terni ad singulum dentem. Pedicelli villosi.

Bractea binæ, subulatae, pedicello breviores.

CALYX villosus.

COROLLÆ vexillum extus villoso-cinereum.

LEGUMINA bipollicaria.

In paucis a Gal. cinerea differt, scilicet stipulis angustioribus, leguminibus ternis ad singulum dentem peduncali.

4-5. grandiflora. GALEGA leguminibus retrofalcatis pendulis racemosis, foliolis lanceolatis, stipulis ovatis acuminatis, vexillis subtus sericeis.

*Galega grandiflora: leguminibus patentibus, stipulis ovatis lanceolatis, foliolis oblongis rufiusculis aristatis.* HORT. KEW. 3. pag. 70.

Dedit DR. BÜLOW.

CAULIS fruticosus, teres, ramosus, adpersus pilis minutissimis.

*FOZIA* petiolata, palmaria, pinnata cum impari, 6 juga. *Foliola* breviter petiolata, unguicularia, extima majora, extrorsum parum latiora, aristata, supra glabra, subtus ad lentem pilosa.

*Petiolus* vix pubescens.

*Stipula* ovata, nervosa, purpurascens, semiunguiculares.

*Pedunculi* terminales, erecti, elongati. *Flores* ad apicem, oppositi, approximati, nutantes.

*Bractea* ovato-oblonga, acuta, purpurascens, decidua.

*CALYX* tomentoso-sericeus.

*COROLLA* purpurea. *Vexillum* supra glabrum.

*LEGUMEN* compressum, marginibus albido-dense ciliatis.

*Galega Virginiana* differt caule villoso, foliis 10-12 jugis, extrorsum non latioribus, bracteis subulatis, leguminibus ubique villosis.

*GALEGA* leguminibus rectis villosis pendulis racemosis, stipulis subulatis, vexill. 4-5 *pulchella*, lis supra foliisque subtus villosis.

*Galega pulchella*: leguminibus rectis teretibus, villosis; stipulis linearibus, foliolis plerisque acuminatis: acumine reflexo. Scop. Del. Fl. insubr. P. I. pag. 3. tab. 2.

*Galega stricta*: leguminibus rectis villosis, racemis oppositifoliis, stipulis subulatis, foliis villosis oblongis, vexillis supra sericeis. Hort. Kew. 3. pag. 70.

A *Galega grandiflora* differt ramulis angulatis villosis uti foliola subtus, stipulis subulatis parvis villosis, bracteis subulatis.

## TRIGONELLA.

*TRIGONELLA* leguminibus sessilibus congestis arcuatis divaricatis inclinatis brevibus, pedunculis molliter mucronatis. LIN. S. V. pag. 692.

*Trigonella stellata*: leguminibus axillaribus, confertis, sessilibus, rigidis, arcuatis, in stellam extensis. FORSK. Descr. pag. 140.

FORSK. *stellata* nil nisi mera varietas, a LINNÆI enim tantum differt foliis apice non rotundatis sed rectis.

## HYPERICUM.

*HYPERICUM* floribus pentagynis axillaribus solitariis, foliis lanceolatis alternis, caule fruticoso. Tab. XLII. *alternifolium.*

Habitat in India orientali. KÖNIG.

*CAULIS* arborefcens, cortice glabro cinereo. *Rami* sparsi, teretes, glabri.

*FOLIA* sessilia, bi- & tripollicaria, sparsa, coriacea, lato-lanceolata, basi angustiora, obscure venosa, glaberrima.

*Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, pollicares, angulati, versus apicem foliolis tribus, parvis, figura foliorum ramorum.

*CALYCIS foliola* coriacea, rotundata, glabra, corolla triplo breviora, lævia.

*Petala* integra.

*Germen* pentagonum, ovatum, acuminatum, glabrum.

*Styli* quinque, reflexi.

*CAPSULA* 5-locularis, polysperma.



51-52. *arbo-  
rescens.* HYPERICUM floribus trigynis corollis calycibusque levibus glabris, foliis ellipticis, racemis brachiatis, caule arborescente. Tab. XLIII.

Habitat in India Orientali.

Rami superne tetragoni, cortice purpurascente, glabri.

Folia petiolata, bipollicaria & ultra, elliptica, parum acuminata, avenia, coriacea, integerrima, supra rose glauco adspersa.

RACEMUS terminalis, compositus, brachiatus, spithameus. Pedunculus universalis partialisque compressi. Pedicelli 4 vel quinque ad singulum articulum pedunculi partialis, breves.

CALYX pentaphyllus: foliolis ovaris, glabris, integerrimis, levibus, nudis.

Petala quinque, longitudine & figura calycis.

FILAMENTA in 3 phalanges usque ad apicem fere connata.

Phalanges extus squarrosæ ex apicibus distinctis patulis filamentorum, testæ antheris numerosis, intus laeves.

Germen trigonum, glabrum, ovatum.

Habitus Hyperici guineensis, diversum vero numero pistillorum & inflorescentia.

26-27. *gramineum.* HYPERICUM floribus trigynis, foliis ovato-lanceolatis, caule herbaceo tetragono superne dichotomo.

*Hypericum gramineum: floribus trigynis, caule herbaceo tetragono dichotomo, foliis oblongo-parabolicis.* FORST. Prodr. pag. 53. n. 281.

Habitat in Nova Caledonia. Dn. Prof. FABRICIUS.

CAULIS erectus, inferne simplex, superne dichotome ramosus, uti tota planta, glaberrimus, e linea a latere singulo bascos folii decurrente tetragonus.

Folia sessilia, unguicularia, avenia, subtus pallidiora, inferiora angustiora, superiora ovato-attenuata, eglandulosa, impunctata.

PEDUNCULI terminales & in dichotomia, filiformes, solitarii, uniflori, pollicares.

CALYCIS foliola lanceolata, integerrima, eglandulosa, longitudine corollæ.

STAMINA corollam æquantia.

*glandulosum.* HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ferrato-glandulosis, foliis lanceolatis margine glandulosis, caule fruticoso.

*Hypericum glandulosum: floribus trigynis, calycibus acutis ferrato-glandulosis, foliis oblongo-lanceolatis pellucido-punctatis, margine glandulosis, caule fruticoso.* HORT. Kew. 3. pag. 107.

Habitat in Madera.

Rami obscure tetragoni, glabri, dichotomi.

Folia sessilia, unguicularia, glabra, supra nervosa, secundum nervos subtilissime lineata, utrinque punctata, apice & basi acuta, margine glandulis sessilibus.

PEDUNCULI ex axillis ultimis, triflori, solitarius in dichotomia.

CALYX corolla duplo brevior, margine glandulis fuscis.

COROLLA pallide flava, punctis fuscis irrorata.

## SCORZONERA.

4-5. *undulata.* SCORZONERA foliis lineari-lanceolatis attenuatis tomentosis undulatis, caule subramoso.

*Scorzonera græca saxatilis foliis angustis undulatis tomentosis.* TOURNEFORT Corol. pag. 39.

Habitat

Habitat passim in aridis regni Tunetani.

RADIX perennis, crassitie pollicis, apice e ramentis foliaceis præteriti anni aridis fetosus.

CAULIS herbaceus, erectus, semipedalis, simplicissimus, sæpe basi ramo uno vel altero, altitudine fere caulis, teres, basi apiceque farinaceo-tomentosus, inferne foliatus.

FOLIA sessilia, lineari-cusiformia, sæpe tripollicaria, obscure nervosa, utrinque farinaceo-tomentosa, carinata, infima utrinque attenuata, superiora basi dilatata.

Floræ terminalis, solitarius, magnitudine Scorzonerae humilis.

Pedunculus sub flore vix incrassatus.

CALYX imbricatus, radio duplo brevior: *foliola exteriora* ovata, acuminata; *interiora* ovato-lanceolata, omnia margine membranacea.

COROLLA pallide rubra.

Antherae fuscae, pollen croceum.

Stigmata ferruginea.

Pappus plumosus.

SCORZONERA foliis linearibus dentato-pinnatifidis glabris, calycibus apice albido *resedifolia*, cartilagineis, caule erecto.

*Chondrilla sicula Tragopogonoides maritima*. Boccon. Sic. pag. 13. tab. 7. fig. A. & C. A. bona.

*Scorzonera resedifolia foliis obtuse dentatis, calycum apicibus tomentosis*. LIN. S. V. pag. 710.

*Leontodon mucronatum*. FORSK. Descr. pag. 144.

Copiose ad littora maris in arenosis circa promontorium Carthaginis legi.

RADIX fusiformis.

CAULIS erectus, simplex vel ramosus, pedalis & ultra, teres, glaber, uti tota planta, striatus, purpurascens.

FOLIA plurima radicalia, caulina pauca, alternatim inæqualiter dentata: inferiora versus medium folii dentato-pinnatifida, dentibus omnibus mucrone albido cartilagineo terminatis.

PEDUNCULI superne, subramosi, pauci, basi & in medio foliolis sagittatis, integris. *Pedicelli* squamosi, uniflori.

FLORES ratione specierum reliquarum parvi.

CALYX: *foliolis* glabris: *extimis* ovatis, *intimis* lanceolatis: omnibus obtusis, squama cartilaginea terminatis.

Calycum apices nunquam tomentosos inveni, constanter autem apice cartilagineo albidos uti etiam apices dentium foliorum.

SCORZONERA foliis inferioribus lyratis laciniis oblongis, mucronatis, superiori- *9-10. calci-* bus pinnatifidis. *trapifolia*.

*Scorzonera orientalis, foliis calcitrapæ, flore flavescente*. TOURNEFORT. Corol. pag. 36.

*Scorzonera pratensis, foliis laciniatis glabris*. BUXB. Cent. 2. pag. 27. tab. 22.

*Trogopogon reseda minoris folio, supinum*. BARREL. Ic. 800.

*Scorzonera resedifolia* RETZ. Obs. Bot. Fasc. 3. pag. 42.

Legi passim in regno Tunetano.

CAULIS erectus, herbaceus, pedalis, crassitie pennæ anserinæ, striatus, scaber, subramosus. *Rami* structura caulis, patentes.

FOLIA glabra, ad radicem copiosa, palmaria, in petiolum definentia, lyrato-pinnatifida: lacinia alternæ, subrotundæ vel oblongæ, sæpe irregulares, mucronatæ, terminalis reliquis triplo vel quadruplo major; superiora caulis remota, pauca, pinnatifida: lacinia lineari-lanceolata, margine scabræ.

PERUNCULI terminales, solitarii, tri-vel quadripollicares, subfulcati, uniflori, superne folio parvo subulato integro.

CALYX magnitudine Sc. humilis: *foliis* ovatis, attenuatis, carinatis, plerumque glabris, apice valde tomentosis, albidis, interdum nudis.

COROLLA sulphurea.

*Pappus* plumosus.

Difficultatem extricandi plantam, quam sub nomine Scorz. *resedifolia* intellexit Ill. a LINN., jam prius conquestus fuerat Cel. RERZIUS in *Observ. Bot. Fasc.* 3. pag. 42. Visis variis plantis, specie tamen ut credo diversis, non minus cum differentia Scorz. *resedifolia* LIN. convenientibus quam cum Synonymis a viro laudato allatis, diu dubitavi quænam ex his Scorzoneris a me hic descriptus esset genuina ejus *resedifolia*. Sc. *calceitrapifolia* mea convenit cum Synonymo BARRELIERI in *Specieb. plant. LINNÆI* citato, calycumque apicibus plerumque tomentosis; a *Chondrilla* vero sicula BOCCONI, *scul.* tab. 7. fig. 4. in *Mantiss. LIN.* ad Sc. *resedifolia* relata, plane aliena est. Altera vero *resedifolia* a me hoc loco sic nominata, in omnibus consentit cum BOCCONI figura, nisi quod Boccon plantam justo minorem sinit, minime vero congruunt apices squamarum calycis cum differentia LINNÆI, in mea enim nunquam tomentosi inveniuntur, semper vero albedo-carilaginei, ut in speciminibus numerosis observavi. Ambæ vero a GIOVANNI Sc. *resedifolia* diversæ videntur. Etiam si sic LINNÆI planta dubia videatur, potius tamen *resedifolia* LINNÆI ad meam remitti ob descriptionem foliorum quæ melius cum *resedifolia* mea quam cum *calceitrapifolia* consentit, denique quod specimen *resedifolia* herb. LINNÆANI, quantum recorder, eadem planta est ac nostra.

Scorz. *calceitrapifolia* distinctam esse speciem, nec varietatem Sc. lacinia non dubito, quotquot enim hujus vidi specimina, tam cultæ quam spontaneæ, lacinia foliorum semper lineares fuerunt, nec ut in *calceitrapifolia* oblongæ, totus etiam habitus plantam emineo diversam monstrat.

10-11. *bre-* SCORZONERA foliis integris pinnatifidisque, caule tomentoso subaphyllo uni-  
*vicaulis,* floro. Tab. XLIV.

Legi in summitate montium ad Hamamelif Tuneti.

RADIX perennis, crassitie pollicis.

CAULIS herbaceus, digitalis vel palmaris, erectus, simplicissimus, tomentosus, incanus, sub flore parum incrassatus.

FOLIA *radicalia* copiosa, caule sæpe altiora, tomentosa, ætate supra nuda, lanceolata, indivisa, sæpe in medio dilatata & pinnatifida; lacinia alternis, patentissimis, linearibus, integris, rarius pinnatifidis. *Caulina* 1-3, plerumque integra, rarius dente vel lacinula una alterave divisa, linearia, attenuata, pollicaria.

FLOS terminalis, solitarius, magnitudine Sc. hispanicæ.

CALYX imbricatus: *foliis* latis: *exterioribus* ovatis, acuminatis: *interioribus* lanceolatis, obtusis; omnibus pubescenti-subtomentosis, versus marginem fuscis, præsertim exterioribus, apicibus lateribusque valde tomentosis, interne membranaceis, albis.

COROLLA calyce dimidio longior, sulphurea.

*Antheræ* saturate purpureæ.

SEMINA unguicularia, teretia, lineis elevatis muricatis scabra.

*Pappus* plumosus.

SCORZONERA foliis radicalibus runcinatis, caule ramoso dichotomo subaphyllo. 13-14 dichotoma.

*Lactuca flava; floribus ligulatis flavis.* FORSK. Defec. pag. 143.

Legi Tuneti.

Affinis S. Picroidi, at diversa.

CAULES plures erecti, teretes, glabri, inferne striati, subaphylli, a basi ramosi: rami dichotomi, rigidi.

FOLIA pleræque radicalia, petiolata, didrantalia, runcinata, glabra: laciniae lanceolatae, dentato-angulatae, pollicares, extrorsum majores, denticulis minutis albidis subciliatae. *Caulina* sub binis primis ramificationibus, sessilia, structura radicalium: folia dein parva, lanceolata, sensum minora, ovata, integerrima, sub singulo ramo.

FLORES terminales, solitarii; *pedunculis* sub flore non incrassatis, squamosis; squamæ parum infra flores confertæ, ovatae, margine membranaceæ, in calycem desinentes.

CALYX cylindricus, glaberrimus: *foliola* exteriora ovata, margine lato membranacea, laxa; interiora linearia.

COROLLA flava, calyce longior.

PAPPUS pilosus, sessilis.

## PICRIS.

PICRIS calycibus laxis, pedunculis subaphyllis, foliis elliptico-lanceolatis cauleque *aculeata*. strigoso aculeatis.

*Hieracium echinoides, capitulis cardui Benedicti, majus, arabicum, folio sinuato.* TOURNEF. Inst. pag. 470.

*Picris calycibus simplicibus perianthio maximo obvallatis, foliis profunde sinuatis.* GRONOV. Fl. orient. n. 243.

Legi in montosis ad Zowan, urbem Tuncetanam, haud frequentem.

CACULIS erectus, pedalis, crassitie pennæ anserinæ, subramosus, striatus, adpersus totus spinulis parvis rigidis pungentibus.

FOLIA plurima radicalia, oblonga, in petiolum desinentia, bipollicaria & ultra, obtusa, dentato-subsinuata, margine & in utraque pagina aculeis parvis numerosis inæqualibus albis adpersa. *Caulina* pauca, semiamplexicaulia, lanceolata, remota, dentata, aculeata uti inferiora, sesquipollicaria, sensum minora, rudimenta ramulorum in axillis.

PEDUNCULI versus summum, ramosi, hispidi, foliolo uno alterove spinuloso-ciliato.

CALYX calyculatus: *foliola* lineari-lanceolata, dorso spinuloso-ciliata.

SEMINA transversum substriata. Pappus pilosus.

Differt a Picr. echinoide absentia Perianthii exterioris pentaphylli.

*asplenoides*. PICRIS foliis pinnatifidis: lobis alternis rotundatis. LIN. S. V. pag. 711.

*Vireo scabra caule ramoso, folioso: foliis oblongis, lyrato-sinuatis: caulinis sessilibus.* Scop. Del. Fl. Inf. 2. pag. 25. tab. 13.

Copiosissime ad littora maris Tuneti in arenosis legi, & semina cum Scopolio aliisque communicavi.

RADIX perennis.

CAULES plures, basi procumbentes, hirti, praesertim basi, angulati, sulcati, inferne ramosi: ramis adscendentibus, simplicibus.

FOLIA plurima radicalia, petiolata, palmaria, lyrato-pinnatifida: laciniis alternis, oblongis, integris, rotundatis, sursum versus saepe medio denticulo auctis; superiora sinuata, sesquipollicaria, amplexicaulia; omnia pilosa, scabra.

Pedunculus terminalis, erectus, spithameus, pilosus, scaber, solitarius, uniflorus, sub flore incrassatus: adspersus foliis linearibus, remotis, unguicularibus, integerrimis, obtusis.

CALYX laxo imbricatus: foliolis lanceolatis, scabris.

SEMINA leviter transversim striata.

Pappus stipitatus, plumosus.

## LACTUCA.

*virens*. LACTUCA foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis. LIN. S. V. pag. 713.

*Lactuca sinuata.* FORSK. Descr. pag. 215.

## PRENANTHES.

*viminea*. PRENANTHES foliorum ramentis cauli adnatis. LIN. S. V. pag. 714.

*Lactuca decorticata; foliis lanceolatis; dentato-sinuatis, glabris, appendice utrinque lineari.* FORSK. Descr. pag. 216.

*chondrilloides*. PRENANTHES flosculis densis calycibus octofidis, foliis lanceolatis: radicalibus indivisis. LIN. S. V. pag. 714.

*Lactuca inermis; foliis lineari-lanceolatis, sessilibus, retrorsum dentatis inermibus.* FORSK. Descr. pag. 144.

## SERIOLO.

*laevigata*. SERIOLOA laeviuscula foliis obovatis dentatis. LIN. S. V. pag. 721.

Habitat in fissuris rupium Tuneti.

RADIX perennis, lignosa, palmaris & ultra, fusiformis, superne divisus.

FOLIA radicalia, in rosulam aggregata, cuneiformia, in petiolum canaliculatum desinentia, sesquipollicaria, plerumque glaberrima, laevia, rarius pilis nonnullis superne versus apicem rarioribus adspersa, glauco-viridia, avenia, acutiuscula, dentibus utrinque 3-4 remotis.

SCAPUS erectus, striatus, pauciflorus, glaber.

PEDUNCULI superne, 3-4, uniflori, basi foliolo parvo subulato, sub flore squamis 3-4 subulatis.

CALYX subimbricatus: *foliolis* extimis brevibus, inæqualibus: interiora versus apicem carina linea pilorum hispida.

SEMINA subulata, ad lentem transverse striata. *Pappus* 8-10 radiatus, subplumosus.

*Paleæ* membranaceæ, lineares, acuminatæ, longitudine calycis.

## SENECIO.

SENECIO foliis pinnato-multifidis linearibus revolutis subtus villosis, caule sublanato. Tab. XLV. 30-31. *delphinifolius*.

*Jacobæa adonidis foliis floribus in umbella dispositis.* SHAW. Afr. n. 347.

Habitat passim in agris Tuncranis.

CAULIS herbaceus, erectus, semipedalis & ultra, simplex, crassitie pennæ asferiæ, basi interdum ramo uno vel altero, teres, pilosissimus; pilis albis longis.

FOLIA sessilia, alterna, approximata, patentia, pinnata: pinnis oppositis, multido-laciniatis: lacinia lineares, obtusiusculæ, supra glabræ, subtus villosæ, margine reflexæ.

PEDUNCULI versus summum, fastigiati, cauli simillimi, versus apicem foliis binis fructura foliorum caulis modo minoribus minusque divisis.

Flores corymbose; *pedicelli* interdum triflori, lateralibus sæpe unifloris, intermedii plerumque squamis plurimis seraceis longis adspersi.

CALYCIS *squamæ* plurimæ, duplici serie intactæ; interiores magnæ, Senec. elegantis: exteriores inæquales, seraceæ.

*Corollula* radii, plures, 24, patentcs.

## ARNICA.

ARNICA foliis linearibus confertis denticulatis subtus incanis, caule fruticoso. 6-7. *inuloides*.

Habitat in Capite b. spei. DR. BÄLOW.

CAULIS fruticosus, teres, e casu foliorum tuberculatus, ramosus.

Rami alterni, simplicissimi, incani.

FOLIA sessilia, sparsa, linearia, crassiuscula, supra glabra, subtus incana, remote denticulata, interdum integerrima, margine parum revoluta, acuta.

PEDUNCULUS ex apice ramorum, solitarius, bipollicaris, uniflorus, pubescens, aphyllus.

CALYCIS *foliola exteriora* lanceolata: *interiora* lato-linearia, apice rotundata.

*Radius* croceus, striis quatuor vel quinque saturationibus.

*Pappus* simpliciter ramosus.

## ANTHEMIS.

ANTHEMIS foliis pinnatis laciniatis subtus punctatis, pedunculis elongatis unifloris, feminibus coronatis, caule ascendente. Tab. XLVI. 7-8. *punctata*.

Habitat in montibus Tuncranis haud frequens 4.

CAULIS inferne lignosus, ramosus. Rami teretes, simplices, vix villosi, semipedales.

FOLIA basi confertiora, superne remotiora, amplexicaulia, glabra, subtus punctis numerosis impressis, crassiuscula pinnata: *pinnae* subpinnatifidae vel laciniatae, dentatae, acutae, mucrone minuto apice terminatae.

PEDUNCULUS terminalis, uniflorus, longitudine ramorum, versus medium foliolo lineari-lanceolato, apice parum incrassatus, pubescens.

Flos magnitudine Anth. altissimae.

CALYCIS *foliola* ovato-lanceolata, glabra, margine fusca, interiora apice scariosa.

SEMINA alula membranacea, oblonga, ab altero latere coronata.

*Paleae* oblongae, subulatae, longitudine flosculorum, minime pungentes.

Affinis Anth. chiae, ut viderar, cum vero illa mihi ignota, quibus notis ulterius differt, afferte nequea.

## BUPHTHALMUM.

14. *ramosum*. BUPHTHALMUM foliis oppositis lanceolatis scabris enerviis denticulatis subciliatis, calycibus foliosis, caule hispido.

*Buphtalmum ramosum; foliis oppositis sessilibus, lanceolatis, serratis, caule hispido, ramoso; calycibus terminalibus, solitariis, obtuse foliosis.* FORSK.  
Descr. pag. 151.

CAULIS herbaceus, hispidus, ramosus.

FOLIA sessilia, lanceolata, punctis minutissimis scabra, remote denticulata.

PEDUNCULI terminales, cum ramulo ulterius excrecente, solitarii, uniflori, pollicares, hispidi.

FOLIOLA *calycina exteriora* radio parum breviora quinque vel 6 lanceolata, ciliata.

Radius suboctoflorus: *corollalis* tridentatis, purpureo-nervosis.

*Paleae* oblongae, apice subangulatae, nervosae, flexiles.

Facies Helianthi,

## HELIANTHUS.

12-13. *pa. bescens*. HELIANTHUS foliis oppositis ovato-cordatis amplexicaulibus villosis triplinerviis, caule piloso.

Habitat in America septentrionali. DN. LEE.

CAULIS herbaceus, erectus, bipedalis vel ultra.

FOLIA bipollicaria, tripollicaria obscure remote serrata, apice callo minuto fusco: utrinque villosa: juniora integerrima.

PEDUNCULUS ex apice ramorum superiorum, solitarius, uniflorus, apice villosotomentosus, adpersus foliis tribus distantibus, alternis, ovato-lanceolatis.

CALYCIS *squamae* erectae, longitudine disci, lanceolatae, pilosae, cinerae.

Radius 8 vel decapetalus.

## CENTAUREA.

CENTAUREA calycibus squama ciliatis, foliis radicalibus lyratis, impari maximo: 26-27. *alata*. caulinis linearibus semidecurrentibus.

*Centaurea alata*; calycibus ovatis glabris, squamis apice subscariosis, foliis virescentibus decurrentibus, radicalibus lyratis. LA MARK. Encycl.

*Centaurea alata*: calycibus ciliatis: squamis planis adpressis apice ciliatis, foliis caulinis oblongis decurrentibus. HORT. Kew. 3. pag. 259.

Habitat in Tartaria. THOUIN ex horto Parisino.

CAULIS herbaceus, erectus, teres, glaber, sulcatus.

FOLIA radicalia lyrata, pedalia, scabrinacula, venosa; laciniis lineari-lanceolatis, integerrima, extrema maxima, ovato-lanceolata. Caulina & ramea lineari-lanceolata, integerrima, semidecurrentia.

Pedunculi in summitate, subpaniculati, elongati, interdum bis divisi: pedicelli uniflori, superne parum incrassati, foliolo uno alterove adspersi.

CALYX ovatus: squamis ovatis, glabris, adpressis, apice submembranaceis, intimis sublaccris.

COROLLA flava: corollulis æqualibus.

CENTAUREA calycibus palmato-spinosis sessilibus, foliis inferioribus lyrato-pinnatis, superioribus dentato-sinuatis amplexicaulibus. 41-42. *capitata*.

*Jacea capite longis aculeis spinoso*. BAUH. Prodr. pag. 127.

*Jacea purpurea maritima capitulo spinoso Neapolitano*. RAY. Syl. stirp. extra Brit. pag. 150.

*Jacea maritima incana capite purpureo spinosa major*. BARREL. Ic. 1217. bona.

*Jacea tingitana centauroides, echinato capite villoso, ex unaquaque squama plurimis aculeis circulariter radiatis*. PLUKN. Aln. pag. 191. tab. 38. fig. 5.

*Calcitrapoides maritima, canescens, cichoriifolia, capite magno*. VAILLANT in Aët. Paris. 1718. p. 1. pag. 214.

*Centaurea capitata calycibus palmato-spinosis, foliis sinuato-dentatis, inferioribus petiolatis, superioribus semiamplexicaulibus*. CYRIL. Plant. rar. Neap. fasc. 1. pag. 24. cum iconc.

Copiose provenit ad littora maris Barbariæ æque ac Neapoli & ad Terracinam Italiæ in arenosis.

CAULES plures, in arenosis procumbentes, in locis a littore remotis erecti, pedales & ultra, sulcati, angulati, villosi, ramosi. Rami elongati, simplices.

FOLIA inferiora petiolata, bipollicaria, lyrato-pinnatifida: laciniis oblongis, obtusis, subdentatis, terminali majore, ovata, dentata, sæpe acuta. Ramorum semiamplexicaulia, pollicaria, oblonga, extrorsum latiora, dentato-sinuata, leviter arachnoidea: floralia 2-3 dentata, ultima arachnoidea, omnia dentibus mucronatis, subpungentibus.

FLOS terminalis, solitarius.

CALYX ovatus, arachnoideus, demum glaber: squamæ ovatae, flavescentes, apice spinis 5-7 patentissimis, sæpe reflexis, lateralibus sensim minoribus.

COROLLA purpurea. Corollula radii 5-fidi parum majores.

A Cent. romana recedit foliis non decurrentibus. An a Cent. sphærocephala diversa, cui certe satis accedere videtur? *Jacea maritima cinerea capite purpureo spinoso media*. BARREL. Ic. 235. hujus forte varietas.



44-45. *glo-* **CENTAUREA** acaulis, calycibus palmato-spinosis, foliis lyrato-pinnatifidis.

*mirata.*

*Centaurea acaulis.* FORSK. Descr. pag. 152.

**FOLIA** bipollicaria, lyrato-pinnatifida, hirsuta, scabriuscula: laciniis oblongis dentatis.

**FLORES** plures circiter 8, conglomerati, radici arcte adnati.

**CALYCES** ovati, arachnoidei: *squamæ* ovato-lanceolatae, apice spinis quinque, patentibus, flavis, fetaceis.

**COROLLA** flava.

An acaulis LINNÆI? sed illa juxta LINNÆUM gaudet calycibus ciliatis.

## CALENDULA.

1-2. *suffruti-* **CALENDULA** seminibus cymbiformibus muricatis incurvis: extimis protensis  
*cava.* erectis, caule suffruticoso, foliis subtus scabris.

Legi in montosis circa Portum Farinam Tuneti.

**CAULIS** basi frutescens ramosus, erectus. *Rami* teretes, adscendentes, alterni, simplices, spithamei & ultra, terminati in pedunculum, scabriusculi, villosi, basi arachnoidei.

**FOLIA** interiora copiosa, bipollicaria, sessilia, lineari-lanceolata, basi attenuata, obtusiuscula, remote dentato-subsinuata, margine villosa-albida, subciliata, subtus e punctis minutis elevatis scabra, præsertim in costa & ad marginem, supra leviora: *superiora* minora, dentibus utrinque geminis, remotiora.

**PEDUNCULUS** terminalis, erectus, aphyllus, bi- & tripollicaris, villosus, scabriusculus, uniflorus.

**CALYX** villosus.

**COROLLA & SEMINA** Calendulæ arvensis.

Affinis Cal. arvensi, distincta tamen duratione, foliis, scabritie & rigiditate.

## ARISTOLOCHIA.

*grandiflora.* **ARISTOLOCHIA** foliis cordatis, caule volubili subherbaceo, pedunculis solitariis: labio corollæ maximo, cauda longissima. Tab. XLVII. Sw. Prodr. pag. 126.

Speciosissimam plantam in Jamaica legit Dn. von ROHR.

**CAULIS** teres, volubilis, glaber.

**FOLIA** petiolata, tripollicaria vel ultra, lato-cordata, glabra, subtus glauca, venoso-reticulata, quinquenervia.

*Petiolus* sesquipollicaris. *Stipule* magnæ, pollicares, axillares, structura foliorum caulis, geminæ in alis floriferis, inferiore duplo majore.

**COROLLÆ** maximæ hujus generis, spithameæ, extus purpureo-venoso-reticulatae, intus maculatae. *Venter* obovatus, bipollicaris, sesquiunciam latus. *Tubus* erectus, sesquipollicaris, superne dilatatus. *Labium* palmare, spathulatum. *Cauda* dodrantalis, lanceolata, obtusa.

## L E M N A.

LEMNA foliis sessilibus obcordatis radicibus confertis.

*obcordata.*

Habitat in aquis Indiae Orientalis.

FOLIA vix unguicularia, antice supra late viridia, postice & subtus una cum radiculis purpurascencia: sulco longitudinali per medium folii antice bifurcato, ramo unico per singulum lobum ad apicem excurrente lobosque in duo quasi dividens.

## P H Y L L A N T H U S.

PHYLLANTHUS floribus axillaribus pedunculatis, foliis linear-oblongis, caule 2-3. *anceps.* suffruticoso compresso simplici.

Habitat in India Orientali.

CAULES plures, erecti vel ascendentes, spithamæi, compressi, basi teretes, glabri, linea utrinque decurrente, post casum foliorum denticulati.

FOLIA vix petiolata, alterna, unguicularia, basi apiceque minora, oblonga, interdum lanceolata, integerrima, obtusa, mucronata, avenia, subtus glauca.

PEDUNCULI axillares, solitarii, uniflori, capillares, folio breviores, patentissimi.

~~CAULES~~ glabra, globosa, semine Coriandri minor, trivalvis.

PHYLLANTHUS foliis pinnatis floriferis, foliolis ovatis acuminatis, floribus 5-6. *acuminatus.* axillaribus aggregatis, ramis superne petiolisque compressis.

Habitat Cajennæ. ROHR.

*Suffruticosus* glaber: ramis superne ancipitibus.

Foliola 12-14 in singulo petiolo, petiolata, pollicaria, remota, acuminata, mucronata.

Pedunculi plures, capillares, inæquales.

PHYLLANTHUS caule fruticoso, ramis virgatis, foliis pinnatis floriferis: foliolis *mimoides.* altero latere angustioribus.

*Phyllanthus mimoides*: caule fruticoso, ramis virgatis, foliis pinnatis, ramis floriferis. Sw. Prodr. pag. 27.

Habitat in Caribæis. FORSEITH.

Rami teretes, superne vellere ferrugineo.

FOLIA alterna: foliola numerosa, sessilia, alterna, semiunguicularia, æqualia, oblonga, latere inferiore angustiora, recta, superiore convexa; obtusa, mucronata, basi acuta, integerrima, subtus pallida, utrinque glabra. Petiolus compressus, striatus, dodrantalis & ultra, alternatim dentatus. Stipulae parvæ, binæ, laterales, ovato-acuminatæ, tertia sub petiolo universali eique adpressa, duæ longiores setaceæ ad basin singuli floris.

FLORES ex axillis foliolorum, plures: pedunculi capillares, inæquales, folio quadruplo breviores.

Phyl. embleica differt ramis glabris, foliolis angustioribus, basi rotundatis, latere utrinque æqualibus, subpetiolatis, petiolis villosis, tercibus.

## U R T I C A.

URTICA foliis oppositis cordatis, racemis geminis ramosis patentissimis.

*dioica.*

*Urtica dioica foliis oppositis cordatis, racemis geminis.* LIN. S. V. pag. 849.

6-7. *caudata*. URTICA foliis oppositis cordatis, racemis geminis simplicissimis longissimis.

*Urtica annua longius caudata vulgarissima lusitanica & Africana.* GRISLEY

Virid. Lusit. in Raj Syll. stirp. ext. Brit. pag. 392.

*Urtica Aegypti maxima.* HASSELQUIST Iter. pag. 486.

*Urtica dioica* β. LIN. Spec. Pl. pag. 1396.

*Urtica dubia.* FORSK. Catal. Plant. Arab. pag. 121. n. 544.

Copiosissime in ruderatis Tuneti vidi, ubi Urticam dioicam nostrae regionis nunquam observavi.

Habitu & variis sat affinis Urt. dioicae, at prima fronte diversa racemis spithameis, simplicissimis, erectis, foliisque multo maioribus, praeterea stipulis ovatis, nec, ut in Urt. dioica, lineari-lanceolatis. Si varietas, quod vix credo, certe maxime memoratu digna.

## THUJA.

*articulata*. THUJA strobilis tetragonis, quadrivalvibus frondibus compressis articulatis aphyllis. Tab. XLVIII.

*Cupressus fructu quadrivalvi, foliis Equiseti inflar articulatis.* SHAW. It. n. 188. fig. 188.

In montibus circa Hamamelif, montes Plumbcos & Schibel Ischel haud infrequenter inveni.

ARBUSCULA bi- f. 6 pedalis. Rami teretes, alterni, patentes, interdum divaricati.

Frondes basi teretiusculi, ramosi: rami oppositi, ramulosi, articulati: articuli unguiculares, ultimi & ramulorum sensum minores, superne parum dilatati, apice receptaculo excavato pro infescente articulo, utrinque linea exarati.

Folia nulla nisi squamulae vel denticuli circiter sex in apice articulorum, acutae, inaequales.

Amenta masculina terminalia in ramulis lateralibus, oblonga, semiunguicularia. STROBILI ex apice ramulorum lateralium, magnitudine Cupr. thyoidis, solitarii, tetragoni, quadrivalves, longitudinaliter dehiscetes. Valvula singula extus sinu longitudinali impressa, versus apicem denticulo horizontali ovato: latere interiore triquetra.

SEMINA 3-4 in singulo loculo, ala membranacea cincta.

Thuja cupressoides Lix. Mant. pag. 125, fide herbarii illustr. vix omnino diversa squamis imbricatis, strobilo triplo majore laevi. De Thuja aphylla Lix. vide supra pag. 48.

## CROTON.

*sebiferum*. CROTON foliis rhombeo-ovatis acuminatis planis glabris, glandulis subpetiolaribus.

*Croton sebiferum: foliis rhombeo-ovatis acuminatis integerrimis glabris.* LIN. S. V. pag. 863.

*nutans*. CROTON foliis rhombeo-ovatis acuminatis undulatis glabris, glandulis marginalibus.

*Croton nutans foliis rhombeo-subrotundis acuminatis undulatis glabris nutantibus.* FORST. Prodr. pag. 67.

Habitat

Habitat in societatis amicorum & novarum Hebridum Insulis.

Simile Crotoni sebifero, at folia minus acuminata, glandula non in petiolo ad insertionem foliorum, sed fere in ipso margine parum supra basin, spica elongata 2-3 pollicares, flores distincti.

CROTON foliis ovatis acuminatis ferrato-dentatis subhirsutis, basi supra uniglandulosis, caule fruticoso.

*Croton populifolium: foliis lato-ovatis acuminatis ferrato-dentatis subhirsutis, petiolis longitudine foliorum; racemis terminalibus erectis solitariis.* Sw. Prodr. pag. 101.

Rami glabri, cicatricati.

Folia petiolata, versus apicem approximata, late ovata, inaequaliter dentato-ferrata, utrinque pilis stellatis fulvis subhirta, pollicaria vel parum ultra, glandula ad insertionem petioli utrinque.

Petioli longitudine foliorum.

Racemus terminalis, erectus, sesquipollicaris. Pedunculus hirtus.

Calycis foemineorum foliolis lanceolatis, hirtis, dentato-incisis, dentibus glandulosis. Masculorum glabris, coloratis.

Germen hirtum.

CROTON foliis ovatis acuminatis integerrimis glabris, basi biglandulosis, subtus <sup>12-13. coccineum.</sup> coccineo-punctatis, racemis terminalibus.

Habitat in Zeylona. KÖNIG.

Rami teretes, cortice fusco, superne pulverulento-villosi.

Folia petiolata, bi- & tripollicaria, apice attenuata, basi subacuta, trinervia, utrinque glabra, subtus venoso-reticulata, punctisque minutissimis numerosis coccineis pellucidis subcolorata, glandula fusca utrinque ad insertionem petioli.

Petioli sesquipollicaris, teres.

Racemi terminales, solitarii, vel ex ultimis axillis conferti, bipollicares. Pedunculus flavo-ferrugineus, angulatus.

Flores subsessiles.

Styli reflexi. Germen albidum, coccineo-punctatum.

Capsula oblonga, coccinea.

CROTON foliis ellipticis laevissimis eglandulosis integris ferratisque obtusis, racemis <sup>12-13. laevigatum.</sup> terminalibus elongatis.

Habitat in Hainam. Dn. Dr. DAHL Ɪ.

Rami teretes, proliferi, superne pulverulento-squamosi, cinerei.

Folia petiolata, ad apices ramulorum congesta, bipollicaria & ultra, utrinque laevia, subtus pallidiora, membranacea, integerrima, vel remote obscure serrata; ferraturis obtusis, basi integerrima. Glandula minuta subtus ad latum petioli ad insertionem.

Petioli semiungicularis.

Stipulae subulatae, deciduae.

Pedunculus terminalis, erectus, striato-angulatus, tectus squamis farinaceis, spichamæus, c casu florum muricatus.

Calyx subhirsutus.

Stamina numerosa.

*aromaticum*. CROTON foliis cordato-ovatis scabris serratis, basi subtus margineque glandulis petiolatis, racemis terminalibus.

*Croton aromaticum foliis cordatis scabris subserratis petiolatis, caule arboreo.*  
LIN. S. V. pag. 864.

Rami ramulosi, teretes, e punctis minutis interspersis aliis majoribus scabri, superne tomentosi; pili stellati.

Folia petiolata, pollicaria, interdum sexpollicaria, patentia, subquinquenervia, inæqualiter serrata: juniora e pilis stellatis subtomentosa, præsertim subtus, acuminata; seniores subnuda, in venis tantum subhirta, subtus punctato-scabra, pallidiora, obtrusa: Omnia glandula petiolata, flava, cava, utrinque ad insertionem petioli subtus & passim ad marginem.

Petioli tomentosi, folio triplo breviores.

Stipule deciduæ, fetacæ.

RACEMI terminales, bipollicares.

Bractea fetacea ad basin pedicellorum.

Flores numerosi, sparsi, villosi.

CALYCES masculi foliolis ovatis.

Petala villosa.

STAMINA numerosa.

17-18. *betulinum*. CROTON foliis ovatis obtusis crenato-dentatis, supra punctato-scabris, subtus subhirsutis, racemis axillaribus.

Habitat in Insula St. Thomæ, Indiæ Occidentalis b.

Facies Betulæ.

Rami teretes, cortice purpurascente, apice tomentoso-incani.

Folia petiolata, unguicularia, inæqualiter crenato-dentata, supra adpersa punctis numerosis minutissimis elevatis, subtus pilis stellatis hirsuta, juniora cana, basi subtus utrinque glandula minuta pedicellata.

Petiulus folio brevior, filiformis.

RACEMI in apice ramorum, ramo ulterius excrecente laterales sunt, sesquipollicares, erecti.

FLORES parvi, hirti: *Fœminei* inferiores. Calyx pentaphyllus: foliolis linearibus, obtusis.

21-22. *gossypifolium*. CROTON foliis cordatis trilobis tomentosis, basi subtus biglandulosis, caule arboreo. Tab. XLIX.

Habitat in Insula Trinitatis. Dn. von ROHR.

Arbor procera: ramis teretibus, superne tomentosis, incanis.

Folia versus apicem ramorum congesta, petiolata, alterna, dodrantalia & ultra, triloba: lobis ovatis, acutis, intermedio elongato; vix denticulata, utrinque e pilis stellatis tomentosa, mollia, subtus albidiora, juniora incana.

Petiulus folio triplo brevior, subtus ad insertionem folii glandula utrinque minuta fusca sessilis.

RACEMUS terminalis, erectus, tomentosus, subspathamæus.

Flores copiosi, sparsi, masculi foemineis intermixti.

Germen hirsutum, incanum.

Styli 3, bipartiti.

## A N D R A C H N E.

ANDRACHNE procumbens herbacea. LIN. S. V. pag. 871.

*telephioides.*

*Limnium humile.* FORSK. Descr. pag. 79.

*Eracliffa hexagyna.* EJUSD. Lb. pag. 208.

## C R A N T Z I A.

CRANTZIA. Sw. Prodr. pag. 38.

*lavigata.*

RAMI tetragoni, glabri, uti tota planta.

FOLIA petiolata, opposita, pollicaria, oblonga, utrinque acuta, integerrima, mucronata, subcoriacea, rigida, supra venosa, venis in nervo longitudinali ante marginem desinentibus, subtus avenia, enervia.

Petiolus brevissimus.

RACEMULI axillares, oppositi, interdum gemini, brevissimi. Flores conferti, masculi & foeminei in eodem racemo: Bractæ ovatae ad basin singuli floris.

PEDUNCULI vix semipollicares, squamosi.

Masculi flores.

CAL. Perianthium tetraphyllum: foliolis ovatis, minutissime ciliatis, acutiusculis.

COROLLA nulla.

STAM. Filamenta quatuor, calyce parum longiora, linearia, erecta, compressa.

Anthera oblonga.

Foeminei flores.

CALYX Perianthium, ut in masculis, superum.

COROLLA nulla.

STAMINA nulla.

PISTIL. Germen oblongum, obscure trigonum: angulis stria exaratis. Styli tres vel 4or, lineares, erecti, extus convexi. Stigma longitudinaliter bilabiatum.

CAPSULA tri-vel quadrilocularis, e stylis persistentibus tri-vel quadricornis.

SEMINA duo in singulo loculamento, oblonga, trigona, extus convexa, nigra, nitida, arillata. Arillus chartaceus, semen torum laxè cingens.

## M Y R I C A.

MYRICA foliis lanceolatis ferratis subtus impunctatis, amentis globosis.

3-4 mon-  
tana.

*Buxus droica.* FORSK. Descr. pag. 159.

FRUTEX ramosus. Ramuli teretes, glabri.

FOLIA subpetiolata, pollicaria, angusto-lanceolata, utrinque attenuata, glabra, apicem versus ferraturis 5-6 minutis, argutis, approximatis.

FLORES glomerati in capitulo sessili, axillares, parvi, glabri.

CALYX tetraphyllus: foliolis minutis, lanceolatis.

COROLLA nulla.

Filamenta vix ulla. Antherae quatuor calyce longiores.

BACCA magnitudine seminis Piperis.

Habitus & fructus Myricæ, diversa vero uti Myrica Nagi THUNB. (vide GARTNER de fruct. pag. 191.) calyce tetraphyllo, an igitur a Myricis reliquis genere diiuncto removendæ?

## TRIPLARIS.

1. *Americana*. TRIPLARIS racemis terminalibus axillaribusque brachiatis.

*Triplaris americana*: caule arboresco, geniculato; foliis oblongis, integerrimis; spicis paniculatis, terminalibus. ROTTE. Diff. descr. plant. rar. Surin. pag. 5. t. 3.

*Triplaris americana mas*, spicis solitariis, axillaribus & terminalibus. ACRL. Pl. Gu. pag. 910. tab. 347.

*Triplaris americana spicis erectis terminalibus*. LIN. S. V. pag. 128.

Rami glabri, teretes, uti pedunculi universales inferne.

RACEMI sæpe pedales, brachiati.

PEDUNCULI partiales angulati, hirsuti, subsericei. Flores sparsi, copiosi. Pedicelli breves, bilineares, hirsuti. Bractea ovata inter pedicellum & pedunculum, ovata, acuta, concava, basi in tubum brevissimum connata, intus versus florem glabra, extus hirsuta, longitudine pedicelli & cum eo persistens.

Flores foeminei.

CALYX hirsutic sericeus, præsertim extus ad basin, intus minus, tubo urceolato: laciniis ternis, lanceolatis, erectis, cum fructu incrementibus.

Petala tria, linearilanceolata, calyce breviora, persistentia, utrinque in medio linea villosa.

Styli tres, adscendentes, superne crassiores, tuberculis minutissimis, lente-videntis, adspersi.

Germen ovatum, acuminatum. Styli tres.

CAPSULA triquetra, trivalvis, nuda; angulis compressis, acutis, lævibus.

Cum flores revera pedicellati nec sessiles, inflorescentia racinosa dicenda erit. Omnino dioica est; corpuscula enim illa, quæ in fundo calycis inferuntur & a variis nomine staminem insigniuntur, minime nomen Antherarum merentur, cum plana compressa membranacea sunt, etiam in floribus nondum explicatis, absque loculis & reliquis notis, quæ Antheris compatiunt, nec ullam filamentum adest, cum petalum tantum utrinque parum attenuatur. Calycem sexfidum esse, uti perhibet AUBLETIUS, nunquam invenit, nec in speciminibus Surinamensibus, nec in aliis a Dn. von ROHR, in Cajenna lectis; error forte est tam in figura quam in descriptione, quod non rarum in opere AUBLETIANO, uti sæpius observavit Cel. von ROHR, & ipse perecepi in variis plantis ab ipso AUBLETIO lectis.

2. *ramiflora*. TRIPLARIS racemis lateralibus simplicibus subsolitariis.

*Triplaris ramiflora*: racemis lateralibus aggregatis. LIN. S. V. pag. 128.

Misit Dn. von ROHR.

Rami teretes, glabri, cortice punctato, articulati, inferne aphylli, teneriores quam in præcedente.

FOLIA petiolata, tri- f. quadripollicaria, alterna, ovata, integerrima, acuminata, glabra, venosa, membranacea, absque lineis longitudinalibus ut in *Triplari Americana*.

RACEMI ad latera ramorum & ramulorum, interdum gemini. Pedunculus communis bipollicaris, villosotomentosus, patens, post casum florum squarrosus & pedicellis persistentibus. Pedicelli brevissimi, gemini, basi rarius 3-4. Bractea ovata, valde acuminata, basi cava, longitudine pedicellorum.

Flores

*Flores foeminei.*

CALYCIS *tubus* fructiferus oblongus, utrinque parum angustatus, basi villosus; *laciniae* 3 lineares, pollicares, obtusae, membranaceae, venoso-reticulatae, trinerviæ, superne vix pubescentes.

COROLLA petalâ 3, subulata, persistens, sulcis capsulæ immersa.

STAMINA nulla.

Styli ut in præcedente, at inferne villosi.

CAPSULA oblonga, acuminata, trigona, villosa, trivalvis; *valvula* dorso convexa, sulco exarata.

SEMINA tria, oblonga, attenuata.

## CLUTIA.

CLUTIA foliis cuneiformibus glabris, floribus lateralibus glomeratis hirsutis.

*hirta.*

*Clutia hirta foliis ovatis nudis integris, floribus lateralibus glomeratis hirsutis.*

Lin. S. V. 897.

Dedit Dr. BÜLOW.

FRUTEX ramosissimus; *ramis* teretibus, glabris, e casu foliorum tuberculatis, plerumque sparsis, interdum 3nis.

FOLIA petiolata, vix unguicularia, integerrima, venoso-reticulata, oblonga, basin versus parum angustata.

FLORES versus apicem ramorum & ramulorum, subsessiles, glomerati.

CALYX utrinque præsertim extus hirsutus, cinereus, pilis brevibus; *foliola* subrotunda, concava.

*Petala* quinque, oblonga, minuta, glabra.

*Filamenta* quinque, parum infra medium styli inserta.

STYLUS trifidus, hirsutis cinereo involutus.

CLUTIA foliis elliptico-lanceolatis, floribus lateralibus tomentosis.

2-3. *lanceolata.*

*Clutia lanceolata; foliis lanceolatis, integris, eglandulosis, subtus nudis.* FORSK.

Defcr. pag. 170.

Summa affinitas cum Clutia pulchella, at differt:

*Ramis* purpurascens, superne villosis-subcinereis.

FOLII lato-lanceolatis, bipollicaribus & ultra, subtus impunctatis, supra parum, sed vix nisi ad lentem.

CALYCIBUS villosis-tomentosis.

CAPSULIS impunctatis.

Ceterum FLORES *masculi* copiosi, aggregati, subpedunculati, in axillis. *Foeminei* subsolitarii, pedunculati.

COROLLA, STAMINA, PISTILLUM ut in Clutia pulchella.

## ANDROPOGON.

ANDROPOGON paniculæ spicis conjugatis ovato-oblongis rachi pubescente, flosculis sessilibus arista tortuosa. Lin. S. V. pag. 904. *schoenanthus.*

*Andropogon bicorne.* FORSK. Defcr. pag. 173.



22-23. *annulatum*. ANDROPOGON spicis digitatis plurimis, flosculis obtusis sessilibus aristatis, pedicellatis muticis, geniculis barbatis.

*Andropogon annulatum*; spicis ad apicem culmi confertis, alternis, floribus geminatis; aristato sessili hermaphrodito, pedicellato mutico inani. Forsk. Deser. pag. 173.

Ex India Orientali misit Dn. KÖNIGIUS.

Statura & summa affinitas Androp. ischoemi, ut facile eandem diceres. Differt autem geniculis valde barbatis, ligula membranacea nuda, nec vaginis ore pilosis; flosculi glabriores, glumis calycinis obtusis nec lanceolatis acutis.

## H O L C U S.

4-5. *nitida*. HOLCUS glumis unifloris villosis, floribus omnibus muticis.

Habitat in India Orientali.

CULMUS teres, erectus: *geniculis* barbatis.

FOLIA angusta, striata, vagina breviora: ultimum spathaceum, altitudine culmi.

*Vagina* fauce barbata.

PANICULA erecta. *Pedunculi* subverticillati, capillares, basi barbati, simplicissimi, triflori, interdum proliferi: *pedicelli* plerumque gemini, rarius solitarii.

Flos intermedius hermaphroditus, sessilis, laterales masculi pedicellati: omnes absque arista, ovato-lanceolati, compressiusculi, basi pilis fulvescentibus barbati.

GLUMÆ floris *hermaphroditi* fuscae, pilis fulvis adspersæ, præsertim margine & apice, medio glabriores, nitidæ. *Masculorum* villosæ, angustiores, acutiores, minime nitidæ.

Habitus Holc. halepensis, at omnibus partibus minor.

11-12. *redolens*. HOLCUS glumis trifloris, flosculis lateralibus masculis aristatis margine pilosis, intermedius subhermaphroditus muticus.

Habitat in terra del tuego. Prof. FABRICIUS.

CULMUS erectus, pedalis, glaber, vaginatus.

FOLIA longitudine culmi, involuta, subulata, striata.

PANICULA patula. *Pedicelli* filiformes.

CALYX lanceolatus, flosculis longior, sordide flavescens, nitidus: *gluma* altera major, longior.

FLOSCULI tres, duo laterales, sessiles, masculi, majores: *valvulis* exterioribus pubescentibus, præsertim versùs marginem, fusco-nitidis, parum infra apicem aristatis, oblique truncatis; *aristæ* longitudine valvula. Flos intermedius minor, muticus, lanceolatus.

STAMINA tria fertilia in masculis, sterilia in flosculo intermedio.

Facie omnino similis Holco odprato, differt vero foliis involutis, flosculis duplo maioribus.

## M I M O S A.

*acuticuli*. MIMOSA spinosa, foliis bigeminis obtusis, aculeis rectis.

*Acacia quadrifolia*, *siliquis cincinnatis*. PLUM. Ic. 4.

*Mimosa*

*Mimosa unguis Cati: foliis bigeminis obtusis.* LIN. S. V. pag. 914?

Figura PLUMIERII optime convenit cum mea planta, de nomine LINNÆANO vero, quamvis ad Mim. unguis cati figura PLUMIERII a LINNÆO citatur, dubito, quantum enim recorder, planta sub hoc nomine in herbario LINNÆI asservata, omnino a PLUMIERII diversa mihi videbatur.

MIMOSA spinosa, foliis bigeminis obtusis, aculeis recurvis.

7-8. mellifera.

*Mimosa unguis cati.* FORSK. Defor. pag. 176.

Similis omnino quoad folia Mim. unguis cati, at stuplo minora, legumina ensiformia compressa nec circinata, glandula ad basin petioli nec inter folia. Flores in speciminibus herb. FORSK. defunt.

MIMOSA inermis, foliis conjugatis: partialibus subbijugis lanceolato-ellipticis æqualibus, omnibus oppositis. *bigemina,*

*Mimosa bigemina inermis, foliis bigeminis acuminatis.* LIN. S. V. pag. 914.

Ex India Orientali institit Dn. KÖNIG.

Rami teretes, purpurascens, glabri, punctis elevatis adspersi.

Folia petiolata, alterna, remota: *partialia* bijuga, interdum trijuga. *Pinnæ* petiolatæ, oppositæ, bi- f. tripollicares, lato-lanceolatæ, glabræ, acuminatæ, membranaceæ, venoso-reticulatæ.

*Petioli* pariales divaricati: *glandula* in petiolo communi, ad basin partialium & inter singulum par pinnularum.

PANICULÆ laterales & terminales, sæpe semipedales. Ramentum ad basin pedunculorum partialium, pollicare, medio glandula sessili.

Flores polyandri.

LEGUMEN tortum, compressum, palmare.

MIMOSA spinosa, foliis bipinnatis bijugis, glandula inter singula, foliolis quinquejugis, spicis globosis pedunculatis. *33-34. titi- da.*

Habitat in India Orientali. KÖNIG.

Rami teretes, purpurascens, flexuosi, pubescentes.

Folia remota, brevissime petiolata, glaberrima, sesquipollicaria: *partialia* bijuga, extrema majora: *propria* interiora quadrijuga, exteriora quinquejuga; *pinnulæ* sessiles, vix unguiculares, interiores minores, oblongæ, latere interiori angustiores, basi obliquæ, mucronatæ, late virides, supra nitidæ. *Glandula* orbiculata, inter partialia sessilis, purpurascens, flavo marginata.

*Petiolus* pubescens, terminatus spinula rigida.

*Spinæ* stipulares, oppositæ, semiunguiculares, rectæ, patentissimæ, validæ, purpurascens, apice dilutiores.

*Pedunculi* axillares, gemini, longitudine foliorum, pubescentes.

Flores 8 ad 10 in singulo capitulo, polyandri.

MIMOSA spinosa, foliis conjugatis bipinnatisque bijugis, floribus umbellatis, leguminibus spiralibus. *33-34. umbellata.*

Habitat in Zeylona. KÖNIG.

Arborea. Rami teretes, glabri, punctati: *ramuli* breves, flexuosi, remoti, tuberculati, rugosi.

Folia in ramis remota, alterna: in ramulis approximata, subopposita vel terminalia. Omnia conjugata pinnata, vel bipinnata bijuga: *foliola* 8-10 jуга;

*pinnulae* oblongae, unguiculares, membranaceae, glabrae, mucronatae, intimae minores, parvis terminalis obovatae, basi altero latere obliquae. Glandula parva inter singulum par foliolorum.

*Spinae* stipulares, rectae, unguiculares, patentissimae, obtusae.

PEDUNCULI in ramulis, axillares, solitarii, sesquipollicares, folio breviores, filiformes, angulati, erecti.

*Flores* umbellati, 12 ad 16.

CALYX campanulatus, quinquedentatus.

COROLLA monopetala, calyce duplo longior.

FILAMENTA numerosa, longissima, monadelphae.

LEGUMEN involuto-spirale: junior pubescens.

45-46. *afak*. MIMOSA spinis ternis rectis, foliis bipinnatis trijugis, propriis 5jugis, glandula inter par infimum partialium.

*Mimosa Afak*. FORSK. Descr. pag. 176.

Rami purpurascens, glabri, flexuosi.

Folia plerumque gemina, bipinnata; *partialia* trijuga, extrema majora pinnata, interiora bi- f. trijuga, in secundo pari quadri- five 5juga; *pinnulae* ovals, vix semiunguiculares, interiores minores.

Petiolus pubescens, glandula sessilis inter par infimum.

*Spinae* stipulares, ternae, omnes rectiusculae, intermedia brevior.

Flores in Specimine desiderantur. Differt a mimosa Senegalensi LAMNÆ: ramis purpurascens, spinis omnibus rectis, foliisque paucijugis, non vero multijugis laevibus, nec petiolo aculeo recurvo terminato.

## ACROSTICHUM.

10-11. *ele-gans*. ACROSTICHUM stipitibus nudis apice dichotomis: lacinis inaequaliter fissis nervosis, spicis pinnatis spiculis revolutis. Tab. L.

Filicem pulcherrimam in Insula Trinitatis detexit Dn. von ROHR.

STIPES sesquipedalis, erectus, simplex, nudus, laevis altero latere convexo, altero canaliculato.

FRONS bis bipartita; *laciniae* singulae bipartitae, lanceolatae, extrorsum sensim latiores, multinervae, bifidae; segmentis 6 vel septies inaequaliter incisae, ultimae divisiones subulatae, semiunguiculares, spicigerae.

SPICAE solitariae, breves, pinnatae revolutae; *Spiculae* bifariae lineares, revolutae, hirsutae.

Globuli ab altero latere, serie duplici, interjectis pilis longis ferrugineis. Rachis extus glabra, laevis.

## CÆNOPTERIS.

*furcata*. CÆNOPTERIS fronde bipinnata: pinnulis immixtis furcatis, rachi compressa marginata BERG. in Act. Acad. Petr. pro Anno 1782. Petrop. 1786. pag. 249. tab. 5. fig. 1.

*Lonchitis bipinnata*: fronde bipinnata; rachi supra bifurcata; pinnis alternis; pinnulis linearibus, confluentibus, interioribus emarginatis. FORSK. Defcr. pag. 184.

*Adiantum Borbonicum*: frondibus bipinnatis, glabris; pinnulis oblongis, infima superiore bipartita, reliquis integerrimis. JACQU. Coll. 3. pag. 286. tab. 21. fig. 1.

Specimen FORSK. & quæ in herbario THOURNI vidi, gaudet stipite pedali, basi subpaleaceo. Pinnulæ lineares imis bifurcatæ: lacinia superiore interdum laciniis iterum bifurcatæ.

## POLYPODIUM.

POLYPODIUM frondibus bipinnatis: pinnis lunulatis ciliato-dentatis, stipite stri- *aculeatum*, gofo. LIN. S. V. pag. 937.

*Polypodium fetiferum*; fronde bipinnata; foliolis reniformibus: dentibus fetiferis; caule lanato. FORSK. Defcr. pag. 185.

POLYPODIUM frondibus supradecompositis pilosis: foliolis lanceolatis pinnatis: *spetuncæ* pinnis oppositis pinnatifidis. LIN. S. V. pag. 939.

*Polypodium crenatum*; fronde supra decomposita; pinnis alternis; secundariis pinnatis; foliis pinnatifidis, crenatis, ciliatis. FORSK. Defcr. pag. 185.

## FUCUS.

FUCUS caule filiformi ramofo, foliis lanceolatis ferratis, frutificationibus globosis *natans*, pedunculatis. LIN. S. V. pag. 965.

*Fucus denticulatus*; caule tereti, ramofo, foliis linearibus denticulatis; vesicis globosis pedunculatis. FORSK. Defcr. pag. 191.

FUCUS fronde filiformi simpliciter pinnata, caule filiformi tereti ramofo.

*Fucus fertularioides*. GMEL. Fuc. pag. 150. Tab. 15. fig. 4.

*50-51. fertu-  
larioides.*

*Fucus plumosus*; caule tereti, repente sursum, ramofo, ramis plumiformibus; foliis distinctis; vesicis nullis. FORSK. Defcr. pag. 190.

CAULIS filiformis.

FRONDES petiolaræ, pollicares, alternæ; inferiores interdum ramosæ: *rachis* filiformis. Foliola filiformia, bilinearia, opposita, conferta, bifaria.

Quamvis colore & patria a Fuco fertularioidæ GMELINÆ diversa, eandem tamen esse canfeo, cum nullum discrimen indagare queo.

FUCUS fronde filiformi ramofo undique fetosa spinulosa.

*spinosus.*

*Fucus spinosus*. GMEL. Fuc. pag. 161.

*Fucus acerosus*; caulibus teretibus, ramosis; ramis distichis, confertis; undique fetis filiformibus patentibus, vesicis foliisque nullis. FORSK. Defcr. pag. 190.



## Addenda &amp; corrigenda in prima parte hujus operis.

- Pag. 2. *Justicia fastuosa*; in Synon. LINNEANO adde post *Justiciam fastuosa*.
- 3. Linea 7 *hæc lege hæc*
- Ib. *Justicia bivalvis*; in Synon. LIN. post *Justiciam* adde *bivalvis*.
- Ib. Linea ultima *Just. triflora polyphyllum* lege *pentaphyllum*.
- 6. *Diantheræ calyculatæ* linea 2. Observ. B. Fasc. I. pag. 10. adde no. 6.
- Ib. Linea 4 dele 6.
- 28. *Amyris gileadensis*. adde *Bateffau* BRUC. It. pag. 16. e cujus figura & observatione apparet, *Amyrim gileadensem* gaudere foliis ternatis quinatisque. *Amyrim Opobalsamum* LINNÆI plantam non esse diversam ab *Am. gileadensi* haud incongruum existimo, *Opobalsamum* enim nunquam visum fuit FORSK. vel ipso LINNÆO ut liquet ex signo crucis *Opobalsamo* in Mantissa pag. 65. appposito, nec in herbario viri illustr. vel aliorum mihi obvium fuit. Verosimile mihi videtur, LINNÆUM plantam tantum secundum figuram Alpini assumisse, quæ quantum quoad habitum & fructum cum figura nostra *Am. gileadensis* convenit, facile animadvertitur. Delenda igitur erit, ut cenfeo, *Amyris opobalsamum* & nomen *Amyris gileadensis* sequens erit.
- AMYRIS GILEADENSIS foliis ternatis quinato-pinnatisque glabris pedunculis unifloris.
- 33. *Ochna*. linea ultima *paruit* lege *patuit*.
- 47. *Avicennia tomentosa*. adde *Rach.* BRUC. It. pag. 44. fig. mala.
- 52. *Ononis ferrata*. linea 1. *foliis superioribus* adde *ternatis*.
- 53. *Ononis vaginalis*. linea 8. dele *striata*.
- 54. *Hedysarum violaceum*. linea 1. *violaceum* lege *glumaceum*.
- 60. *Astragalus globiferus*. linea 1. *erectis scapis* lege *scapis erectis*.
- Ib. In observatione a reliquis *Astragalis* differt scapo nudo, imprimis florentia lege a reliquis *Astragalis* scapo nudo differt imprimis inflorescentia.
- 67. Linea 1. dele *lavis*.
- 70. *Tanacetum montanthos*. linea 1. *foliolorum* lege *foliorum*.
- 82. Linea ultima *ramis non radicanibus* dele *non*.

## Corrigenda in secunda parte.


- Pag. 12. linea 39. dele *in aliis autem* & lege *excrecente etenim pedunculo* &c.
- 22. *Bromus catharticus* linea 12. *valvulis corollinis*, *spiculis* lege *valvulis corollinis spiculisque*.
- 63. linea 3. *abracteatus* lege *bracteatus*.

## Index Tabularum partis primæ.

|          |                                                                                                            |
|----------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| Tab. I.  | <i>Justicia fastuosa.</i>                                                                                  |
| — II.    | <i>Festuca pungens.</i> a. Spica. b. Flosculi gemini magnitudine naturali. c. lente aucti.                 |
| — III.   | <i>Aristida plumosa.</i> a. Ramulus panicula magnitudine naturali. b. Flos calyce instructus auctus.       |
| — IV.    | <i>Salvadora persica.</i> a. Flos magnitudine auctus a latere visus. b. Corolla cum staminibus & pistillo. |
| — V.     | <i>Primula verticillata.</i>                                                                               |
| — VI.    | <i>Baobobthrys lanceolata.</i>                                                                             |
| — VII.   | <i>Asclepias laniflora.</i>                                                                                |
| — VIII.  | <i>Asclepias ferofa.</i> a. Folliculus.                                                                    |
| — IX.    | <i>Statice axillaris.</i> a. gluma & calyx lente aucta.                                                    |
| — X.     | <i>Statice cylindrifolia.</i> a. gluma cum calyce magnitudine aucta.                                       |
| — XI.    | <i>Amyris gileadensis.</i> a. Flores lente aucti.                                                          |
| — XII.   | <i>Arenaria filifolia.</i>                                                                                 |
| — XIII.  | <i>Delphinium aconiti.</i> a. Folium magnitudine naturali.                                                 |
| — XIV.   | <i>Phlomis moluccoides.</i> a. Involuerum. b. Calyx. c. Corolla.                                           |
| — XV.    | <i>Ruellia longiflora.</i> a. pars folii lente aucta.                                                      |
| — XVI.   | <i>Barleria longiflora.</i> a. Calyx. b. Capsula.                                                          |
| — XVII.  | <i>Carthamus dentatus.</i> a. Semen.                                                                       |
| — XVIII. | <i>Senecio auriculatus.</i>                                                                                |
| — XIX.   | <i>Buphthalmum graveolens.</i>                                                                             |
| — XX.    | <i>Acalypha ciliata.</i>                                                                                   |
| — XXI.   | <i>Jatropha variegata.</i>                                                                                 |
| — XXII.  | <i>Ficus populifolia.</i>                                                                                  |
| — XXIII. | <i>Ficus falcifolia.</i>                                                                                   |
| — XXIV.  | <i>Ficus palmata.</i>                                                                                      |
| — XXV.   | <i>Acrostichum australe.</i>                                                                               |


## Index Tabularum partis secundæ.

- Tab. XXVI. *Justicia polystachya*. a. Calyx. b. Corolla. c. Bractea dorsalis. d. Capsula  
matura Just. chinensis. e. Just. bivalvis. f. Dissepimentum bidentatum lamina  
exteriori valvulae ablata. g. Semen.
- XXVII. *Cynosurus paspaloides*. a. Spicula ope lentis aucta. b. Gluma calycina. c. Flosculi.
- XXVIII. *Lithospermum tinctorum*.
- XXIX. *Macrocnemum coccineum*.
- XXX. *Macrocnemum candidissimum*.
- XXXI. *Hirtella paniculata*.
- XXXII. *Tamarix articulata*. a. Pars ramuli magnitudine aucta. b. Pars spicae magnitudine  
aucta.
- XXXIII. *Arenaria procumbens*.
- XXXIV. *Rittera dodecandra*.
- XXXV. *Cistus arabicus*.
- XXXVI. *Unona discolor*. a. Receptaculum cum fructu. b. Fructu singularis magnitudine  
naturali. c. Receptaculum.
- XXXVII. *Ranunculus millefoliatus*.
- XXXVIII. *Antirrhinum dentatum*.
- XXXIX. *Ruellia macrophylla*.
- XL. *Acanthus ebraëteatus*. a. Calyx. b. Corolla.
- XLI. *Hedyfarum sericeum*. a. Calyx. b. Vexillum. c. Alæ. d. Carina. e. Legumen.
- XLII. *Hypericum alternifolium*.
- XLIII. *Hypericum arborescens*. a. Petalum. b. Latus interioris phalang. staminum. c.  
Latus exterioris. d. Pistillum.
- XLIV. *Scorzonera brevicaulis*.
- XLV. *Senecio delphinifolius*.
- XLVI. *Anthemis punctata*. a. Pars inferior folii magnitudine aucta. b. Corollula radii.  
c. Corollula disci. d. Semen ope lentis auctum. e. Palea.
- XLVII. *Aristolochia grandiflora*.
- XLVIII. *Thuja articulata*. a. Ramulus cum amento foemineo. b. Capsula aperta. c. Semen.
- XLIX. *Croton gossypifolium*.
- L. *Acrostichum elegans*. a. Spicula lente aucta.



*Fuchsia polystachya*





Tab. XXVIII.



*Scaevola verticillata*



Tab. XXX.




*Maioinimum cordifolium*



*Thurthallia paniculata.*






















Tab. XXXIX.



*Ruellia microphylla*





*Aconitum abrotanifolium*



*Medicago fereana*



*Hypericum alternifolium*





*Alnus incana* (L.) Desf.  
Fl. 22

Tab. XI




*Pisagonea brevinodis*






*Anthem. panchaba*








*Thiys articulata*

Tab. XLIX.



*Croton gossypifolius*



*Acroilechium elegans*



# SYMBOLAE BOTANICAE,

SIVE

## PLANTARUM,

TAM EARUM,

QUAS IN ITINERE, INPRIMIS ORIENTALI,

COLLEGIT

PETRUS FORSKÅL,

QUAM ALIARUM,

RECENTIUS DETECTARUM,

## EXACTIORES DESCRIPTIONES,

NEC NON

## OBSERVATIONES

CIRCA

QUASDAM PLANTAS DUDUM COGNITAS,

AUCTORE

MARTINO VAHL,

PROFESSORE REGIO. ACAD. IMP. NAT. CUR., SOCIETATIS AGRARIAE TAURINENSIS, PHYSICO.  
BOTANICAE ET GEORGOPHILOLORUM FLORENTINORUM, GEORGICAE TREIENSIS, SCIENTIARUM,  
QUAE VELITRIS EST, PHYSIOGRAPHICAE LUNDENSIS, SCIENTIARUM NORVEGICAE, STOCK-  
HOLMIENSIS, UPSALIENSIS, HISTORIAE NATURALIS HAUNIENSIS SOC. PHYS.  
JENENSIS SODALI,

---

### PARS TERTIA.

CUM TABULIS XXV AERI INCISIS.

---

H A U N I A E,

IMPENSIS AUCTORIS.

EXCUDERANT NICOLAUS MÖLLER ET FILIUS,  
AULAE REGIAE TYPOGRAPHI.

MDCCXCIV.

1794

V I R O

PERILLUSTRI, GENEROSISSIMO

J O S E P H O B A N K S,

B A R O N E T O,

P R A E S I D I

SOCIETATIS REGIAE SCIENTIARUM

L O N D I N E N S I S,

TERTIAM HANC

SYMBOLARUM BOTANICARUM

PARTEM

D. D. D.

A U C T O R.

## J A S M I N U M.

**J**ASMINUM foliis oppositis ternatis: foliolis ovatis obtusis, ramulis angulatis *angularis.*  
petiolisque villosis, pedunculis axillaribus trifloris. 3-4.

Habitat ad Cap. b. spei.  $\mathfrak{h}$

RAMI oppositi, teretes, cortice cinereo. *Ramuli* e lineis decurrentibus a basi  
petiolorum tetragoni, subhirti.

FOLIA petiolata. *Foliola* avenia, subtrinervia, glabra: *lateralia* unguicularia,  
terminale majus; omnia petiolata.

*Petioli* canaliculati, margine pilosi.

*Pedunculi* axillares, villosi, folio breviores, triflori. *Flores* pedicellatæ

CALYX campanulatus, 6. 7. dentatus: dentibus parvis, obtusis.

COROLLÆ. *Tubus* fere sesquipollicaris: *laciniæ* 6. vel 7., lanceolatæ, acutæ,  
tubo triplo breviores.

Affine J. azorico, diversum ramis angulatis villosis.

**J**ASMINUM foliis oppositis ternatis: ramulorum floriferorum simplicibus, calyci- *auriculatum.*  
bus angulatis ramisque teretibus pubescentibus. 3-4.

Colitur in hortis idolatrorum Malabaricæ. KÖNIG  $\mathfrak{h}$

RAMI teretes, uti folia superiora, petioli, pedunculi & calyces cinereo pube-  
scentes.

FOLIA petiolata, opposita; *ramorum* ternata: *foliolis* petiolatis, integerrimis,  
glabriusculis, excepta costa utrinque, planis, nervoso-subvenosis: intermedio  
bipollicari, ovato, lateralibus vix unguicularibus, oblongis, brevius petiolatis;  
*ramulorum* floriferorum pollicaria, simplicia, oblonga, pubescentia.

*Petioli* articulati.

PANICULA terminalis, bipollicaris: *pedunculi* trichotomi, fastigiati; interdum so-  
litarii, oppositi ex ultimis axillis, bistrifidi. *Bractea* linearis ad basin pedun-  
culorum, apice patula.

CALYGES 5-fidi, obovati, abbreviati, plicato-quinquangulati: *laciniis* obtusis.

COROLLA pollicaris, glabra. *Limbus* tubo duplo brevior: *laciniis* 6., linearibus,  
obtusis.

**J**ASMINUM glabrum, foliis oppositis ternatis, racemis axillaribus brachiatis, caule *flexile.* 3-4.  
scandente, ramis teretibus.

Habitat in India orientali  $\mathfrak{h}$

RAMI teretes, glabri, uti tota planta.

FOLIA petiolata, opposita, ternata: *foliola* petiolata, ovato-oblonga, acuminata, obscure simpliciter venosa, utrinque nitida, integerrima, subtus pallidiora, intermedium bipollicare, lateralia dimidio fere minora.

*Petioles* flexuosi, an cirrhosi?

RACEMI axillares, oppositi, patentissimi, brachiati, folio triplo longiores. *Pedunculi* parciales oppositi, patentissimi, uniflori vel triflori. *Flores* pedicellati.

*Bractea* linearis utrinque ad basin pedunculorum & pedicellorum.

CALYX campanulatus, dentibus 5-6 ovatis, acutis, minutis.

COROLLA sesquipollicaris. *Laciniae limbi* circiter septem, longitudine fere tubi.

*didymum.*  
3-4.

JASMINUM glabrum, foliis oppositis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus.

*Jasminum didymum: foliis oppositis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis.* FORST. prodr. pag. 3.

Dedit DN. FABRICIUS.

Frutex an scandens?

RAMI teretes, glabri.

FOLIA petiolata, ternata: *foliola* petiolata, bipollicaria, lateralia minora, glaberrima, obscure venosa, attenuata.

*Petioles* flexi, supra canaliculati, universales semipollicares.

*Pedunculi* axillares, solitarii, oppositi, longitudine petioli universalis, angulati.

*Pedicelli* oppositi, breves, indivisi.

CALYX campanulatus, obscure 5-dentatus, uti pedunculi, glaber: *denticulis* minutis.

*trinerve* 7. JASMINUM foliis oppositis simplicibus ovatis attenuatis trinerviis, pedunculis axillaribus subunifloris.

Habitat in Java b.

RAMI obscure tetragoni, glaberrimi.

FOLIA petiolata, opposita, bipollicaria, ovata, in acumen longum attenuata, glaberrima, trinervia: nervi superne evanescentes, subavenia subtus pallidiora.

*Petioles* vix semiunguiculares.

*Pedunculi* axillares, solitarii, oppositi, petiolo parum longiores, glabri, medio *bracteis* binis oppositis subulatis.

CALYX glaber: *laciniis* quinque, subulatis, tubo corollae dimidio brevioribus.

COROLLA pollicaris glaber. *Limbus* quinquefidus: *laciniis* lanceolatis.

8. *scandens*. JASMINUM foliis oppositis simplicibus ovato-oblongis attenuatis, paniculis brachiatis, laciniis calycinis seraceis reflexis.

*Nyctanthes scandens, glabra, ramis teretibus elongatis scandentibus foliis oblongo-cordatis, paniculis brachiatis axillaribus.* RETZ. obs. 5. p. 3.

Fruticosus, glaber. *Rami* teretes, scandentes. *Ramuli* ex singulis axillis solitarii, oppositi, simplicissimi, apice floriferi, longitudine foliorum, patentissimi.

FOLIA opposita, petiolata, patentissima, ovata, integerrima, plana, laevia, venis simplicissimis, bipollicaria & ultra. *Folia ramulorum* unguicularia, cordato-ovata.

PANICULA brachiata, ex apice ramulorum, brevis. *Pedunculus* brevis. *Pedicelli* brevissimi.

*Bractea*

*Bractææ* oppositæ ad basin pedunculorum & calycis, lineares, longitudine pedunculorum.

CALYCIS limbus planus: *laciniæ* 6-7, reflexæ, villosæ.

COROLLÆ limbus 6-7-fidus: *laciniæ* lanceolatæ, longitudine tubi. *Tubus* sensim ampliatus.

## OLEA.

OLEA foliis oblongis lanceolatis obtusissimis, racemis axillaribus simplicibus, *flor. cernui. 3-4.*  
ribus cernuis.

Habitat in Madagascar. DN. THOUIN.

RAMI teretes, glabri, cortice cinereo, punctis elevatis sparsis, apice compressifoli.

FOLIA petiolata, opposita, coriacea, lato-lanceolata, basi attenuata acuta, apice rotundata, sæpe emarginata, integerrima, glabra, lævia, avenia, coriacea, sesquipollicaria, margine reflexa.

*Petiolus* semiungicularis, subtus convexus.

RACEMI axillares, simplicissimi, petiolo parum longiores, 2. 3., interdum solitarii.

*Pedicelli* oppositi. *Bractæa* minuta, ovata ad basin pedicellorum, duæ aliæ lanceolatæ sub calyce.

FLORES cernui, Oleæ sativæ duplo majores.

OLEA foliis ellipticis, floribus racemosis apetalis.

*apetala. 3-4.*

Habitat in nova Zelandia b

RAMI inferne teretes, cortice cinereo-punctato, superne versus apicem alternatim compressi.

FOLIA opposita, petiolata, bipollicaria & ultra, patentissima, elliptica, utrinque acuta, integerrima, coriacea, glabra, avenia, enervia.

*Petiolus* unguicularis.

RACEMI axillares, oppositi, subsolitarii, simplicissimi, petiolo parum longiores.

*Pedicelli* oppositi. *Bractææ* nullæ nisi squamæ duæ oppositæ ovatæ ad basin pedunculi communis.

CALYX quadrifidus: *laciniis* minutis, acutis.

COROLLA nulla.

*Filamenta* brevissima. *Antheræ* divergentes.

OLEA foliis ellipticis acutis, bracteis perfoliatis: infimis cyathiformibus persistentibus, superioribus foliaceis magnis deciduis. *excelsa. 3-4.*

*Olea excelsa: foliis ellipticis integerrimis, racemis angulatis, bracteis perfoliatis: baseos cyathiformibus persistentibus; superioribus deciduis magnis foliaceis.*  
HORT. Kew. I. p. 14.

RAMI teretes, cortice cinereo, glabri, adspersi punctis elevatis: ramuli superne alternatim compressi, ut in omni olea: articulis basi angustioribus, superne parum dilatatis.

FOLIA opposita & alterna, petiolata, bi- & tripollicaria vel parum longiora, sesquipollicem lata, utrinque attenuata, integerrima, glabra, lævia, coriacea, avenia, subtus pallidiora, obsolete nervosa.

*Petiolus* unguicularis, supra planus, subtus convexus.

RACEMI axillares, oppositi, plerumque solitarii, rarius gemini, pollicares, simplices. *Pedunculus* e bractea cyathiformi bifida laciniis divaricatis, uti pedicelli, angulatus. *Pedicelli* oppositi, uniflori, longitudine corollæ. *Bractea* oblongæ, membranaceæ, concavæ, margine interdum villosæ, superiores majores deciduæ, infimæ quatuor persistentes. *Flores* Oleæ sativæ duplo majores.

CALYX minimus: *dentibus* obtusissimis.

COROLLA calyce quadruplo major, profunde quadrifida.

*Filamenta* fere nulla. *Antheræ* longitudine corollæ.

*Germen* conicum, acuminatum, antheris brevius.

## VERONICA

*macrocarpa* 10-11. VERONICA racemis subterminalibus erectis, foliis lanceolatis integerrimis glabris planis, caule fruticoso.

Habitat in nova Zelandia. Dedit Dn. Dr. DAHL ♀

RAMI teretes, glabri, articulati, cortice fusco.

FOLIA sessilia, quadripollicaria, lævia, avenia, enervia, margine plana, extrorsum attenuata.

RACEMI ex ultimis axillis, oppositi, longitudine foliorum: *pedicelli* alterni, copiosi, ad lentem subvillosi. *Bractea* linearis, minuta, obtusa, oculo armato subciliata.

CALYCIS *foliola* parva, lanceolata, acuminata.

COROLLA fere semiunguicularis. *Tubus* calyce duplo longior: *Limbi laciniae* oblongæ, obtusæ.

CAPSULÆ ovata, acuta, calyce triplo longiores.

Folia basi latiora quam in inflorescente.

*saëisifolia* 10-11. VERONICA racemis lateralibus nutantibus, foliis lanceolatis integerrimis, caule fruticoso. FORSTER. prodr. p. 3. n. 11.

Dedit Dn. Prof. FABRICIUS ♀.

RAMI teretes, glabri, cortice fusco, articulati, post casum foliorum annulati, crassitie pennæ anserinæ.

FOLIA opposita, 4. 5. pollicaria, sessilia, lanceolata, utrinque attenuata, subundulata, glaberrima, lævissima, avenia.

RACEMI axillares, oppositi, folio longiores, nutantes. *Pedunculi* teretes, glaberrimi, sesquipollicares. *Pedicelli* capillares, copiosissimi, plures ex eodem puncto: fructiferi reflexi. *Bractea* ad basin pedicellorum, subulata.

CALYX tetraphyllus: *foliolis* corolla brevioribus, æqualibus, subulatis.

COROLLÆ *tubus* calyce duplo longior. LACINIÆ *Limbi* lanceolatæ, acutæ.

CAPSULA oblonga, acuta, calyce duplo longior.

*parviflora* 10-11. VERONICA racemis subterminalibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris mucronatis, caule fruticoso.

Habitat in nova Zelandia. Dedit Dn. DAHL ♀

RAMI teretes, glabri.

FOLIA sessilia, approximata, pollicaria, rigida, lineari-lanceolata, lævia, apice plicato mucronata.

RACEMI

RACEMI ex ultimis axillis, oppositi, sesquipollicares. *Pedunculus* teres, brevis.  
*Pedicelli* oppositi, breves; *bractea* minuta ad basin singuli.  
 CALYX tetraphyllus: *foliolis* oblongis, obtusis, glabris, oculo armato subciliatis.  
 COROLLÆ *laciniæ* obtusæ.  
*Stylus* corolla longior.  
 CAPSULÆ ovales, calyce duplo longiores.

VERONICA foliis oblongis crenatis, caulibus repentibus calycibusque villosis.

*Veronica pratensis nummulariæ folio.* DILL. *giss.* nov. spec. p. 67.

*Veronica pratensis nummulariæ folio flore coeruleo.* PLUKN. alm. p. 384. tab. 233. fig. 4.

*Veronica tenella: repens foliis rotundis crenulatis, ramis breviter racemosis.*

ALLION. fl. ped. no. 272. tab. 22. fig. 1.

A *Veronica serpyllifolia* vix nisi caule superne calycibusque villosis differre videtur, diversa vero omnino a *veronica nummularifolia* GIOVANNI illustr. pag. 1. tab. 1. fig. 2. quam, quantum ex Speciminibus in Pyrenæis a me lectis, vix specie a *Ver. fruticulosa* LINNÆI differre, video. Synonymum PLUKN. loco incongruo allatum esse a GIOVANNI facile patebit e collatione figuræ ipsius GIOVANNI cum figura PLUKNETII.

*tenella*  
16-17.

## JUSTICIA.

JUSTICIA spicis terminalibus tetragonis, bracteis ovatis quadrifariam imbricatis *tetragona*  
 carinatis ciliatis, foliis crenatis glabris. 16-17.

E Cajenna misit Dn. von ROHR &

FRUTEX. *Rami* teretiusculi, glabri, oppositi.

FOLIA petiolata, subspathamæa, basi valde attenuata, per petiolum decurrentia, nervosa, obsolete venosa, apice parum attenuata, utrinque glabra, nisi in costa & venis majoribus, minime mollia.

SPICA terminalis, solitaria, sessilis, tetragona, tripollicaris, absque floribus crassitie pennæ anserinæ, imbricata. *Bractea* ovata, exteriores arcte imbricatæ, semiunguiculares, fusca, extus subconvexa, carinata, acuta, intus concava, margine villis minutis subciliatæ. Duæ aliæ ad basin singuli calycis, exteriori longiores, lanceolata, extus villis densissimis niveo-tomentosa, intus cava, glabra, pallida, apice, uti calyces, subferruginea. Rachis inter flores villis densissimis niveis tecta.

CALYX pentaphyllus: *foliolis* lanceolatis, bractea longioribus, striatis, glaberrimis, intimis duobus angustioribus.

COROLLA bilabiata. *Labium* superius bifidum: *laciniis* lineari-lanceolatis; inferiorius indivisum, lanceolatum.

STAMINA filamenta duo, corolla parum breviora. *Antheræ* geminae in singulo filamento parallelæ.

Germen oblongum.

Sub nomine *Justiciæ* pulcherrimæ JACQUINI misit optimus von ROHR, convenit quidem foliis corollisque, differt vero foliis subtus tactu non mollibus, spicis terminalibus solitariis, nec axillaribus binis vel quaternis, bracteis ovatis non vero subcordato-rotundis, antheris parvis glabris, minime vero maximis, dorso villosis; nec de tomento in bracteis interioribus & rachi quidquid monuit Auctor alias in plantis describendis exactissimus. Hisce permotus

tamquam novam describere malui quam sub nomine erroneo. A LINNÆI *Justicia pulcherrima* recedit ramis glabris, foliis minime subtus hirsutis molli canis, nec integerrimis ut in illius. Diversa certe est a *Just. pulcherrima* Symb. bot. pars 2. p. 14.

*coccinea*  
16-17.

**JUSTICIA** spicis terminalibus, foliis bracteisque ellipticis margine nudis, corollarum galea lanceolata apice reflexa.

*Justicia coccinea: floribus amplis spicatis; foliis ovato-oblongis acutis.* AUBL. fl. gu. pag. 10. tab. 3.

*Justicia coccinea: fruticosa, corollis bilabiatis; labio superiori indiviso, foliis bracteisque spicarum ellipticis acuminatis, antheris parallelis.* SMITH. lc. pictæ pag. 8.

E Cajenna nūc Dn. VON ROHR.

*Rohrii*  
36-37.

**JUSTICIA** spicis terminalibus compositis imbricatis pubescentibus, bracteis ovaris, foliis ellipticis integerrimis.

Habitat in Cajenna. Dn. VON ROHR.

CAULIS herbaceus (secundum Dn. V. ROHR) erectus, ramosus, tetragonus, superne tenuissime pubescens, subcanescens.

FOLIA petiolata, 6-8 pollicaria, pollices 2-3 lata, attenuata, utrinque acuta, nervosa, integerrima, glabra.

Petiolus bipollicaris.

SPICA terminalis, composita. Spicæ partiales breviter pedunculatæ, oppositæ.

*Pedunculi* pubescentes. *Flores* oppositi. *Bractææ* binæ, ovatæ, unguiculares, pubescentes, longitudine calycis.

CALYCIS *foliola* lineari-lanceolata, pubescentia.

COROLLÆ *labium superius* lineari-lanceolatum, indivisum: *inferius* trifidum.

STAMINA *filamenta* duo, indivisa. *Antheræ* geminæ in singulo filamento, una parum supra alteram posita.

## VERBENA.

*Forskålæi*  
6-7.

**VERBENA** tetrandra, calycibus fructiferis subrotundis rostrato-acuminatis reflexis, seminibus rotundatis rugosis.

*Phyrna* FORSK. Catal. plant. Arab. pag. 115.

CAULIS herbaceus, erectus, tetragonus, glaber.

FOLIA petiolata, caulina ovata, ramulorum oblonga: omnia scabra, substrigosa, obtuse ferrata, acuta.

RACEMI terminales, simplicissimi, pedales.

CALYCES *floriferi* patentissimi villosi, utrinque attenuati, breve pedicellari: *bractæa* setacea, longitudine pedicelli. *Fructiferi* reflexi, subrotundi, collo terminati, villosi.

SEMINA bina, coherentia, rotundata, compressa, rugosissima, rugis elevatis, lateribus exterioribus utrinque denticulis 2 vel tribus.

Maxime affinis *V. lappulææ*, sed robustior, caulis strictior, folia supra scabriora, serraturæ foliorum profundiores, semina non oblonga echinata, sed subrotunda dentata, latere exteriori convexa, apicibus inflexis. Calyce ad *Verbenam mexicanam* accedit, at semina non hispida.



## S A L V I A.

SALVIA foliis cordatis rugosis crenato-æqualiter ferratis acutis, calycibus glabris *tiliaefolia* 6-7.  
 usculis aristatis.

Misit amicissimus BELLARDI, patriam ignoro.

CAULIS herbaceus, erectus, strictus, villosusculus, tetragonus, angulis obrufis.

FOLIA petiolata, venoso-reticulata, rugosa, præsertim subtus, bipollicaria vel ultra, vix pubescentia, obtuse ferrata; ferraturis æqualibus.

Petiolus longitudine folii.

RACEMUS terminalis, palmaris.

Pedicelli verticillati, circiter 8. Bractæa subulatæ, deciduæ.

CALYX campanulatus, lineis 8 elevatis pilosis, bifidus: laciniis ovatis, acumina-  
 tis; inferior bifida, superior indivisa.

COROLLA calyce parum longior, carulea.

Differt a *S. serotina*, quam benevolentia Dn. Profess. MARSTIGLI ex horto Patavino habeo,  
 caule minus piloso, foliis non molliter villosis, latioribus, acutis, ferraturis æqualibus, li-  
 neis calycinis tantum pilosis, nec glutinosa-viscosis.

## O L A X.

OLAX. LIN. Flor. Zeyl. 34.

*zeylanica.*

RAMI e lineis decurrentibus flexuosis angulati, glabri, cortice viride-flavescenti,  
 colore fere ut in Visco albo, transversim tenuissime rugoso.

FOLIA petiolata, alterna, bi-f. tripollicaria, ovato-lanceolata, glaberrima, lævia,  
 sulco longitudinali supra in medio, tenuissime nervosa, vix venosa, obtusa,  
 integerrima.

RACEMI axillares, simplicissimi, folio breviores, plerumque solitarii, rarius ge-  
 mini. Pedunculi filiformes, post casum florum denticulati.

## X Y R I S.

XYRIS scapo sulcato angulato, foliis flexilibus, squamis obtusis.

*indica* 1;

*Kotsjiletti-pullu.* RHEED. mal. 9. pag. 139. tab. 71.

*Xyris indica.* LIN. fl. Zeyl. p. 14. fide herbarii HERMANNI.

SCAPI pedales, plures.

FOLIA interdum longitudine fere scapi vel parum breviora, inferne scapum va-  
 ginantia.

Filamenta tria. Antheræ lineares, emarginatæ, corpusculo penicilliformi  
 utrinque ad basin singuli Antheræ, uti jamdudum observavit RHEED. in Hort.  
 malabarico. l. c.

Folia nunquam tam lata vidi ut habet figura RHEEDI.

Aliam sub nomine *X. indicæ* misit Cel. KÖNIGIUS, in variis a supra descripta diversam, foliis  
 & scapo *X. americanæ* propinquirem, cujus descriptionem hic subjungo, aliis relinquens,  
 utrum nomen speciei mereatur nec ne.

FOLIA radicalia, basi dilatata, equitantia, rigidiuscula, subtilissime striata, linea-  
 ria, acuta, glaberrima, scapo 3-vel 4-druplo breviora.

SCAPI plures, erecti, pedales vel ultra, torti, laeves, minime striati, inferne semiteretes, superne magis compressi ancipites.

CAPITULA minora quam in *X. indica*, imbricata: *squamis* subrotundis, parum emarginatis, convexis.

CALYX: *squamæ* 3. duæ exteriores naviculares, inferne attenuatæ, 3ia subrotundata, marginibus conniventibus latis tenuioribus, florem nondum evolutum fovens, inclusa ab exterioribus, compressiuscula, brevior.

COROLLA tripetala? *Petalis* unguibus hyalinis, longitudine calycis. *Laminae* obovatæ, luteæ, patentes, denticulatæ.

FILAMENTA tria. *Antheræ* in fauce corollæ, apice tridentatæ, basi stipatæ corpusculis binis penicilliformibus longitudine antherarum, ope lentis hyalinis.

*Stylus* unicus, profunde trifidus: *laciniis* superne dilatatis, compressis, apice margine oculo armato denticulatis.

Differt sic a *Xyride indica* foliis angustioribus brevioribus, scapo ancipiti levi, antheris tridentatis. Convenit cum *X. americana* foliis & scapo, differt vero altitudine, num vero quoad flores diversa sit nec ne, asserere non audeo, cum specimen *X. americanae*, quod vidi, jam defloratum erat. Cum in plurimis floribus nunquam corollam separare potui in petala 3 absque dilaceratione, suspicor, petala inferne esse coherentia, nec perfecte distincta.

*Americana* XYRIS scapo ancipiti levi.

2.

*Jupicai* Pis. bras. 238. huc pertinet, minime ad *X. indicam*.

*Xyris americana* flore cæruleo, foliis setaceis. AUBL. fl. Gu. pag. 40. tab. 14. figura mala.

FOLIA linearia, rigidiuscula, scapo dimidio breviora.

SCAPUS non striatus ut in *X. indica*, superne compressus, palmaris.

*Squamæ* capituli oblongæ, concavæ, margine tenuiore membranaceo auctæ, apice emarginatæ cum mucrone subcalloso fuscescente intermedio, nunquam vero attenuatæ, ut habet figura AUBLÆTI.

## SCHOENUS.

*memorum*  
10-11.

SCHOENUS culmo triquetro folioso, corymbo terminali composito folioso.

*Bœra-Kaidu.* RHEED. Mal. 12. pag. 109. tab. 58.

Habitat in India orientali.

CULMUS erectus, pedalis & ultra, glaber, vaginatus.

FOLIA culmo duplo longiora, pollicem lata, glabra, carinata, trinervia, margine & carina retrorsum scabra.

CORYMBUS terminalis, compositus. *Pedunculus* communis triqueter, flexuosus: *partiales*, uti pedicelli, compressi, margine acuto scabriusculo, inferiores remotiores, superiores approximati, fastigiati.

*Spiculæ* tres in singulo pedicello, laterales brevissime pedicellatæ, intermedia sessilis, magnitudine vix seminis Tritici, fusco-ferrugineæ; fructiferæ globosæ, magnitudine piperis nigri. Folia ad basin pedunculorum partialium & pedicellorum; infima structura foliorum culmi corymbo longiores, insequentia sensim breviora, subulata. *Ochreæ* ferrugineæ, bifidæ, acutæ.

*Semen* subrotundum, obtuse mucronatum, rugosum, utrinque linea elevata.

Convenire videtur cum *Scirpo anomalo* RETZ., obs. fasc. grus. pag. 15. an diversus? Certe aliquid statuere non audeo, cum spicula in specimenibus a KÖNIGIO missis vel jam deflorata erant vel nimis immaturæ, hinc flores mihi ignoti. Ex auctoritate KONIGII ad Schoenum retuli.

## PHALARIS.

- PHALARIS panicula spicata tereti, calycibus obcordatis mucronatis. RETZ. obs. 4. *aspera*. pag. 14.  
*Typhagrostis gramen spicatum instar Linæ dentatum.* CUP. hort. Cath. secundum herbarium PETIVERIANUM.  
*Phleum viride spica cylindrica levi culmo erecto.* ALL. fl. ped. no. 2133. fide speciminis a viro cel. communicati.  
 PHALARIS panicula simplicissima, floribus muricatis: altero sessili. LIN. S. V. *sizanioides*. pag. 104.  
*Andropogon muricatum panicula contracta, spicis verticillatis, calycibus muticis muricatis.* RETZ. obs. 3. pag. 43.  
 Fide Herbarii LIN. non diversæ sunt. Rectius tamen ad Androp. refertur.

## AIR A.

- AIRA panicula spiciformi oblonga, glumis ciliatis, vaginis foliisque villosis. *pubescens* BARREL. IC. 45.  
*Gramen typhinum maritimum tomentosum, longius spicatum.* pag. 717.  
*Phalaris calyce divaricato, plano, ovato, ciliato, gluma florali interiori bidentata.* HALL. app. ad. SCHEUCH. Agrost. p. 60. n. 69.  
*Phalaris panicula ovato-cylindrica spiciformi, glumis ciliatis.* GERAR. fl. Gall. prov. pag. 77. tab. I.  
*Alopecurus littoreus.* ALL. fl. Peden. n. 2151.  
*Phalaris pubescens.* POIR. it. p. 140.  
 Legi passim in aridis arenosis Tunceti & Neapoli.  
 RADIX fibrosa.  
 CULMI plures, pedales, teretes, basi sæpe ramosi, inferne plerumque geniculati, infracti, 2-3-4 nodes; internodiis bi- & tripollicaribus, ultimo longiore, vaginis foliorum tectis: Rami simplicissimi, floriferi, culmo triplo breviores.  
 FOLIA attenuata, bi- & tripollicaria, subtilissime striata, utrinque pilis molliter villosa. Vaginæ striatæ, longitudine foliorum, villosæ, superiores glabriores.  
 PANICULA terminalis, villosa, primum oblonga, demum elongata, bipollicaris vel parum longior, crassitie digiti intermedi. Pedicelli brevissimi.  
 CALYCIS glumæ lanceolata, attenuata, flosculis longiores, carina margineque ciliata, sæpe villosa.  
 COROLLÆ geminæ, alter pedicellata, alter sessilis. Valvulae membranaceæ, hyalinæ; exteriores longiores, carinatae, carina viridi, ope lentis subciliatæ; interiores minores, apice bifidæ.  
 Arista parum infra apicem in valvulis exterioribus, brevissima.  
 Glumæ sæpe unifloræ in paniculis ramorum, raro in culmi.

# P A P P O P H O R U M. SCHREB. gen. Plant. pag. 787.

## CHARACTER ESSENTIALIS.

GLUMA bivalvis multiflora: VALVULIS corollinis exterioribus multiaristatis.

*alopeuroi-*  
*deum.* PAPPOPHORUM. Tab. LI.

Ad fodinas Insulæ Spanish Town Americæ legit Dn. v. ROHR.

CULMUS ramosus, 3. f. 4. pedalis, glaber, foliis vaginatus.

FOLIA convoluta, subulata, striata, culmo breviora, ultimum spathaceum.

PANICULA erecta, subspicata, saepe sequepedalis, facie Alopecuri monspeliaci.

CALYX: *glumæ* tri f. quadrifloræ, bivalves. *Valvulae* lanceolatae, attenuatae, in aristam brevem desinentes, altera parum brevior, longitudine flosculorum.

COROLLA bivalvis: *valvulae* lanceolatae: *exterior* concava, extus carinata, trifidcata, basi margine carinaque ciliata, apice divisa in *Aristas* 12. inæquales, calyce longiores, patentiusculas, rectas; *Valvula interior* longitudine exterioris, acuminata, indivisa.

FLOS unicus: inferior sessilis, hermaphroditus, reliqui masculi hermaphrodito parum minores, coeterum similes.

STAMINA *filamenta* tria.

*Germen* trigonum.

## P O A.

*cynosuroides.* POA panicula stricta pyramidalis, pedunculis patentissimis, spiculis dependentibus distichis. RETZ. obs. 4. p. 20.

*Uniola bipinnata*: *panicula subspicata, racemis pinnatis subtus imbricatis.*  
LIN. S. V. pag. 116.

*bromoides*  
34. POA subspicata, spiculis lanceolatis 25 floris; inferioribus breve pedicellatis, superioribus sessilibus, foliis bifariis involutis.

Habitat Limæ? Ex horto parisiensi habui.

CULMI infracti, glabri, vaginis foliorum recti.

FOLIA alterna, bipollicaria, striata, glauco-viridia.

*Vaginae* striatae, ore barbato, foliis breviores.

*Flores* in SPICA terminali, sesquipollicari, disticha, subsimplici.

*Spiculae* lanceolatae, compressae, glabrae, pollicares, 25 florum & ultra; inferiores pedicellatae, pedicellis bifloris, superiores sessiles.

COROLLÆ *valvulae* margine vix ciliatae.

## E L Y M U S.

*giganteus*  
12. ELYMUS spica erecta arcta spiculis, senis sexfloris villosis, calycibus subulatis glabris spicula longioribus.

Patriam ignoro, dedit Dn. SCHUMACKER.

CULMUS crassitie digiti intermedii.

FOLIA involuta, stricta.

SPICA sesquipedalis, inferne crassitie fere biunciali, superne attenuata, imbricata spiculis numerosis.

*Spicula*

*Spicula* 6, pollicares.

*CALYCIS valvulae* subulatae, spiculis parum longiores, glabrae, carinatae, intus cavae.

*Flosculi* distichi, 7; terminalis sterilis: *Valvula exterior* lanceolata, superne striata, ad medium villosa; *interior* linearis obtusa, intus planiuscula, extus cava.

*RACHIS* villosa.

## MATTUSCHKÆA.

MATTUSCHKÆA. SCHREB. gen. pag. 788.

*hirsuta.*

*Persea hirsuta.* AUBL. fl. gu. pag. 54. tab. 18.

Planta interdum digitalis, palmaris vel ultra, nunquam tamen tam gigantea ut pingere curavit AUBLÆTIUS, observante autopta Dn. von ROHR, qui plantam in Guiana legit & cum Dn. LUND communicavit.

CAULIS filiformis, erectus, saepe simplicissimus, uti tota planta hirsutus, præsertim calyces.

FOLIA fere Thyini serpylli, sessilia, opposita, acuta, avenia, obscure trinervia; infima minora, approximata, ovata; superiora oblonga, remota, trilinearia.

FLORES in capitulo terminali, sessili, magnitudine pisi.

CALYCIS *foliola* linearia.

SEMINA quatuor nuda, uti jamdudum observavit acutissimus Dn. JUSSIEU gen. pl. pag. 109.

## IXORA.

IXORA foliis subsessilibus lanceolato-oblongis, panicula terminali. Tab. LII.

*parviflora*  
1-2.

Habitat in India orientali 5

RAMI glabri, articulati, inferne teretes, superne compressi.

FOLIA brevissime petiolata, opposita, bi- & tripollicaria, glaberrima, supra nitida, venosa, integerrima, acuta.

Stipula utrinque brevis, acuminata.

PANICULA terminalis, palmaris, brachiata. Pedunculi partiales oppositi, remoti, folium parvum ad basin singuli, tripartiti, ramis iterum tripartitis: *pedicelli* ultimi fasciculati. Flores coccinei.

CALYX minutus, quadridentatus: *dentibus* obtusis.

COROLLA infundibuliformis, unguicularis. *Tubus* filiformis, apice parum crassior. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* linearibus, obtusis.

STAMINA corolla parum longiora.

Stylus longitudine tubi corollae, ad lentem pilis rarioribus adspersus. *Stigma* emarginatum.

Affinis I. coccinea, differt vero floribus quadruplo minoribus, in corymbis racemosis elongatis dispositis. Folia in *Ixora coccinea* sessilia nec amplexicaulia, variat laciniis corollae subovatis obtusis & lanceolatis acutis.

## PAVETTA.

PAVETTA glabra, foliis lanceolato-ellipticis, stipulis intus glabris, calycibus obfolete quadridentatis, floribus fasciculatis.

*alba.*

*Pavetta alba*: foliis oblongis utrinque acuminatis, umbellis terminalibus fasciculatis, calyce brevi acuto. LIN. S. V. pag. 153. fide herbarii HERMANNI.

*villosa* 1-2. PAVETTA ramis calycibusque villosis incanis, foliis lanceolato-ellipticis, floribus fasciculatis.

Habitat in Arabia felici. FORSK. 5

RAMI oppositi, tetragoni, articulati, dense villosi, incani; articuli ultimi compressiores.

FOLIA breviter petiolata, opposita, bi-f. tripollicaria, acuminata, basi attenuata, integerrima, juniora utrinque villosa, canescentia, adultiora supra fere glabra, nervosa, avenia.

STIPULA oblonga, obtusa, longitudine fere petioli, altero latere dehiscens.

CALYX quadrifidus, parvus, incanus.

COROLLA glabra, calyce quadruplo longior.

STYLUS superne versus incrassatus.

Fructum non vidi, potius tamen ad Pavettam quam ad Ixoram retuli, cum stipulatio, stylus & stigma ut in Pavetta indica.

*longiflora* 1-2. PAVETTA ramis glabris, foliis lanceolato-ellipticis, stipulis intus pilosis, calycibus quadrifidis, floribus fasciculatis.

*Ixora occidentalis*. FORSK. Catal. pl. Arab. pag. 105.

Stipulatio, stigma & fructus Pavettæ. Num varietas præcedentis sit nec ne, dubius hæreo.

Rami & folia omnino glabri, calyx non nisi oculo armato pilis aliquot minutis adspersus,

Corolla sesquipollicaris, coetærum similis. A Pavetta indica differt stipulis latere interiori pilosis nec glabris, floribus duplo majoribus, calycibus quadrifidis nec obsolete quadridentatis. Si varietas, ob calycem meliore jure cum P. villosa conjungitur.

## CALLICARPA.

*cana* 1-2. CALLICARPA foliis ovatis denticulatis per petiolum semidecurrentibus, subtus villoso-canis, paniculis dichotomis.

*Callicarpa cana*: foliis serratis subtus tomentosis. LIN. Mant. pag. 198. RETZII obs. fasc. 5. pag. 1.

*Callicarpa tomentosa*, foliis ovato-lanceolatis acutis serratis, subtus tomentosis albis, baccis parvis nigris distinctis. LA MARK. Encyclop: fide speciminis a viro Celeb. communicati.

*Callicarpa americana*. LOUREIR. fl. Cochinch p. 70.

Habitat in India orientali KÖNIG. 5

In editione Syst. Veger. MURRAYI omittitur hæc species, quæ a *Callicarpa lanata*, quam a reliquis speciebus hujus generis satis distincta.

A *Callicarpa lanata* differt ramis, foliis subtus paniculisque e villis copiosis incanis minime vero lana densa vestitis: foliis ad dimidium petioli decurrentibus non autem basi ovatis, junioribus supra tantum subrogosis non vero adultioribus, ut in illa: supra glaberrimis nec nervis incanis; nervis & venis subtus elevatis conspicuis, nec e tomento coopertis, denique denticulis marginis majoribus in omnibus foliis, nec ut in *Callicarpa lanata*, in aliis foliis nullis in aliis obsolete.

Facie ad *Callic. americanam* propior accedit, tomentum vero ramorum & foliorum in *Call. am.* fere pulverulentum, folia minora ferrata, ferraturis profundioribus, obtusiusculis, nec acute denticulata, paniculae parvae minus ramosae, ramis non divaricatis, flores majores, calyces glabriores, capsulae majores oblongae, conveniunt coeterum figura foliorum.

**CALLICARPA** foliis ovatis basi rotundatis integerrimis subdenticulatis, supra rugosis subtus ramisque lanato-tomentosis. *lanata.*

*Tomex tomentosa.* LIN. fl. Zeyl. pag. 24. fide herb. HERMANNI.

*Callicarpa lanata* (tomentosa S. V. p. 153.) *foliis integerrimis lanatis.* LIN.

Mant. p. 331.

RAMI, uti petioli, folia subtus & pedunculi, tomento densissimo recti.

FOLIA ovata, attenuata, 4-5 pollicaria, basi pollices tres lata, nervis supra villosis incanis, rugosa, integerrima vel extrorsum dentibus obscure dentata: dentibus acutis.

INFLORESCENTIA ut in reliquis.

**CALLICARPA** foliis lanceolato-ellipticis crenatis attenuatis, supra rugosis subtus *macrophylla* ramisque tomentoso-incanis. Tab. LIII. *2-3.*

Habitat in India orientali KÖNIG h

RAMI obscure tetragoni, uti petioli & pedunculi, tomento denso sublanato recti, ut in *Call. lanata*.

FOLIA petiolata, opposita, spithamea & ultra, saepe uncias tres lata, crenata, inferne versus integerrima, apice attenuata, basi obtusa, supra nervosa: nervis canescentibus, venoso rugosa, villis rarissimis minutis adspersa, subtus tomentosa, incana, tomento tenuiore quam in ramis, nervis elevatis venisque simplicibus obliquis inter nervos: juniora utrinque cana.

*Petioli* pollicaris.

PANICULAE axillares, dichotome-ramosissimae, oppositae, bipollicares: ramis divaricatis. *Pedunculus* universalis longitudine petiolorum.

*Bractee* ad ramificationes oppositae, lineares.

CALYX minutus, quadridentatus, incanus.

COROLLAE lacinae oblongo-subcuneatae, glabrae.

*Stamina* & *Pistilla* flore longiora.

Sub nomine *Callicarpae tomentosae* misit KÖNIGIUS, differt vero, ut ex descriptione patet, foliis lanceolato-ellipticis crenatis, nec ovatis integerrimis denticulatisque.

**CALLICARPA** foliis lato-lanceolatis utrinque glabris, superne serrulatis.

*Callicarpa longifolia: foliis longis lanceolatis, subdentatis utrinque viridibus, corymbis parvis axillaribus.* LA MARK. Encycl. *2-3.*

Habitat ad Mallacam. Dedit DN. LA MARK. h

RAMI obscure tetragoni, glaberrimi, laeves, articulati; geniculis margine villosis.

FOLIA petiolata, opposita, 4-6 pollicaria, sesquiunciam lata, glaberrima, venosa, plana, inferne integerrima, superne ferraturis minutis.

*Petioli* unguicularis.

PANICULAE axillares, oppositae, supradecompositae, solitariae, dichotomae: ramis divaricatis, subvillosis. *Bractea* lanceolata ad basin pedicellorum. *Flores* minuti.

**CALYX** truncatus, integer, glaber.

A *Callicarpa japonica* differre videtur: foliis majoribus, subtus non pallidioribus; paniculis dichotomis nec trichotomis.

*villosa* 4. **CALLICARPA** foliis oblongo-ovatis integerrimis, subtus venoso reticulatis villosis, racemis axillaribus, pedicellis multifloris.

Habitat in India orientali? Dedit Dn. Dr. DAHL.

RAMI obscure tetragoni, villosi, incani.

FOLIA petiolata, opposita, tri-vel quadripollicaria, uncias duas vel ultra lata, supra glabra, subtus venoso-reticulata, villosa, acuminata.

Pedunculi axillares, solitarii, oppositi, longitudine foliorum, superne pedunculis aliquot oppositis multifloris; flores brevissime pedicellati. Bractea linearis ad basin pedunculorum partialium.

**CALYX** quadridentatus, parvus, uti corolla, extus villosus.

**COROLLÆ** *tubus* calyce parum longior.

A reliquis dignoscitur pedunculis elongatis, nec brevibus dichotome ramosis. A *Call. integrifolia* JACQU. hist. pag. 15. differre videtur tubo corollæ multo brevioris, quam habet figura JACQUINI.

## B U D D L E J A.

*madagascariensis* 2-3. **BUDDLEJA** foliis ovato-lanceolatis, subtus tomentosis integerrimis, racemis terminalibus.

*Buddleja madagascariensis*: foliis ovato-lanceolatis petiolatis, subtus tomentosis, floribus racemosis terminalibus. LA MARK encycl.

Habitat in Madagascar. Dedit Dn. LA MARK ♀

RAMI superne obscure tetragoni, tecti tomento pallide ferrugineo, uti petioli, folia subtus, pedunculi, calyces & corollæ extus.

FOLIA opposita, petiolata, bipollicaria, patentia, attenuata, supra glabra venoso-rugosa.

Petiolus supra planiusculus, folio triplo brevior.

RACEMUS terminalis, basi ramo utrinque opposito, quinquepollicaris & ultra, erectus. Pedicelli oppositi, triflori. Flores sessiles, erecto-patentes.

Bractea utrinque linearis ad basin pedicellorum & alia ad basin singuli calycis.

**CALYX** subcampanulatus, quadridentatus.

**COROLLA** infundibuliformis. Tubo semiunguiculari. Laciniis limbi rotundatis, intus glabris.

Stylus versus apicem incrassatus. Stigma obtusum.

*salicifolia* 2-3. **BUDDLEJA** foliis lanceolatis extrorsum ferratis, subtus tomentosis, racemis terminalibus, pedicellis multifloris, floribus nutantibus.

Habitat in Bonaria? Dn. THOUIN. ♀

RAMI obscure tetragoni, articulati, superne tomentosi incani, inferne ætate glabri.

FOLIA opposita, sessilia, erecto-patentia, tripollicaria, unguem lata, utrinque attenuata, a medio ad apicem obtuse ferrata, inferne integerrima, margine parum



parum reflexa, supra glabra, subtus tomentosa, simpliciter venosa: venis glabrisculis: *Floralia* integerrima, sensim minora.

RACEMUS terminalis, spichameus, inferne foliatus. *Pedunculi* partiales oppositi, semiungiculares, multiflori. *Flores* pedicellati, subumbellati. *Bractea* linearis in pedicellis, uti pedunculi, calyces & corollae extus tomentosi.

CALYX quadrifidus: *laciniis* lanceolatis, obtusiusculis.

COROLLA calyce duplo longior, quadrifida: *laciniis* rotundatis, margine glabris. *Stylus* longitudine corollae. *Stigma* obcordatum, truncatum.

BUDDLEJA foliis ovalibus glabris integerrimis subrepandisque, corymbis axilla-  
ribus subquinquefloris. *diversifolia* 2-3.

*Buddleja indica*: foliis ovatis integris petiolatis subtus tomento ferrugineis, corymbis axillaribus brevissimis. LA MARK. Encycl.

Habitat in Java

FRUTEX RAMIS tetragonis, subdichotomis, glaberrimis, laevibus, cortice purpureo-ferrugineis, versus apicem villosa-ferrugineis.

FOLIA petiolata, opposita, interdum versus apicem dente uno vel altero obtuso remoto subrepanda, plerumque integerrima, glabra, simpliciter venosa, venis marginem haud attingentibus, sesquipollicaria, juniora ad apices ramorum villosa.

Petiolus bilinearis.

Pedunculi axillares, oppositi, longitudine petioli, apice floribus 4. 5. subsessilibus, uti bractae calyces & corollae ferrugineo-villosi.

Bractae subulatae, breves.

CALYX quinquefidus: *laciniis* subulatis.

COROLLA hypocrateriformis, calyce duplo longior. *Tubus* aequalis. *Laciniae* oblongae, obtusae, intus villosae.

Variat foliis rotundioribus, obtusioribus vel acutioribus.

## EXACUM

EXACUM floribus quadrifidis terminalibus, calycis foliolis ovatis, foliis lanceolatis trinerviis impunctatis. *pedunculatum* 1-2.

*Exacum pedunculatum*: floribus pedunculatis. LIN. Spec. pl. p. 163.

Habitat in India orientali. KONIG.

RADIX annua.

CAULIS erectus, palmaris, tetragonus, angulis acutis, ramosus, uti tota planta glaberrimus: *Rami* pauci, simplices, oppositi, caule breviores.

FOLIA opposita, sessilia, pollicaria, lanceolata, utrinque acuta, integerrima, laevia, trinervia.

Pedunculi ex apice caulis & ramorum, solitarii, uniflori, breves.

CALYX quadripartitus, tetragonus, *laciniis* ovatis, acuminatis, margine membranaceis.

COROLLA monopetala, subcampanulata, violacea, major quam in reliquis speciebus, persistens. *Tubus* longitudine calycis. *Limbi laciniae* lanceolatae, obtusae.

STAMINA: *filamenta* 4or, tubo inferne inserta. *Antheræ* lineares. *Limbo* parum breviores.

*Stylus* longitudine corollæ. *Stigma* incrassatum.

CAPSULA globosa, lævis, magnitudine piperis nigri, bilocularis. *Semina* minuta, numerosa.

Habitus fere *Chironiæ* trinerviæ, diversum vero magnitudine, corolla antherisque quatuor. Optime cum nostra planta convenit figura PLUKN. a LINNÆO in speciebus plantarum ad pedunculatum citata, nisi quod flores non lutei. Cum EXAC. albente haud bene conjunxit LINN. filius in Supplementis EXACUM pedunculatum Spec. pl.; omnimodo enim differunt. Totum Genus a *Gentianæ* vix nisi numero flaminum differre videtur.

*sessile* 2-3. EXACUM floribus quadrifidis lateralibus terminalibusque, capsulis nutantibus, foliis cordatis.

*Centaurium zeylanicum minus flore luteo.* HERM. Zeyl. 36.

*Exacum sessile: floribus sessilibus.* LIN. fl. zeyl. n. 61. & Spec. pl. pag. 163. exluso Synon. PLUKN.

Habitat Zeylonæ ad limites agrorum in sylvaticis solo fertili humidiusculo, minus frequens. KÖNIG.

RADIX annua.

CAULIS sæpe uncialis, simplicissimus, interdum palmaris vel parum ultra, superne semel vel bisbifidus, filiformis, erectus, tetragonus, uti tota planta glaber.

FOLIA sessilia, opposita, bilinearia, superiora vix majora, carnosæ, avenia, enervia, remota, obrusa.

Flores superne, subsessiles, axillares & terminales, interdum in dichotomia, folitarii, alterni.

CALYX quadripartitus: *laciniis* ovatis, carnosis, margine non membranaceis.

COROLLA subcampanulata, parva, alba. *Tubus* brevis. *Limbi laciniæ* oblongæ.

STAMINA 4or, tubo inferne inserta, vix longitudine corollæ.

*Stylus* longitudine corollæ. *Stigma* incrassatum.

*Capsula* breviter pedunculata, nutans, globosa, lævis.

Species a reliquis EXACIS omnino distincta, ut ex collatis specimenibus cum planta herbarii HERMANNI ab ipso LINNÆO determinata perpexi. Male igitur a LINNÆO filio in Suppl. ad EXACUM cordatum relatum, differt enim calycibus quadrifidis, foliolis obtusis margine non membranaceis, nec pentagonis striatis carinatis membranaceis, corolla aequè quadrifida, floribus lateralibus, nec quidquam commune habet cum *Chironia* trinervi. Restituendum igitur in Systemate vegetabilium. Synonyma *Gentianæ* exacoidis Spec. pl. ad EXACUM cordatum Suppl. pl. retulit LINNÆUS, an igitur EXACUM cordatum eadem planta cum *Gentiana* exacoides?

*Guianense* 3-4. EXACUM corollis quadrifidis, calycibus membranaceo-carinatis lævibus, foliis lanceolatis.

*Exacum guianense foliis connatis oblongis, acutis; floribus purpurascens.*

AUBL. fl. Guian. pag. 68. tab. 26. fig. 1.

E Cajenna Dno. LUND communicavit Dn. von ROHR.

Planta sæpe vix digitalis, caule simplicissimo vel subramoso, glaberrima.

CAULIS erectus, acute tetragonus.

FOLIA opposita, unguicularia vel parum ultra, lanceolata, attenuata, inferiora breviora, acuta.

*Pedunculi* terminales vel ex axillis supremis, solitarii, uniflori, brevissimi, angulati.

*CALYX* fere gentianæ exacoidis, tetraphyllus, tetragonus, angulis exstantibus membranaceis: *foliola*, ovata, valde attenuata absque striis obliquis ut in *E. sessili*.

*COROLLA* ut apud *AUBLETIUM*.

*EXACUM* floribus spicatis verticillato-ternis, foliis lanceolatis, caule simplici. *spicatum*  
*Coutubea spicata foliis ovato-oblongis, acutis; floribus albis.* AUBL. fl. Gu. 3-4

p. 72. tab. 27. fig. haud optima.

Cum insequente e Cajenna amico Dn. LUND misit Dn. VON ROHR.

*CAULIS* herbaceus, bipedalis, erectus, simplicissimus, interdum rami duo flori-feri ex ultimis axillis, obscure tetragonus, absque lineis decurrentibus, uti tota planta, glaberrimus.

*FOLIA* opposita, sessilia, remota, bipollicaria vel ultra, lævissima, simpliciter obscure venosa, attenuata, integerrima.

*SPICA* terminalis, erecta, pyramidata, fere spicamæa; flores verticillato-terni, copiosi. *Bractea* subulata, angustissima ad basin singuli calycis.

*CALYX* monophyllus, tubulosus, profunde quadrifidus: *laciniis* lanceolatis, valde attenuatis, longitudine tubi corollæ.

*COROLLA* monopetala, calyce duplo longior; deflorata persistens, marcescens; tubo cylindrico. *Limbus* ante explicationem tetragonus, attenuatus, apice spiritaliter convolutus. *Lacinie* lanceolatae, longitudine tubi.

*STAMINA filamenta* quatuor in medio tubi, longitudine corollæ, basi dilatata; marginibus superne subconniventibus.

*Antheræ* sagittatæ.

*PISTILLUM.* *Germen* superum, oblongum, acutum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* bilamellatum.

*CAPSULA* oblonga, unilocularis, bivalvis. *Semina* minutissima, numerosa.

Habitus florum omnino *Exaci*, nec ullam notam invenio, qua ab *Exaco* genere differt. Male in *AUBLETIO* pars inferior staminum seorsim sistitur tanquam pars distincta a filamentis. Nullum nectarium video, nisi fornicem velis e marginibus superioribus conniventibus filamentis.

*EXACUM* floribus subspicatis oppositis, foliis lanceolatis, caule ramoso.

*Coutubea ramosa: foliis angustis, acuminatis; flore purpurascens.* AUB. fl. Gu. *ramosum*  
pag. 74. tab. 28. 3-4.

Tota planta glaberrima.

*CAULIS* erectus, e lineis quatuor tenuissimis decurrentibus subtetragonus, ramosus: *Rami* oppositi, simplices.

*FOLIA* sessilia, opposita, pollicaria & ultra, angustiora & breviora quam in præcedente, lanceolata, utrinque attenuata, integerrima, subtus obscure venosa: *floralia* angustiora, inferiora calyce longiora, sursum versus sensim minora, suprema parva pedicellum vix æquantia.

*Flores* subspicati, oppositi, distantes. *Pedicelli* brevissimi, *Bractæ* duæ setaceæ ad basin calycis, adpressæ.

CALYX monophyllus, oblongus, quadrifidus; *laciniis* lanceolatis, attenuatis, margine membranaceis.

COROLLA monopetala. *Tubus* longitudine calycis. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, acutis.

STAMINA & PISTILLUM ut in antecedente.

CAPSULA bilocularis. *Semina* minutissima, numerosa.

## C I S S U S.

*vitiginea*. CISSUS foliis cordato-subrotundis lobatis subindivisisque villosis dentatis.

*Cissus*. LIN. Flor. Zeyl. 60.

*Cissus vitiginea: foliis cordatis subquinelobis tomentosis.* LIN. Spec. pl. pag. 170. exclusis syn. præter PLUKENETII.

RAMI villosi, superne incani, subtetragoni.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria, integra, versus apicem interdum subangulata, triloba vel subquineloba, nervosa, venosa, subtus villosiora, obruse inæqualiter dentata: lobus intermedius major; juniora utrinque tomentosa.

Petiolus unguicularis. *Stipulae* parvae, ovatae, membranaceae, deciduae.

UMBELLÆ pedunculatae, oppositifoliae, triradiatae, compositae: *pedunculi* longitudine foliorum. *Flores* incani, plurimi decidui: *pedicelli fructiferi* plerumque gemini, divaricati.

BACCÆ pyriformes, magnitudine pisi, glauco coerulescentes.

*repanda* 1-2. CISSUS foliis cordatis integris sublobatisve repandis utrinque glabris.

Habitat in India orientali.

RAMI teretes, flexuosi, articulati, tomentosi, ætate glabri.

FOLIA petiolata, bi-*f.* tripollicaria, latiora quam longa, cordata, firmiora quam in congeneribus, integra vel sublobata, nervosa, venosa, adultiora utrinque glabra, juniora villosa, repanda; crenis mucrone minuto terminatis, obtusissima, interdum acumine brevi obtuso terminata.

*Stipulae* ovaes, membranaceae, acutae, oppositae, semiunguiculares, deciduae.

*Pedunculi* oppositifolii; *radii* umbellae tres, dichotome ramosi. *Pedicelli* ultimi umbellati. *Squamae* villosae, brevissimae ad basin pedicellorum.

BACCÆ pyriformes, magnitudine pisi, stylo persistente mucronatae.

*latifolia* 1-2. CISSUS foliis cordato-ovatis villosis acuminatis fetaceo-ferratis, ramis tetragonis.

*Schumambu calli*. RHEED. mal. 7. pag. 21. tab. 11.

*Funis crepitans major*. RUMPH. amb. 5. pag. 446. tab. 164. fig. 1.

*Cissus latifolia*. LA MARK. Encyclop.

Habitat in India orientali  $\frac{1}{2}$

RAMI articulati, lignosi, uti petioli & pedunculi ferrugineo-tomentosi, praesertim superne, inferne ætate glabri.

FOLIA petiolata, alterna bi-*f.* tripollicaria, cordata, superiora plerumque basi oblique subtransversa absque sinu, adultiora supra glabra, subtus, uti juniora, villis ferrugineis praesertim in nervis subtomentosa, venosa, nervosa: nervis oppositis, acuminata, ferrata: ferraturis fetaceis.

Petiolus semipollicaris. *Stipulae* oblongae, laterales.

UMBELLÆ compositæ, pedunculatæ, folio breviores, quinquerradiatæ: *partiales* circiter octo. *Involucrum* nullum nisi villi ferruginei ad basin pedicellorum. BACCÆ pyriformes, glabræ.

CISSUS foliis cordato-subrotundis, ferratis.

*Sclanthus rotundifolius*; foliis cordato-orbiculatis, ferratis. FORSK. descr. <sup>rotundifolia</sup> 2-3.  
pag. 35. Ic. tab. 4.

FOLIA glabra, setaceo-ferrata.

UMBELLÆ racemosæ, oppositæ, multifloræ, quatuor circiter in singulo pedunculo communi, simplices. *Pedunculi* longitudine fere foliorum.

CISSUS foliis ternatis; foliolis subrotundis crenatis.

*Folium Cauffonis*. RUMPH. 5. pag. 450. tab. 166. fig. 2. *at folia nimis ovata & acuta.* <sup>crenata 7.</sup>

*Vitis trifolia*: foliis ternatis, foliolis subrotundis ferratis. LIN. S. V. p. 244.

RAMI villosi, uti petiolis folia juniora & pedunculi. Cirrhi oppositifolii compositi.

FOLIA petiolata, ternata: *foliola* petiolata, pollicaria: lateralia parva minora, altero latere angustiora; crenata: crenis remotis, mucronatis.

*Stipula* parvæ, oblongæ, obtusæ.

CYMÆ dichotomæ. *Pedunculi* oppositifolii, folio longiores.

CALYX minutus, quadridentatus.

*Petala* quatuor, fornicata.

*Nectarium* ut in congeneribus inter stamina & Germen.

*Filamenta* quatuor, corolla breviora.

CISSUS foliis ternatis ovatis obtusis ferratis glabris, ramis petiolisque teretibus.

*Tjori-valli*. RHEED. Malab. 7. pag. 17. tab. 9. <sup>carnosa 8.</sup>

*Funis crepitans trifolium*. RUMPH. amb. 5. tab. 165.

*Cissus carnosæ*. LA MARK. Encl.

Habitat in India orientali.

RAMI, sicuti tota planta, glabri, striati, teretes.

FOLIA petiolata, ternata: *Foliola* petiolata, ovata, carnosæ, obtusæ, ferrata, lateralia minora, pollicaria.

*Petiolus* communis longitudine foliorum.

UMBELLÆ universalis radii terni: partialis rami dichotomi divaricati.

*Pedunculus* universalis folio longior.

*C. trifolatus* differt ramis petiolisque membranaceo-alatis. *C. acida* dignoscitur foliis obovatis incis.

CISSUS foliis ternatis: foliolis obovatis integerrimis glabris.

In insula st. Crucis legit Dn. Rector West, qui cum multis aliis plantis ab ipso in America detectis hanc benevole communicavit.

CAULIS scandens cirrhis, glaber. *Cirrhus* oppositifolius, longitudine folii, bifidus.

FOLIA petiolata, alterna, ternata: *foliola* obovata, mucronata, glaberrima, membranacea, integerrima; lateralia minora, sessilia, intermedium petiolatum triplo majus.

*Pedunculi* axillares, folitarii, foliis longiores, glabri, trichotomi; ramulis trifloris: *floribus* pedicellatis.

*pedata* 10. CISSUS foliis pedatis: foliolis lanceolatis ferratis subrus tomentosis.

*Belutta-Tjori-valli*. RHEED. Mal. 7. pag. 19. tab. 10.

*Sambucus canadensis*. BURMAN. Ind. pag. 75. propter Synon. RHEEDII.

*Cissus pedata*. LA MARK. Encycl.

Habitat in India orientali.

RAMI tomentosi, incani.

FOLIA petiolata, pedata, 5. 6-7: *foliola* petiolata, tri-vel-4 pollicaria, inæqualia, lanceolata, attenuata, inæqualiter ferrata, acumine integerrimo, supra villosiuscula, subrus villoso-tomentosa, incana, nervosa.

*Petioles* tomentosi, incani, bifidi: *partiales* laterales ramosi, intermedius indivisus monophyllus.

CYMÆ dichotomæ, 5. vel sexies divise, incanæ. *Flores* parvi.

CALYX obscure quadridentatus, minutus.

COROLLA *petala* quatuor.

*Nectarium* margo germen cingens.

*Stigma* acutum.

## RUPALA.

*montana*. RUPALA. AUBL. fl. Guian. pag. 83. tab. 32.

E Cajenna misit Dn. von ROHR.

RAMI teretes, glabri, cortice fusco, & casu foliorum & pedunculorum cicatrati, tuberculati, aphylli; juniores foliosi & floriferi, ex apice ramorum præteriti anni, sæpe gemini, cortice cinerascens.

FOLIA petiolata, alterna, 4-5. pollicaria vel minora, elliptica, utrinque attenuata, nervoso-venosa, integerrima, utrinque glabra, supra nitida, subrus pallida.

*Petioles* subrus convexi, supra planiusculi. *Stipulae* nullæ. *Gemmae* parvæ sæpe geminæ, axillares, oblongæ, tomentoso-ferruginæ, rudimenta pedunculorum.

RACEMI ex axillis ultimis, folitarii vel gemini, pedunculati, tri-vel quadripollicares, villosi, basi villis ferrugineis vestiti, uti & axillæ pedicellorum. *Pedicelli* alterni, gemini. *Flores* semiunguiculares, basi, uti pedicelli cinerascens, superne glabri, ante evolutionem clavati. *Bractæ* nullæ.

CALYX nullus.

COROLLA quadridida? *Tubus* filiformis. *Lacinie limbi* lineares, patentes, extrosum parum dilatati.

STAMINA *filamenta* quatuor in medio tubi. *Antheræ* lineares, longitudine corollæ.

GERMEN superum, oblongum, attenuatum, villosum. *Stylus* unicus, indivisus, sursum versus parum incrassatus. *Stigma* simplex, obtusum.

Fructum non vidi.

*Flores* justo breviores & crassiores habet figura AUBLETII, nec filamenta brevia erecta in petalis horizontalibus vel stylos duos observante autogra Dn. von ROHR. Corolla mihi tantum videtur esse monopetala, forte quod maturitate ad basin usque dividitur. *Flores* om-

nino figura florum Embœthrii, diversa tantum, quod filamenta inferne petalis inferuntur, maxime affinis est & forte ejusdem generis vel certe proxima; cum vero fructus adhuc ignotus nil certi pronunciare licet.

## CAMPHOROSMA.

CAMPHOROSMA ramosissima, pedunculis ensiformibus dilatatis, bracteis cristatis. *pteranthus*.  
tis. LIN. S. V. pag. 166.  
*Louichea* L'HERETIER monogr. SCHREB. Gen. pag. 840.

## HELIOTROPIUM.

HELIOTROPIUM foliis lanceolatis obtusis semiamplexicaulibus, spicis ramosis, *amplexicaule* 12.  
caule fruticoso.

Habitat in Brasilia. THOUN 5

RAMI pilosi.

FOLIA alterna, bipollicaria, obscure repanda, basin versus parum angustata, utrinque pilis adpressis minutis viridi-canescencia, secundum nervos glabra, minime vero lineata, avenia, subtus nervosa. Rudimenta ramulorum ex axillis.

*Pedunculus* terminalis, pilosus, apice bis vel ter dichotome divisus.

COROLLÆ tubus calyce duplo longior, villis rarioribus adpersus.

Habitus Heliotropii peruviani.

HELIOTROPIUM foliis ternis alternisque lanceolatis subtus incanis, spicis terminalibus conjugatis. *ternatum* 10.

Habitat in India occidentali 5

RAMI teretes, e pilis parvis adpressis canescentes.

FOLIA brevissime petiolata, terna, in ramulis alterna, unguicularia, acuta, supra punctis albis quibus insident pili, scabra, tamen viridia, subtus e pilis copiosioribus incana, superne margine revoluta, basin versus plana.

*Pedunculus* terminalis, erectus, bifidus: laterales interdum spicis simplicibus.

*Bractea* linearis, longitudine calycis.

CALYCES pilosi.

COROLLA alba, major quam in congeneribus.

Facies Heliotropii suffruticosi, at folia latiora, forte tamen non nisi varietas, singularis tamen & memoratu digna, cum plura specimina ejusdem indolis ex India occidentali habui.

HELIOTROPIUM foliis pinnatis. *pinnatum* 11.

Habitat ad fretum magellanicum. DN. THOUN.

CAULIS erectus, herbaceus, simplex, basi subramosus, pedalis, crassitie pennæ anserinæ, villosus.

FOLIA petiolata, plurima radicalia; caulina pauca, alterna: omnia composita, ternata vel pinnato bijuga cum impari. *Foliola* alterna, lanceolata, acuta, molliter villosa, viridi-cinerascentia, integerrima, plana, nervosa: terminale bipollicare, basi altero latere plerumque brevius: lateralia subseffilia, unguicularia vel minora.

*Pedunculi* axillares & terminales. *Spicæ* indivisæ valde pilosæ. *Flores* conferti.

# E C H I U M.

*glabrum* 6-7. ECHIUM foliis lineari-lanceolatis supra glabris extrorsum subtus calloso punctatis, spicis alternis.

Habitat ad Cap. b. spei 5

RAMI sparsi, superne parum compressi, e villis adpressis tenuissimis subcinereo-purpurascentes.

FOLIA sessilia, firma, pollicaria, avenia, laxia, glabra, subtus versus apicem puncta nonnulla albida.

Spicæ ex axillis supremis, erectæ, paucifloræ, bipollicares. *Bractæ* ovato-lanceolæ, longitudine calycis.

CALYCES pilosi: *laciniis* lanceolatis, longitudine tubi corollæ.

STAMINA corolla longiora.

Diversa ab E. lævigato ramis villosiusculis, foliis angustioribus, margine minime callosis, calycibus pilosis, floribus minoribus.

*rosmarinifolium* 6-7. ECHIUM foliis petiolatis lineari-lanceolatis margine reflexis, subtus pilosis canescentibus.

Habitat in Cap. b. spei. Dn. BULOW 5

RAMI teretes, cicatricati, piloso-canescientes.

FOLIA sparsa, pollicaria, fere rosmarini, supra pilosa viridia, medio sulco exarata, scabriuscula.

Petiolus brevissimus.

RACEMUS terminalis, brevis.

CALYCIS *foliola* linearia, pilosa.

COROLLA subregularis, calyce dimidio longior.

*sphærocephalum* 7-8. ECHIUM foliis lineari-lanceolatis strigosis, capitulis foliariis terminalibus, ramis glabris.

*Echium capitatum.* LA MARK.

Habitat in Cap. b. spei 5

RAMI sparsi, inferne teretes, glabri, superne angulati, versus apicem villosi, e casu foliorum denticulati.

FOLIA lanceolata, brevia, vix unguicularia, sessilia, frequentia, subimbricata, subtus calloso-punctata, supra margineque strigis rarioribus absque punctis callosis.

CAPITULA terminalia, solitaria, breve pedunculata, globosa, pilosa.

Flores parvi subregulares.

Stamina corolla longiora.

*Echium capitatum* differt ramis pilosioribus, foliis triplo vel quadruplo longioribus, capitulis in ramis brevibus in corymbum fere collectis nec solitariis in ramis elongatis patentibus ut in *sphærocephalo*, denique calycibus pilis copiosissimis incanis, in *sphærocephalo* vero paucioribus magis distinctis. *Echio capitato* adde sequens Synonymum fide herbarii optimi BORMANNI.

*Echium hispidum* caule scabro, foliis lanceolatis, pilis albicantibus, hispidis, capitulo terminali corymboso. BURM. prodr. pag. 5.



## TOURNEFORTIA.

**TOURNEFORTIA** foliis subcordato-ovatis acuminatis glabris, spicis ramosis.

*Syringifolia*  
3-4.

In Cajenna legit Dn. von ROHR. Ex herbario Dn. LUND h

**RAMI**, uti petioli, costa foliorum utrinque, nervi subrus & pedunculi villosi.

**FOLIA** petiolata, alterna, bipollicaria, inferiora ramorum minora facie fere Syringæ vulgaris, nervosa, avenia, integerrima, glaberrima, nervis exceptis.

**Pedunculus** terminalis, erectus, dichotome pluries divisus.

**Spicæ** pubescentes, bipollicares, more generis reflexæ.

**Flores** alterni, approximati, seminaugulares vel parum longiores.

**COROLLÆ** extus subvillosæ: *Limbi lacinia* angustissima, subsetacea.

## CONVOLVULUS.

**CONVOLVULUS** foliis cordatis oblongis subhastatis tomentoso-sericeis, auriculis *lanuginosus* 5-6.  
dentatis, pedunculis trifloris, caule piloso.

Habitat in Oriente?

**CAULIS** herbaceus, volubilis, pallidus, pilis copiosis ferrugineis adspersus.

**FOLIA** breviter petiolata, pollicaria, basi cordata, hastata, tomento subferrugineo sericeo mollissimo testâ, acuta; auriculæ bidentatæ.

**Pedunculi** axillares, solitarii, tri-vel quadripollicares, apice pedicellis ternis, patentibus. **Pedicelli** pilosi, uti pedunculi. **Bractææ** geminæ ad basin pedicellorum, lanceolatæ & duæ similes in singulo pedicello laterali versus florem;

pedicellus intermedius brevior, ebracteatus.

**CALYCIS foliola** tria exteriora hirsutissima, ovata, acuminata.

**COROLLÆ** fere C. scammonia, flavescent, extus linea lanceolata pro singulo lobo limbi, purpurascens, flavo-villosa.

**Stylus** bifidus.

**CONVOLVULUS** tomentoso-sericeus, foliis lanceolatis sagittatis obtusis basi subdentatis, pedunculis bifloris. *incanus* 5-6.

Habitat in America. Dedit Dn. DAHL.

**CAULIS** volubilis, herbaceus, teres.

**FOLIA** sesquipollicaria, lanceolata, sagittata, apice rotundata, mucronata, inferne versus sensim latiora, basi dentato-subangulata; auriculis postice rotundatis.

**Petioli** folio quadruplo brevior.

**Pedunculus** longitudine foliorum, biflorus. **Pedicellus** alter brevior crassior, basi bibracteatus, alter longior medio bracteis binis setaceis.

**CALYCIS foliola** ovata, acuta: exteriora villosiora.

**COROLLÆ** extus villosa.

**Stylus** bifidus.

**CAPSULA** glabra, globosa.

**CONVOLVULUS** foliis lanceolatis: inferioribus emarginatis mucronatis, pedunculis unifloris, foliolis calycinis exterioribus semiovatis magnis. *emarginatus* 5-6.

*Convolvulus uniflorus*: caule volubili, foliis lanceolatis, pedunculis unifloris, bracteis duabus ovatis. BURM. fl. ind. pag. 47. tab. 21. fig. 2.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULIS volubilis, inferne radicans, sursum versus spinuloso-muricatus, superne pilis rarioribus minutis adspersus, lavis.

FOLIA crassiuscula, petiolata, avenia, glabra: inferiora sesquipollicaria, lanceolato-oblonga, emarginata, mucronata, basi acuta: superiora brevius petiolata, pollicaria, lanceolata, apice rotundata, mucronata.

Petioles inferiores folio parum breviores, supremi vix semiunguiculares.

Pedunculi solitarii, uniflori, supra medium *bracteis* duabus minutis, superne villosiusculi.

CALYCIS *foliola* glabra, tria exteriora semiovata, acuta, mucronata, longitudine corollæ, nervosa, vix unguicularia: duo interiora lineari-lanceolata, attenuata, longitudine exteriorum; Calyces fructiferi semipollicares.

COROLLA extus lineis quinque dense pilosis: pilis fulvis, nitidis.

Stigma capitatum.

CAPSULA glabra, calyce brevior.

Partem superiorem plantæ tantum delineare curavit Ccl. BURMANNUS calycemque haud bene exprimit figura.

*medium.* CONVOLVULUS foliis lineari-lanceolatis attenuatis acutis; basi dilatatis dentatis, foliolis calycinis sagittatis.

*Convolvulus medium: foliis linearibus hastato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunculis unifloris, calycibus sagittatis, caule volubili.* LIN. S. V. p. 200.

Ab insequente omnino diversus.

*filicaulis*  
6-7. CONVOLVULUS foliis lineari-lanceolatis obtusis mucronatis; basi dilatatis dentatis, foliolis calycinis oblongis.

In Guinea invenit Dn. ISERT qui semina Dn. von ROHR dedit unde plantam habuit Dn. LUND.

Maxime affinis Evolvulo tridentato.

CAULIS herbaceus, filiformis, volubilis, ramosus.

FOLIA brevissime petiolata, distantia, bipollicaria & ultra, lanceolata, integerrima, excepto basi, venosa, tenera, glaberrima, utrinque parum angustata, obtusa, mucronata, basi utrinque dilatata; *auriculis* dentatis: dentibus mucronatis, utrinque 3 vel quatuor.

PEDUNCULUS axillaris, filiformis, uniflorus, superne incrassatus. *Bractea* gemina, opposita, subulata, supra medium pedunculi.

CALYCIS *foliola* oblonga, mucronata, glabra.

Stigma simplex, obtusiusculum.

*angustifolius*  
6-7. CONVOLVULUS foliis linearibus hastatis obtusis mucronatis glabris; auriculis subintegerrimis, pedunculis unifloris.

Habitat in India Orientali.

CAULIS filiformis, volubilis, glaber, ramosus.

FOLIA petiolata, pollicaria vel parum ultra, glaberrima, obtusa cum mucrone brevi: auriculæ vix semiunguiculares, lanceolatae, acutæ, interdum rectæ, interdum parum reflexæ, plerumque integerrimæ, rarissime postice denticulo obscuro.

*Pedunculi* filiformes folio parum longiores, uniflori, medio *bracteis* duabus fere  
taceis brevibus.

*CALYCIS foliola* aequalia, oblonga, glabra.

*COROLLA* unguicularis, campanulata, glabra.

*Stigma* bifidum.

A. C. japonico THUNBERGII differt caule ramoso, foliis obtusis, lobis lateralibus vix semiu-  
guicularibus, calycis foliolis apice rotundatis mucronatis nec acutis.

**CONVOLVULUS** foliis lanceolatis hastatis acutis: auriculis postice unidentatis, *japonicus*  
caule simplici.

*Convolvulus: japonicus foliis hastatis lanceolatis: lobis lateralibus unidentatis,*  
*pedunculis unifloris, caule volubili.* THUNB. fl. jap. pag. 85.

**CONVOLVULUS** foliis hastatis glabris: auriculis dentatis, pedunculis multifloris *dentatus* 7-8.  
muricatis.

Habitat in India orientali. Dn. SCHUMACHER.

*CAULIS* volubilis, teres, glaber.

*FOLIA* petiolata, vix pollicaria; basi subcordata; lobo intermedio lanceolato, in-  
tegerrimo: lateralibus subrotundis, inaequaliter 4-vel quinquedentatis.

*Petiolus* filiformis, folio brevior, versus basin saepe submuricatus.

*Pedunculi universales* patentes, petiolo crassiores & parum longiores, uti par-  
tiales muricati, rigidi: *partiales* terni; intermedius uniflorus, laterales bi-  
triflori, floribus pedicellatis.

*CALYCIS foliola* oblonga, obtusa, mucronata, aequalia.

**CONVOLVULUS** foliis cordatis subintegris triloboque hastatis attenuatis: pedun- *bracteatus*  
culis unifloris, foliolis exterioribus calycis bracteiformibus. 8-9.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

*CAULIS* herbaceus, volubilis, adpersus pilis brevibus rarissimis.

*FOLIA* petiolata, bipollicaria, cordata, glabra, subtus venosa: lobo intermedio,  
lanceolato, attenuato, integerrimo, mucronato; lateralibus latioribus, sursum  
rotundatis, integris, vel extrorsum recluso-sublobatis: lobis subrotundatis.

*Petiolus* folio brevior, pubescens.

*Pedunculus* longitudine petioli, solitarius, uniflorus. *Bractea* duae parum infra  
calycem, oppositae, lanceolatae, acutae.

*CALYX* pubescens: *foliola* duo exteriora interioribus multo latiora, oblonga, ob-  
tusiuscula, nervosa, pubescentia: interiora ab exterioribus inclusa quasi inter  
bracteas binas, lanceolata, parum breviora.

*COROLLA* extus villosa, tenella sericea: *Limbo* quinquefido.

*Stigma* capitatum, bilobum.

Figura foliorum fere eadem ac in C. platanifolio, auriculæ vero non dentatae sed lateribus  
sinu obtuso reclusae, pedunculi uniflori nec bi-*f.* triflori, praecipue vero differt foliolis duo-  
bus calycis exterioribus latis.

**CONVOLVULUS** foliis cordatis villosis: basi angulato-sublobatis, pedunculis uni- *bicolor* 8-9.  
floris, foliolis exterioribus calycis bracteiformibus.

Habitat in India Orientali. Dn. SCHUMACHER.

*COROLLA* alba, fundo purpureo-violaceo, extus pilosa.

Bractea, calycis & corollae antecedentis, differt vero

CAULIS villosus.

FOLIIS basi cordatis, acutis, mucronatis, minime attenuatis, longitudine & latitudine fere aequalibus, inferne 1. 2. five subtrilobatis, utrinque villosis, subtus molliter villosis canescentibus, obscure venosis: junioribus sericeis.

PEDUNCULIS longioribus.

*plataniifolius* CONVOLVULUS foliis cordatis trilobis: lobis lateralibus dentato-angulatis, pedunculis subtrifloris calycibusque subaequalibus glabris.

8-9.

*Convolvuli forte species platani occidentalis folio.* PLUKN. alm. pag. 115. tab. 167. fig. 3.

*Convolvulus indicus vulgo patates dictus.* FEWILLÉE 3. pag. 16. tab. 11.

Habitat in America.

Totus glaberrimus, exceptis petiolis.

CAULIS teres.

FOLIA petiolata, bipollicaria & ultra, subtus glauco-viridia, nervis purpurascensibus picta: lobi lanceolati, intermedio longiore, latiore, integerrimo, acuminato: lateralibus angustioribus, attenuatis, inferne extrorsum utrinque auctis lobo minore, latiore, dente angulato, postice rotundato.

Petiolus folio brevior, pilis rarioribus oblitus.

Pedunculi solitarii, folio breviores; inferiores triflori, intermedii biflori, supremi uniflori, superne incrassati: pedicelli vix semiunguiculares.

CALYCIS foliola oblonga, submembranacea, seta terminata.

STIGMA capitatum.

A Convolv. Batatas omnino differt caule glabro, figura foliorum.

*acuminatus* CONVOLVULUS foliis cordatis trilobisque attenuatis, pedunculis elongatis multifloris calycibusque glabris.

8-9.

Habitat in Insula St. Crucis. DR. WEST.

CAULIS volubilis, ad lentem adpersus pilis rarioribus adpressis minutis.

FOLIA petiolata, quadripollicaria, basi pollices tres vel ultra lata, cordata, triloba, vel integra, glaberrima, nervosa, subtus parum pallidiora, in acumen longum attenuata, acuta, integerrima: lobi laterales lanceolati, intermedio ovato, attenuato.

Petiolus folio longiores.

Pedunculi axillares, longitudine petiolorum. Flores circiter quinque, alterni.

Pedicelli sesquipollicares, sub flore parum crassiores. Bractea ad basin singuli pedicelli, lanceolata, attenuata, tenuissime nervosa, glabra.

CALYCIS foliola lanceolata, attenuata, pollicaria, tenera, tenuissime nervosa, glaberrima, interiora duo parum breviora.

COROLLA magna, campanulata, purpurea, fundo pallido: radiis quinque lanceolatis, attenuatis, ad marginem excurrentibus, pallidioribus.

Stigma capitatum.

*maximus* CONVOLVULUS foliis cordatis attenuatis pedunculisque multifloris glabris, caule piloso.

14-15.

*Tiru-Tali.* RHEED. mal. 11. pag. 109. tab. 53.

*Convolvulus maximus*: foliis cordatis ovatis acuminatis integerrimis glaberrimis, caule petiolisque glaberrimis. LIN. Suppl. p. 137. propter Syn. RHEEDII. CAULIS volubilis, crassitie fili emporetici, pilosissimus, praesertim ad folia: pilis longis, raris.

FOLIA pollicaria & ultra, petiolata, glaberrima, simpliciter venosa, subtus glaucescentia, attenuata, mucronata.

Petiolus folio brevior.

Pedunculus, 4-vel 8-florus, foliis triplo longior, crassitie aequali: pedicelli vix semiungiculares, incrassati, basi bracteis minutis.

CALYX glaber: foliolis oblongis, apice rotundatis.

COROLLAE tubus pollicaris.

Stigma capitatum.

Exacte convenit cum figura horti Malab. citata, nisi quod folia superiora triangulari-hastata in speciminibus meis desunt. A LIN. Conv. maximo recedit caule piloso, forte quod hirsutiem cultura deponit.

CONVOLVULUS foliis cordatis acuminatis, pedunculis filiformibus unifloris ca- obscurus  
15-16.  
lycibusque glabris, caule hirsutissimo.

*Convolvulus obscurus*: foliis cordatis indivisis, caule subpubescente, pedunculis incrassatis unifloris, calycibus glabris. LIN. Spec. pag. 220. LIN. Pflanzen Syst. Tom. 5. pag. 525. tab. 42. fig. 1.

Habitat in India Orientali. Dedit DN. BURMANN.

CAULIS herbaceus, volubilis, hirsutiae molli densa tectus.

FOLIA pollicaria, glaberrima.

Petiolus filiformis, folio longior, glaber.

Pedunculus axillaris, solitarius, folio duplo longior, filiformis, superne versus bractea duae minutae, sub flore parum incrassatus.

Calyx parvus: foliolis acutis, glabris.

COROLLA pollicaris, calyce multo major, glabra.

Stigma capitatum.

Conferat planta nostra cum descriptione C. obscuri spec. plantarum & ab omnibus reliquis Convolvulis differt, ideoque mirum, quod in Systemate Veger. omittitur. Figura Hout. TOURN. bona quoad folia, flores vero justo minores depicti sunt.

CONVOLVULUS foliis cordatis subtus villosiusculis, pedunculis bifloris. gemellus  
15-16.

*Convolvulus gemellus*, caule volubili, foliis cordatis glabris, pedunculis bifloris.

BURM. fl. ind. p. 46. tab. 41. fig. 1.

Habitat in Java. Dedit DN. BURMANN.

CAULIS volubilis, tener, superne pubescens.

FOLIA pollicaria, exquisitè cordata, obscure septemnervia, parum acuminata, obtusa cum mucronulo, supra ad lentem rare villosa, subtus pallidiora, villosiora.

Petiolus longitudine foliorum.

PEDUNCULUS longitudine petioli, superne incrassatus, biflorus rarius uniflorus: pedicelli pedunculo parum breviores, alter brevior, crassior, ebracteatus, alter tenerior, medio bibracteatus, maturitate reflexi.

CALYCIS foliola oblonga, obtusa, oculo armato vix pilosa, fructiferi glabra.

COROLLA pollicaris, campanulata, calyce sexies major, glabra.  
*Stigma* capitatum.

*striatus*  
 15-16.

CONVOLVULUS foliis cordatis attenuatis glabris, pedunculis folio longioribus subquadrifloris, corollis glabris extus striatis.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, volubilis, pubescens, teres, tenuis.

FOLIA petiolata, bipollicaria, remota, cordata, integerrima, attenuata: acumine rotundato, mucronato, utrinque glabra, excepta costa, simpliciter venosa.

Petiolis longitudine foliorum, pubescentes.

Pedunculi solitarii, pubescentes, folio longiores, tri- vel quadriflori: *pedicelli* terni: laterales geniculati, alter saepe biflorus: intermedius brevior, parum crassior, ebracteatus. *Braectæ* geminae ad geniculum in pedicellis lateralibus versus medium, oblongæ, concavæ, parvæ, villosæ, deciduæ.

CALYCIS *foliola* oblonga, obtusa, æqualia, concava, duabus exterioribus villosis subcanescentibus.

COROLLA campanulata, calyce dyplo longior, alba, fundo fusco-purpurascens, superne radiis quinque lanceolatis dilutioribus ad marginem excurrentibus striis quinque saturatioribus pictis.

*Stigma* capitatum, bilobum.

*Guianensis*  
 15-16.

CONVOLVULUS foliis cordato-ovatis, subtus calycibusque tomentosis, pedunculis elongatis, floribus corymboso subcapitatis.

*Convolvulus guianensis: foliis oblongis, hirsutis, e viridi cinereis floribus parvis in capitulum collectis.* AUBL. fl. gu. pag. 136. tab. 52.

E Cajenna misit DR. VON ROHR.

CAULIS volubilis, rami teretes, purpurascens, villosi, scabri.

FOLIA petiolata, bipollicaria & ultra, integerrima, avenia, nervosa, supra ad lentem subvillosa, subtus villis densissimis mollissima.

Pili undique in panta sicca ferruginei.

Petiolus folio dimidio brevior.

Pedunculus axillaris, spithameus, teres, villosus, scaber, apice floriferus. *Pedicelli* brevissimi, ramosi, fastigiati. *Folium* utrinque lanceolatum ad basin capituli. *Braectæ* lineares, longitudine calycis.

CALYCIS *foliola* lineari-lanceolata, piloso-tomentosa, uti *braectæ*.

COROLLÆ lobi acuminati.

*Stigmata* duo reflexa.

*capitatus*  
 15-16.

CONVOLVULUS hispidus, foliis cordato-ovatis, floribus capitatis.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

Totus hispidus, præsertim rami superne, involucri & calyces: pili longi, distincti, punctis minutis insidentes, fordide albi.

CAULIS volubilis, herbaceus, scaber.

FOLIA petiolata, cordato-ovata, bi- & tripollicaria, acuta, integerrima, ciliata, subtus pallidiora, obscure nervosa.

Petiolus folio parum brevior.

*Pedunculi* axillares, solitarii, foliis parum breviores, absque geniculo. *Flores*  
 quinque, in capitulo aggregati, sessiles.  
 INVOLUCRA pentaphylla: *foliola* longitudine calycum, oblonga, acuta, intus glabra.  
 CALYCIS *foliola* ovato-lanceolata, acuminata, intus glabra, corolla triplo bre-  
 viora.

COROLLA bipollicaris, pilis longis in lineas quinque digestis extus hispida.

*Stigma* capitatum.

CAPSULA subglobosa, calyce brevior, laevissima, glabra.

Ab *Ipom. tamnifolia* LINNÆI differt patria, corollis magnis extus hispidis nec minutis glabris,  
 foliis calycinis ovatis nec linearibus lanceolatis. *Ipomæa tamnifolia* BURMANNI fl. Ind. excluso

Synon. DILL. forte ad nostram spectat.

CONVOLVULUS hirsutissimus, foliis cordato-ovatis, floribus umbellatis, pedun- *hispidus*  
 culis brevissimis. 15-16.

Habitat in India orientali. Dn. DAHL.

CAULIS & omnia hirta, volubilis.

FOLIA bi- & tripollicaria, petiolata, cordato-ovata, attenuata, integerrima, sub-  
 tus parum pallidiora.

Petiolus folio dimidio brevior.

Pedunculi breves, vix semiunguiculares. Pedicelli umbellati, longitudine pe-  
 dunculi.

CALYCIS *foliola* semiunguicularia, lanceolata, attenuata, intus glabra, laxa.

COROLLA parva. *Stigma* capitatum.

A reliquis Convolvulis foliis integris facile dignoscitur hirsutis.

CONVOLVULUS foliis cordatis acuminatis glabris, pedunculis multifloris caly- *parviflorus*  
 cibusque acuminatis villosis. 15-16.

*Ipomæa paniculata caule volubili, foliis ovatis acuminatis, pedunculis panicula-  
 tis.* BURM. fl. Ind. pag. 50. tab. 21. fig. 3.

Habitat in Java. Dedit Dn. BURMANNUS.

CAULIS debilis, superne leviter villosus.

FOLIA cordata, acuminata, glabra, pollicaria.

Petiolus longitudine folii, villosus, filiformis.

Pedunculi longitudine foliorum, filiformes, multiflori: *pedicelli* umbellati, villosi  
 uti calyces; laterales subramosi.

CALYCIS *foliola* ovata, acuminata, parva.

COROLLA coerulæa, glabra, calyce duplo longior, quinquefida.

*Stigma* bifidum: *laciniis* revolutis.

CONVOLVULUS foliis foliolisque calycis duabus exterioribus cordato-ovatis acu- *violaceus*  
 tis, pedunculis elongatis bifidis multifloris. 16-17.

Habitat in Insula St. Crucis. Dn. Rector WEST.

CAULIS, una cum petiolis, pedunculis calycibusque villosus.

FOLIA cordato-ovata, pollicaria, parum acuminata.

Pedunculi folio triplo vel quadruplo longiores, bifidi: *pedunculi partiales* tri- &  
 quinqueflori. *Bractææ* lineari-lanceolatae ad basin pedunculorum partialium.

CALYCIS *foliola* tenera, duabus exterioribus cordatis, tertium lanceolatum, duo  
 interiora submembranacea, glabra, duplo minora, mucronata.

COROLLA campanulata, violacea, radiis quinque lanceolatis pallidioribus.

*Stigmata* duo reflexa.

Variat foliis glabrioribus vel pilosiusculis.

*triflorus*  
15-16.

CONVOLVULUS foliis cordato-lanceolatis attenuatis glabris obtusis, pedunculis trifloris.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, volubilis, glaber.

FOLIA bipollicaria, glabra, lanceolata, basi cordato-sagittata, attenuata, integerrima, simpliciter venosa: venæ subtus ad lentem villosæ, subtus pallidiora, apice rotundata, mucronata: lobî postice rotundati, rarius obscure angulati.

*Petiolus* brevis.

*Pedunculi* folio breviores, triflori: *pedicelli* angulati, ebracteati, sursum versus incrassati, aequales, longitudine fere pedunculi.

CALYCIS *foliola* obtusa.

COROLLA calyce triplo longior: lobî apice pilosi.

*Stigma* capitatum.

*bifidus*  
17-18.

CONVOLVULUS foliis cordatis oblongis acuminatis subtus mollissimis, pedunculis bifidis multifloris.

*Convolvulus levis* MAS. RUMPH. amb. 5. pag. 431.

β foliis cordatis lanceolato-oblongis glabris.

*Convolvulus levis minor*. RUMPH. amb. 5. pag. 431. tab. 158.

Habitat in Java & India Orientali.

CAULIS volubilis, villosus.

FOLIA petiolata, bi-*l.* tripollicaria, basi pollicem vel parum ultra lata, acuminata, mucronata, supra saepe villosiuscula, subtus canescentia, mollissima.

*Petiolus* folio triplo brevior, canescens.

*Pedunculus* axillaris, solitarius, bifidus. *Pedicelli* plurimi, subumbellati; basi squamis minutis loco bractearum, oblongis, ferrugineis, deciduis.

CALYCIS *foliola* basi pubescentia, apice rotundata, aequalia.

COROLLA fere infundibuliformis, pollicaris, calyce triplo longior, extus lineis quinque tenuibus villosis: Lobî acuti, apice barbati.

*Stigma* capitatum, bilobum.

CAPSULA ovata, striata, glabra.

Habitus Conv. umbellati, diversus foliis minoribus angustioribus. Varietas β vix nisi glabritie & foliis angustioribus differt.

*triqueter*  
20-21.

CONVOLVULUS foliis cordatis acutis subvillosis, pedunculis multifloris, caule tricarinato.

Habitat in Insula st. Crucis. Dn. RECTOR WEST.

CAULIS pubescens, e lineis tribus subfoliaceis tenuissimis decurrentibus triangularis.

FOLIA exquisitè cordata, bipollicaria & ultra, acuta, supra adspersa pilis adpressis oculo armato videndis, subtus evidentioribus.

*Petiolus* villosus, folio brevior.



*Pedunculus* longitudine foliorum, tri-*f.* quinqueflorus: *pedicelli* laterales biflori, intermedius uniflorus brevior, sursum versus sensim incrassati. *Bractææ* ad basin pedicellorum, ovatae, concavae, tenerae, acutae, mucronatae, coloratae, deciduae, pubescentes.

*CALYCIS foliola* duo exteriora bracteiformia, ovata, acuta, mucronata, sericea: interiora glabra, breviora, apice rotundata.

*Stigma* capitatum.

Maximè affinis *Conv. ancipiti*, folia vero non obtusa atque per caulem decurrentes triplo angustiores.

**CONVOLVULUS** foliis cordatis obtusis glabris, caule bialato.

*anceps.*

*Convolvulus anceps*: foliis cordatis, caule volubili utrinque carinato. LIN.

S. V. pag. 201.

**CAULIS** volubilis, glaber, e membranis duabus decurrentibus bialatus.

**FOLIA** petiolata, tripollicaria, basi uncias tres lata, glabra, venosa, obtusa, integerrima.

*Petiolus* longitudine fere folii.

*Pedunculi* axillares, longitudine petiolorum, petiolo crassiores, quadri-vel quinque flori. *Pedicelli* pollicares, incrassati, subumbellati, uti *pedunculus*, villosi.

*Bractææ* duæ ad basin calycis, latae, unguiculares, ovatae, membranaceae, mucronatae, villosae, deciduae.

*CALYCIS foliola* duo exteriora ovata, extus villosa, intus glabra, unguicularia, mucronata: interiora duplo minora, oblonga.

**COROLLA** calyce duplo longior, campanulata.

*Stigma* ut in antecedente.

**CONVOLVULUS** foliis sagittato-ovatis attenuatis glabris crenato-subrepandis, *quinqueflorus* 30-31.  
pedunculis subquinquefloris.

Habitat in insula Bourbonnæ? Dedit Dn. THOUIN.

**CAULIS** leviter pubescens, teres, ramosus.

**FOLIA** petiolata, glaberrima; renella incana: *inferiora* sesquipollicaria, latiora, sagittato-ovata, crenato-subrepanda: *superiora* bipollicaria, angustiora, magis attenuata, obsolete crenata; auriculæ rectae, postice subtruncatae, unidentatae.

*Petiolus* folio brevior.

*Pedunculi* longitudine foliorum, pubescentes, plurimi quinqueflori, supremi triflori: *pedicelli* terni, umbellati, unguiculares; laterales in inferioribus bifidi.

*Bractææ* duæ inferne in pedicellis lateralibus, lineares, nullae in intermediis.

*CALYCIS foliola* oblonga, obtusa, mucronata, villosiuscula.

**COROLLA** calyce duplo longior: *lobis* apice barbatis.

*Stigma* bifidum.

**CONVOLVULUS** tomentoso-subsericeus, foliis cordato-oblongis obtusissimis crenulatis, pedunculis unifloris. *crenatus* 30-31.

Habitat in Brasilia? Dedit Dn. THOUIN.

**CAULIS** volubilis, secuti tota planta, molliter villosa-tomentosa, subsericeus.

**FOLIA** petiolata, unguicularia, vel ultra, nervosa, secundum nervos sublineata, crenulata, mucronata; auriculis rectis, oblongis, obtusis.

*Petiolus* folio triplo brevior.

*Pedunculi* solitarii, longitudine foliorum, uniflori, versus apicem *bractææ* geminae, oppositae, setosae.

CALYCIS *foliola* oblonga, acutiuscula, subaequalia, semiungicularia, duo interiora glabra.

COROLLA calyce dimidio longior, extus lineis quinque lanceolatis, villosis, sericeis: *lobis* apice barbatis.

*Stigma* leviter bifidum.

*arenarius.* CONVULVULUS. Symb. bot. P. 1. pag. 18.

Gaudet caule volubili ex observatione Dn. WEST, ideoque in prima sectione generis collocandus. *Stigma* capitatum.

Habitat quoque in insula st. Crucis.

*quinquelobus* 32-33. CONVULVULUS foliis palmato-quinquelobis ferrulatis obtusis glabris, axillis tomentosis, pedunculis unifloris, caule glabro.

Habitat in Insula st. Crucis. Dn. WEST.

CAULIS volubilis, teres, glaber.

FOLIA petiolata, quinquesida: *lobi* oblongi; intermedius vix pollicaris, laterales sensim minores & angustiores, glabri, nervosi, tenuissime venosi, obtusi, mucronati, oculo armato subtilissime ferrulati.

*Petioles* filiformes, pollicares. *Axillae* e pilis copiosis brevibus tomentosae. *Foliola* duo in axillis, petiolata, parva, structura foliorum caulis, fere ut in Conv. cairico.

*Pedunculi* longitudine periorum, filiformes, superne parum incrassati, uniflori, ebracteati.

CALYCIS *foliola* oblonga, obtusa, glabra.

COROLLA sesquipollicaris, subcampanulata, glabra, purpurea.

*Stigma* capitatum, bilobum.

Affinis C. cairico, diversus foliis minoribus quinquesidis, lobis obtusis pedunculis unifloris.

*venosus* 39-40. CONVULVULUS glaberrimus, foliis digitato-quipatis: foliolis petiolatis acuminatis integerrimis, pedunculis multifloris.

Patriam ignoro.

CAULIS volubilis, teres, glaber.

FOLIA petiolata, digitata. *Foliola* quina, petiolata, intermedia subovata, bipollicaria vel parum ultra, lateralia sensim minora & angustiora; omnia acumine semipollicari terminata, mucronata, basi acuta, utrinque glaberrima, venosa, integerrima.

*Pedunculi* folio longiores, teretes, glabri. *Pedicelli* umbellati, pollicares, laterales divisi, sub flore parum crassiores. *Folium* ovato-cordatum, acuminatum, pollicare, foliarium, ad basin pedicellorum.

CALYX glaber: *foliolis* ovatis, margine membranaceis, duabus majoribus semiungicularibus.

COROLLA sesquipollicaris infundibuliformis.

*Stigma* capitatum, subbilobum.

Accedit ad Conv. glabrum AUBL. fl. Guian. tab. 53, differre videtur foliis acuminatis non vero attenuatis, pedicellis pluribus brevioribus, Corollarum tubo a basi fere diametro aequali nec sursum versus sensim ampliato.

CONVOLVULUS foliis digitatis quinis: foliolis linearibus, pedunculis subquadri- *tenuifolius*  
40-41.  
floris.

Habitat in India occidentali. Dedit Dr. BANKS.

Totus glaber.

CAULIS angularis, volubilis.

FOLIA petiolata: foliolis quinis vel senis, linearibus, angustissimis, integerrimis.

Pedunculi axillares, breves, ut plurimum 4- vel quinqueflori, superiores interdum uniflori.

CALYX glaber: foliola oblonga.

Stigma acutum.

CONVOLVULUS hirsutissimus, foliis linearibus, floribus capitatis, calycibus acuminatis. *saxatilis*  
45-46.

*Lychnis sylvestris species myconi.* DALECH. hist. 817.

*Campanula Lychnidea.* BAUH. hist. 2. pag. 803.

*Convolvulus rectus, villosus, argenteus angustissimo folio.* BOCC. mus. pag. 138. tab. 96.

*Convolvulus saxatilis erectus, villosus perennis, flore ex albo purpurascente hispanicus.* BOCC. mus. pars 2. 79. tab. 70. BARREL. ic. 470.

Habitat in Hispania. Dedit Dr. Dr. BARNADES h

A Convolvulo Cneoro, cui satis similis, differt hirsutie lanuginosa totus testas nec pilis adpressis vix distinctis argenteo-nitidis ut in C. Cneoro: foliis linearibus, remotis, extus versus non dilatatis: foliolis calycinis lineari-subulatis, floribus subsessilibus. Corolla & stigma ut in C. Cneoro.

## IPOMÆA.

IPOMÆA foliis cordatis, pedunculis axillaribus ternis reflexis, calycibus hispidis. *verticillata*  
12-13.

*Ipomœa verticillata.* FORSK. descr. pag. 44.

CAULIS decumbens? flexuosus, semipedalis, basi ramosus, inferne pilis rarioribus adpersus, superne copiosioribus.

FOLIA petiolata, pollicaria, obtusiuscula, mucrone brevi terminata, venosa; venis subtus rare pilosa, adultiora glabriora.

Petioles inferiores folio duplo longiores, glabri: superiores pilosi.

Pedunculi ex axillis omnibus a basi caulis ad apicem, terni, angulati, unguiculares, sursum versus incrassati, reflexi, uniflori: basi bracteis nonnullis linearibus, brevibus.

CALYCIS foliola ovata, acuta: juniora pilis longis testas: adultiora glabriora, ciliata.

CAPSULA magnitudine pisi, glabra. Semina tomentoso-subsericea.

IPOMÆA foliis cordatis trilobis: lobis lateralibus postice angulato-sublobatis, pedunculis trifloris, calycibus glabris. *sanguinea*  
16-17.

Habitat in Insula st. Crucis. Dr. RECT. WEST.

Tota glabra.

CAULIS volubilis, e lincis decurrentibus angulatus.

FOLIA petiolata, sesquipollicaria & ultra, quinquenervia, triloba: lobi attenuati, obtusi, mucronati; intermedius lanceolato-oblongus: laterales lanceolati, divaricati, latere exteriori latiores, basi producti in angulum plerumque sublobatum.

*Pedunculi* folio longiores: *pedicelli* laterales bi- & triflori.

CALYX glaber: *foliola* oblonga, arista longitudine folioli acuminata.

COROLLA magnitudine & figura Ip. coccineæ.

*parviflora*  
18-19.

IPOMÆA foliis cordatis quinquelobo-palmatis, umbellis axillaribus pedunculatis, calycibus capsulisque pilosis.

*Convolvulus pentaphyllus minor, flore purpureo.* SLOAN. hist. jam. 1. pag. 153. tab. 97. fig. 1.

Habitat in Insula st. Crucis. Dn. Rector WEST.

CAULIS volubilis, glaber, e lineis decurrentibus triangularis, lavis.

FOLIA petiolata, sesquipollicaria, glabra, subtus pallidiora: *lobi* lanceolati, obtusi, mucronati, laterales breviores, extimi extrorsum basi gibbosi: intermedii duo angustiores.

*Petioli* filiformes, folio longiores.

PEDUNCULI axillares, petiolo triplo crassiores, folio longiores, triangulares. *Pedicelli* terni vel seni, angulati, muricati, unguiculares, uniflori, basi articulati.

CALYCIS *foliola* ovata, mucronata, pilosa, longitudine capsulæ.

COROLLA parva.

Affinis Ip. triloba, differre videtur caule glabro laevi, nec hirsuto scabro, folus quinquelobis, pedunculis plerumque sexfloris.

## CAMPANULA.

*strigosa.* CAMPANULA capsulis obtectis, foliis lanceolatis integerrimis, pedunculis axillaribus unifloris, caule strigoso.

Habitat in oriente. ☉

CAULIS erectus, palmaris, angulatus, stimulis parvis adspersus, superne ramosus, *rami* floriferi, axillares, simplicissimi, bipollicares.

FOLIA sessilia, sesquipollicaria, alterna, lanceolata, integerrima, subtus villosa-scabra, supra glabriora.

FLORES versus apicem ramorum, duo vel tres, pedunculati, ex axilla folii, cernui. *Pedunculi* longitudine foliorum, solitarii, uniflori.

CALYCES strigosi: *laciniis* lanceolatis, corolla parum brevioribus.

COROLLA extus villosa. *Limbus* quinquefidus. *Lacinae* lanceolatae.

## SPHENOCLEA.

*ceylanica.* SPHENOCLEA Gærtn. de fruct. 1. pag. 113. tab. 24. fig. 5.

*Gaertnera pangati.* RETZ. obs. 6. pag. 24.

## RONDELETIA.

*triflora* 2-3. RONDELETIA foliis lanceolato-oblongis lineatis subtus canescentibus, pedunculis axillaribus trifloris, floribus tetrandris. Tab. LIV.

In insula st. Crucis. Legit Dn. WEST b

RAMI teretes, inferne glabri, apice pilosi.

**FOLIA** superne in ramis, petiolata, opposita, suprema conferta, bi- & tripollicaria, lato-lanceolata, basin versus parum angustata, acuminata, integerrima, supra secundum nervos lineata, villis rarioribus adspersa, subtus e pilis longioribus frequentibus subincana, mollia, praesertim juniora, nervosa.

**Petiolus** brevis, villosus. *Stipula* utrinque oblonga, acuminata, villosiuscula.

**Pedunculi** axillares, oppositi, bipollicares, filiformes, triflori; fructiferi sesquipollicares & ultra. *Flores* pedicellati; *pedicellus* intermedius brevior, ebracteatus; laterales longiores, unguiculares. *Bractea* utrinque subulata, unguicularis, ad basin pedicellorum & superne geminae similes in singulo pedicello laterali.

**CALYX** superus, quadripartitus: *laciniis* subulatis, semiunguicularibus, villosis.

**COROLLA** monopetala, extus cinereo-villosa. *Tubus* filiformis, superne parum amplius; *Limbi lacinae* oblongae, obtusae.

**STAMINA** *filamenta* quatuor, brevissima, tubo superne inserta. *Antherae* lineares, tubo inclusae.

**Germen** inferum, globosum, villoso-cinereum. *Stylus* linearis, sursum versus incrassatus, basi villosus. *Stigma* obtusum.

**CAPSULA** magnitudine *Piperis nigri*, globosa, villosa, calyce coronata, bilocularis.

**SEMINA** plurima.

An *Rondeletia pilosa* SWART. prodr. pag. 41?

## B E R T I E R A.

*Guianensis.*

BERTIERA. AUBL. fl. Gu. pag. 180. tab. 69.

E Cajenna misit Dn. VON ROHR. b

**RAMI** teretes, villosi, incani.

**FOLIA** breviter petiolata, opposita, 3- vel quadripollicaria, lanceolato-elliptica, attenuata, utrinque acuta, integerrima, nervoso-venosa, nervi & costa subtus villosi incani, oculo armato villis brevissimis rarioribus utrinque adspersa, supra minus.

*Stipulae* intrafoliaceae, in vaginam bifidam connatae; *laciniis* subulatis.

**RACEMUS** terminalis, pedunculatus: *pedicelli* breves, uti pedunculus, incani, oppositi, subtriflori: *flores* sessiles. *Bractea* lineari-lanceolata, parvae, ad basin pedicellorum.

**CALYX** superus, quinquedentatus, villosus, canescens: *dentibus* ovatis.

**COROLLA** monopetala, semiunguicularis, inferne glaber, quinquefida: *laciniis* lanceolatis, acuminatis, patentibus, extus adspersis pilis rarioribus, intus frequentioribus.

*Filamenta* fere nulla. *Antherae* lineares, versus faucem, apice mucrone inter lacinas corollae porrecto terminatae.

**Germen** inferum, supra umbilicatum. *Stylus* linearis, longitudine fere corollae, compressus. *Stigma* bilamellatum, lamellis linearibus, acutis.

Acumen lacinarum corollae in figura AUBLETII desideratur, nec racemi tam ramosi mihi videntur ut habet AUBLETII icon.

Affinis videtur *Macrocnemo*.

## S C Æ V O L A.

- Koenigii.* SCÆVOLA foliis obovatis glabris superne dentato subrepandis, calyce 5- dentato. Habitat in India orientali. KÖNIG. 5  
 RAMI teretes, glabri, cicatricati, crassitie penna: anserina.  
 FOLIA alterna, per paria remota, subsessilia, tripollicaria, glaberrima, lævia sub-  
 avenia, inferne integerrima, superne & apice dentato-subrepanda. *Axilla*  
*lanata.*  
 PEDUNCULI axillares, pollicares, bifidi. *Flos* in dichotomia prima pedicellatus,  
 uti reliqui flores, non vero sessilis ut in S. PLUMIERII, nullus in secunda di-  
 visura. *Pedicelli* breves, suboppositi.  
*Bractea* lanceolata, pedicello brevior, ad basin singuli pedicelli, basi intus lanata.  
 CALYX dentibus quinque, subulatis.  
 COROLLA pollicaris, glabra, altero latere fere partita ad basin. *Tubo* inferne  
 intus hirsuto. *Limbi laciniæ* glabræ, lanceolatæ.  
*Filamenta* quinque, tubo corollæ dimidio breviora. *Antheræ* distinctæ. *Stylus*  
 basi villosus. *Stigma* scyphiforme, villis albis copiosissimis intus hirsutum.  
 CAPSULA e lineis 5 elevatis pentagona, obovata, calyce coronata, glabra.

## V A N G U E R I A Juss. gen. Vavanga ROHR.

## Character essentialis.

- Bacca 4-5 sperma. Corollæ tubus globosus, fauce piloso. Stigma bilamellatum.  
*edulis.* VANGUERIA. Aët. soc. hist. Nat. Hafn. Tom. 2. P. 1. pag. 208. Tab. 7.  
*Vavanga chinensis.* von ROHR. ib. pag. 207.  
 Habitat in China an? colitur in horto Botan. Inf. st. Crucis. Dn. von ROHR.  
 ARBOR ramis teretibus, glabris.  
 FOLIA petiolata, opposita, ovata, attenuata, utrinque glabra, integerrima.  
*Stipulæ* interpetiolares, connatæ, acuminatæ.  
*Pedunculi* axillares, ter vel quater dichotome ramosi. *Flores* pedicellati.  
 FRUCTUS edulis.

Prope Chiococcam collocanda.

Descriptionem generis uberiores tradidit Dn. von ROHR loco citato, speciei ego.

## C O D O N I U M.

## Character essentialis.

- Drupa monosperma. Corollæ campanulata. Stigma capitatum.  
*Arborescens.* CODONIUM. Aët. soc. hist. Nat. Hafn. T. 2. P. 1. pag. 206. Tab. 6.  
 Habitat in Insula st. Crucis, Montserrat. Dn. v. ROHR. 5  
 ARBUSCULUM 8. 10. pedale. *Ramis* teretibus, glabris.  
 FOLIA petiolata, alterna, ovata, glaberrima, attenuata, obtusa, integerrima.  
*Pedunculi* axillares, sæpe gemini, uniflori, interdum bi- & triflori.  
 CALYX duplex, alter inferus monophyllus, subbifidus, alter semisuperus integer.  
*Stamina* quinque, interdum quatuor.

GENUS LONICERÆ & LORANTHÆ affine.

Descriptionem ulteriorem generis dedit Dn. von ROHR, speciei ego in Aët. citatis.

LONI.

## L O N I C E R A.

**LONICERA** capitulis terminalibus pedunculatis, foliis oblongis integerrimis glabris. LIN. S. V. pag. 216. *tubalina.*

Dedit Dn. LA MARK.

RAMI teretes, glabri, superne compressi, villosifasculi, sub foliis parum dilatati, e casu foliorum nodosi.

FOLIA petiolata, opposita, subcoriacea, tripollicaria, integerrima, glabra, costa tantum rare pilosa, nervosa, avenia. Pili parvi copiosi in axillis foliorum.

CAPITULA breve pedunculata, sexflora, terminalia ramulorum, fassula utrinque folio petiolato.

Involucra polyphylla, brevissima, ovata, acuta, villosa.

CALYCIS laciniae lineari-lanceolatae, corolla breviores.

COROLLA extus villosa, cinerascens.

CAPSULA bilocularis Jusieu. Gent. plant. pag. 208.

Vix *Lonicerae* species.

## T R I O S T E U M.

**TRIOSTEUM** foliis connatis, floribus sessilibus verticillatis.

*Triosteum perfoliatum floribus verticillatis sessilibus.* LINN. S. V. p. 217. *perfoliatum* 1.

**TRIOSTEUM** foliis connatis, pedunculis oppositis unifloris.

*Triosteum angustifolium: floribus oppositis pedunculatis.* LIN. S. V. p. 217. *angustifolium* 2.

**TRIOSTEUM** pedunculis oppositis trifloris, foliis petiolatis.

Habitat in Madagascar? a Dn. THOUINIO habui.

CAULIS erectus, fcsquipedalis, simplex, tenuissime pubescens.

FOLIA opposita, petiolata, patentissima, bi-f. tripollicaria, lanceolata, duplo angustiora quam in *T. perfoliato*, apice attenuata, integerrima, supra simpliciter venosa, glabra; subtus molliter villosa, canescentia, venis ramosis: tenella subtus tomentosa incana. Petioli pubescentes, stipulis breviores. *Stipulae* basi latae, subulatae, adpressae, vix unguiculares.

PEDUNCULI axillares, solitarii, erecti, pubescentes, triflori: apice bracteis binis, subulatis, calyce parum brevioribus. Flores sessiles.

CALYCIS laciniae subulatae, semiunguiculares vel parum ultra.

FRUCTUS oblongus, glaber, laciniis calycinis parum longior, calyce persistente coronatus.

*triflorum* 3.

## M U S S A E N D A.

**MUSSAENDA** ramis folisque ramorum & paniculae villosis.

*frondosa.*

*Mussaenda frondosa panicula foliis coloratis.* LIN. S. V. pag. 218.

*Mussaenda zeylanica, flore rubro, folio ex florum thyrso prodeunte albo.*

BURM. Zeyl. pag. 165. tab. 76.

Folia paniculae teneriora acuminata acuta nec obtusa, laciniae calycis longiores, fructus villosus nec glaber ut in sequente.

*glabra* 2. MUSSÆNDA ramis foliisque ramorum & panicula glaberrimis.

Habitat in India Orientali.

RAMI teretes, purpurascens, albido-punctati, glabri.

FOLIA petiolata, opposita, tripollicaria, attenuata, ovata, integerrima, utrinque glabra nisi subtus in costa, oblique alternatim nervosa, obscure venosa.

*Stipulae* oblitteratae.

PANICULA terminalis. *Pedunculi* partiales ter- vel quater dichotomi, oppositi, flos pedicellatus in singula dichotomia. *Bractea* sub ramificationibus, trifida ut in *M. frondosa*, decidua, at 5plo minores: *laciniae* lanceolatae, glabrae; *Bractea* sub pedicellis ultimis lanceolatae, integerrimae, interdum superne denticulo incisae, vix villosae. *Flores* pedicellati: *pedicelli* angulati, longitudine germinis.

CALYCIS *laciniae* lanceolatae, pilis minutis leviter pilosae.

COROLLÆ *tubus* pubescens, pollicaris, medio crassior. *Laciniae Limbi* lanceolatae, in specimine sicco supra fulvae.

FRUCTUS glaber, obovatus, umbilicatus, obscure 5-linearis. *Folia* paniculae triplo majora & firmiora quam in *frondosa*, ovata, obtusa, nervosa: nervis quatuor majoribus, versus apicem evanescentibus, utrinque glabra, subtus in sicco flavescentia, supra virescentia, basi parum per petiolum decurrentia.

A precedente omnino mihi videtur diversa, foliis utrinque glabris nec ut in *M. frondosa* subtus incanis, bracteis & lacinis calycinis minoribus, magnitudine, consistentia & colore folii paniculae, floribus aurantiis. RUDEH. Folium Principissae huc potius pertinere videtur.

## S O L A N U M.

*Auriculatum* 2-3. SOLANUM caule inermi fruticoso, foliis ovatis integerrimis tomentosis, stipulis semicircularibus. Hort. Kew. 1. p. 246.

Habitat in Insula Mauriti.

CAULIS fruticosus, quadripedalis, uti tota planta, pilis stellatis tomentosus.

FOLIA alterna, petiolata, patentia, lanceolato-ovata, acuminata, integerrima, 4-5 pollicaria.

*Stipulae* binæ in axillis, cordato-ovatae.

*Petiolus* pollicaris.

CYMA terminalis, pedunculata, dichotoma.

COROLLÆ villosae.

Maxime affinis *S. verbasco* folio, differt tantummodo foliis binis axillaribus, cæterum omnia fere eadem.

*triflor.* SOLANUM caule inermi frutescente, foliis lanceolato-oblongis subrepandis glabris, racemis subcymosis. Jacqu. hist. pag. 50. tab. 40. fig. 2.

In Martinica legit Dn. v. ROHR.

RAMI teretes, glabri.

FOLIA petiolata, palmaria & ultra, elliptico-lanceolata, glabra, nervoso-venosa acuta, per petiolum parum decurrentia, integra vel obscure repanda.

*Pedunculi* laterales, pollicares, multiflori. *Flores* cymosi.

CALYX brevis glaber: *lacinis* rotundatis.

COROLLÆ *laciniae* lanceolatae.



SOLANUM. Symb. bot. 2. pag. 41.

*Solanum giganteum*.] JACQU. coll. 4. pag. 125.

SOLANUM caule, petiolis foliisque spinosis, foliis ovato-oblongis subintegris *polygrammum* 38-39.  
supra scabriusculis, subtus tomentosis. Tab. LV.

Habitat in Insula st. Crucis. Dn. Rector WEST. †

RAMI teretes, inferne glabri, cortice cinereo, superne, uti ramuli tomentosi, flavescientes.

FOLIA petiolata, bi-f. tripollicaria, ovata, oblonga, plerumque integra, interdum sinu uno alterove, supra venosa, secundum nervos lineata, e pilis minutis stellatis scabra: subtus nervosa, tomentosa, tomento flavescenti, acuta vel obtusa, basi sinu parvo subcordata, altero latere bascos saepe breviora.

Spinæ in ramis, petiolis & saepe in foliis supra, sparsæ, rectæ, semiunguiculares, glabræ, nitentes, flavescences.

RACEMI laterales, pedunculatæ, paucifloræ, flavescence tomentosi, interdum bifidi.

CALYX brevis.

COROLLÆ extus tomentosa, quinquefida, calyce parum longiores, laciniis ovatis.

Stamina saepe quatuor.

Flores alii masculi alii hermaphroditi ex observatione Dn. WEST, ego tantum masculos vidi, an potius dioica?

## B A T S C H I A.

*Character essentialis.*

Calyx 4-partitus. Petala 5. Legumen oblongum compressum.

*laurifolia.*

BATSCHIA. Tab. LVI.

Habitat in Zeylona. KONIG. THUNBERG †

RAMI teretes, a folio ad folium flexuosi, articulati: articulis crassitie pennæ auserina, apice utrinque coarctati, subtilissime striati, glaberrimi, inanes, obscure tetragoni.

FOLIA petiolata, alterna, pinnata cum pari, 4-vel quinquejuga, interdum trijuga. *Foliola* opposita, remota, brevissime petiolata, bi-f. tripollicaria, intima minora, ovato-oblonga, acumine pollicari terminata, latere anteriore angustiora & basi breviora, integerrima, utrinque venis tenuissimis numerosis obscure reticulata, glaberrima.

Petiolus supra sulco longitudinali, subtus convexus.

Stipulae laterales, ad singulum geniculum ramorum utrinque geminae; duæ lineari-lanceolatae, unguiculares, oblique transversum posita, versus medium affixæ, utrinque liberae; apice inferiore longiore attenuato, mucronato; superiore rotundato: duæ alia erectæ, ramo adpressa, sessiles, pollicares, unguem lata, ovato-lanceolata, subtilissime venoso-reticulata.

RACEMI axillares, solitarii vel gemini, pedunculati, multiflori. Flores sparsi, approximati, breviter pedicellati. Pedunculus sulcatus, fuscus, ope lentis subpubescens. Bractea cuneiformis ad basin singuli pedicelli & duæ alia parum a flore remotæ.

CALYX monophyllus, quadripartitus; laciniis oblongis, subæqualibus. Tubus brevis.

**COROLLA** pentapetala. *Petala* collo tubi calycis imposita, cuneato-oblonga, subæqualia, vix semiunguicularia. *Ungue* brevissimo.

*Stamina* filamenta quinque, tubo calycis inserta, corolla longiora, glabra. *Antheræ* oblongæ, versatiles.

**PISTILLUM** *germen* pedicellatum, oblongum, compressum, tomentosum. *Stylus* longitudine filamentorum. *Stigma* obtusum.

**LEGUMEN** oblongum, compressum.

Arbor singularis ramis inanibus crassis, præsertim vero stipulis duplicibus. Ad nullum ex notis generibus perfecte quadrat; novum ideo nomen imposui & Batschiam vocavi in honorem Dn. BATSCHI, qui scientiam variis pulchris observationibus diravit. Affinis est Hyperanthæ infertione petalorum & staminum, diversa vero fructu. Ordine naturali ad Lomentaceas pertinet. Stipularum obliquarum apex rotundior in articulo inferiore ramorum hinc versus in insequente illinc.

## LAUGERIA.

*lucida.* **LAUGERIA** foliis oblongis obtusis integris membranaceis nitidis, racemis dichotomis, drupis nucibus bilocularibus. Sw. prodr. pag. 48. Tab. nost. LVII.

Ex Insula ft. Crucis misit Dn. VON ROHR & WEST.

RAMI teretes, glabri, cortice cinereo, superne e casu foliorum cicatricati.

FOLIA versus apices ramulorum, conferta, petiolata, opposita, bi-*f.* tripollicaria, glaberrima, lævia, nervosa, integerrima.

RACEMI ex axillis foliorum terminalium, solitarii, oppositi, longitudine foliorum, bifidi, apice reflexi, fere ut in Tournefortiis.

FLORES breviter pedicellati, distantes, secundi, in latere interiori pedunculorum.

CALYCES parvi, glabri, quinquetidi.

COROLLA glabra.

## ARDISIA.

*humilis.* **ARDISIA** racemis terminalibus compositis, pedicellis umbellatis, foliis lanceolato-ellipticis integerrimis coriaceis venosis.

*Badulam Tschinagapalam.* HERM. Zeyl. 51.

*Timus humilis zeylanica, foliis crassis venosis.* BURM. Thes. zeyl. pag. 222. tab. 103.

Habitat in Insula Hainam Dn. Dr. DAHL, in paludosis salis Siam, Malacca KÖNIG inque Zeylona Dn. THUNBERG. *h*

RAMI teretes, glabri, uti tota planta.

FOLIA petiolata, alterna, distantia, sæpe spithamæa, coriacea, enervia, venosa, integerrima, plana, basin versus in petiolum attenuata acuta, lævia.

PEDUNCULUS terminalis, erectus, longitudine foliorum. *Pedunculi* partiales alterni, remoti, patentissimi, bipollicares. *Pedicelli* subumbellati, circiter 8-9, unguiculares. *Braçteis* nonnullis subulatis brevibus deciduis ad basin pedicellorum.

CALYX *perianthium* monophyllum, persistens, quinquesidum: *laciniis* ovatis, acutiusculis.

COROLLA monopetala, calyce triplo longior, quinquepartita: *laciniis* ovato-lanceolatis, acutis: *Tubus* longitudine fere calycis.

STAMINA

STAMINA filamenta 5. brevissima, basi corollæ inserta; *antheræ* erectæ lanceolato-sagittatæ, corolla paulo breviores.

PISTILLUM *Germen* superum: *Stylus* filiformis: *Stigma* simplex acutum.

Aliam ex India orientali sub nomine Tini humilis BERM. obtinui, diversam foliis brevioribus, obscurioribus, umbellis axillaribus pedunculatis nec terminalibus in racemo digestis, coarctum habitu omnino similem. Cum vero tantummodo fructum vidi, judicare non audeo, nam genere vel specie differt vel modo ut varietas.

## RHAMNUS.

RHAMNUS inermis, floribus hermaphroditis umbellatis axillaribus, foliis oblongo-ovatis emarginatis integerrimis glabris membranaceis. Tab. LVIII. *ferreus*  
8-9.

Ex Insula st. Crucis misit Dn. v. ROHR & Dn. WEST.

RAMI teretes, sparsi, cortice cinereo, glabri.

FOLIA petiolata, alterna, pollicaria & ultra, oblongo-ovata vel ovalia, membranacea, tenuissime nervosa & venosa, utrinque glaberrima, obtusa, emarginata, integerrima.

UMBELLÆ axillares, brevissime pedunculatæ. *Pedicelli* glabri, pedunculo communi parum longiores, glabri.

RHAMNUS inermis, floribus hermaphroditis axillaribus subgeminis, foliis oblongis integerrimis coriaceis glabris. *laevigatus*  
8-9.

In insula st. Crucis legit Dn. WEST. ♀

RAMI sparsi, teretes, glabri, cortice cinereo.

FOLIA petiolata, alterna, sesquipollicaria, glaberrima, coriacea, integerrima, margine pallidior flavescenti præsertim juniora, obtusa, supra vix venosa, subtus pallidiora, avenia, enervia.

*Pedunculi* axillares, gemini vel terni, vix semiunguiculares, glabri, uniflori.

*Flores* glabri.

*Germen* oblongum, glabrum. *Stylus* unicus. *Stigma* bifidum.

RHAMNUS inermis, floribus hermaphroditis axillaribus subsessilibus, foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentoso-nivcis. *polifolius*  
11-12.

Habitat in nova Zelandia? dedit Dn. FABRICIUS, Prof. Kiloniensis. ♀

RAMI tenues, superne tomentosi, incani.

FOLIA petiolata, alterna, vix pollicaria, superne versus sensim minora, supra glabra subrugosa, subtus tomento niveo tecta, mucronata, integerrima.

*Petioles* brevissimi, tomentosi.

FLORES axillares, subsolitarii, vix pedunculati, cinerei, subtrigyni.

## PHYLICA.

PHYLICA foliis ovatis glabris, floribus simplicibus paniculato-racemosis. LIN. *racemosa*.  
S. V. 235.

*Beckea cordata* foliis sessilibus cordatis. BERM. prodr. cap. pag. 12.

PHYLICA foliis acerosis utrinque planis glaberrimis, floribus paniculato-racemosis. LIN. *pinifolia*.  
S. V. 235.

Pars III.

L

*Beckea*

*Beckea africana foliis linearibus canaliculatis.* BURM. prodr. cap. pag. 12.

A CL. BURMANNO habeo cum præcedente.

RAMI sparsi, superne bitidi vel terni, teretes, elongati glabri, purpurascētes, apice ramulis floriferis racemoso-paniculati.

FOLIA sessilia linearia, pollicaria & ultra, frequentia, fere Pini abietis, obtusa, glaberrima, lævia, integerrima, avenia, flexilia, basi pallida.

SPICÆ ex axillis supremis & ramulis summis, interdum sesquipollicares, tenues.

Flores sessiles, alterni, approximati, simplices. *Bractææ* lineares, inferiores floribus longiores, præterea squamæ tres ad basin singuli floris ovatæ, ferrugineæ, concavæ, obtusæ, flore breviores.

COROLLÆ fundus villosus. *Petala* quinque, alba, linearia, obtusa. *Nectarium* nullum video.

STAMINA quinque.

*Germen* turbinatum, ferrugineum. *Stylus* unicus.

## H E D E R A.

*terebinthina-* **HEDERA** foliis septenatis ellipticis integerrimis.

*cea* 3.

*Arbor Zeylanica Itta dicta, resinam terebinthinæ similem fundens.* HERM. mal. zeyl. pag. 50. BURM. thesaur. zeyl. pag. 28.

*Ittaewel.* LIN. fl. zeyl. n. 624.

Habitat in sylvis & nemorosis Zeylonæ. KÖNIG. ♀

Tota glabra.

RAMI teretes, subherbacei, crassitie pennæ cygneæ.

FOLIA petiolata, septena. *Foliola* umbellata, petiolata, 3-4 pollicaria, lateralialia sensim minora, elliptica, obtusa vel acuta, interdum acumine brevi terminata, integerrima, subvenosa.

*Petioles* spithamei, teretes, basi dilatati amplectentes: *partiales* intermedii bipollicares, laterales minores.

RACEMUS terminalis, ad latus rami foliosi, compositus. *Pedunculus universalis* tripollicaris, crassitie pennæ anserinæ; *partiales* quini, alterni, ultimi duo conjugati, semipedales, patentes. *Umbellæ* 16-17 in singulo pedunculo partiali, pedunculatæ: *radii* umbellæ 6. 8., semiunguiculares.

CALYX: margo integer, brevissimus.

*Petala* 6. linearia.

STAMINA *filamenta* 6., longitudine corollæ. *Antheræ* basi bifidæ.

*Stylus* unicus, longitudine filamentorum, attenuatus. *Stigma* acutum.

Fructum non vidi, atramen ad Hederam retuli, cum stylus unicus & stigma indivisum. Valde ad Unjulam RUPR. Hort. Mal. T. 7. pag. 53. tab. 28. accedit, folia vero in illa latiora & petioles partiales ad insertionem foliolorum articulati apparent. Vitis heptaphylla gerit flores verticillatos sessiles in spica tomentosa, ut monet LINNÆUS, ideoque planta a nostra diversa.

## V I T I S.

*palmata* 1-2. **VITIS** foliis palmatis glabris: laciniis serrato-incisis, umbellis racemosis.

Habitat in Virginia. Ex horto Parisiensi habui. ♀

RAMI

RAMI purpurascens, glabri.

FOLIA latitudine & longitudine æqualia, glabra, basi cordata: *lacinia* lanceolata, attenuata, laterales extus dentibus lanceolatis; intermedia utrinque superne profunde ferrata.

*Stipulae* lanceolatae.

RACEMI pollicares. *Umbellulae* approximatae.

VITIS foliis pinnatis dentato-ferratis glabris.

Patriam ignoro, dedit Dn. SCHUMACHER.

*pinnata*  
10-11.

RAMI purpurascens, glabri, teretes.

*Foliola* quina, intermedia subsessilia, reliqua petiolata, infima sæpe lobo extrorsum aucto, ovata, acuminata, utrinque ferraturis tribus vel quatuor magnis, subtus pallide viridia, bipollicaria.

*Pedunculi* oppositifolii, bis bifidi. *Pedicelli* umbellati.

FLORES parvi.

## CELOSIA:

CELOSIA foliis ovato-oblongis, racemo-laxo, pistillo trifido. LIN. S. V. p. 247. *trigyna*.

*Achyranthes decumbens*; caule decumbente, paniculis terminalibus axillaribus.

FORSK. descr. pag. 47.

## THESIUM.

THESIUM foliis linearibus subcarnosis, floribus axillaribus sessilibus quinquefidis. *humile* 2-3.

*Alchemilla linearia folio, floribus & vasculis in foliorum alis sessilibus.* SHAW.

aff. 14.

Legi in cultis Tuneti. ☉

CAULIS herbaceus, erectus, vix palmaris, a basi statim ramosus. *Rami* glabri, subramosi, angulati, altitudine caulis.

FOLIA linearia, crassa, sesquipollicaria, frequentia, acuta.

CALYCIS tubus vix ullus, nec elongatus ut in Th. alpino.

CAPSULÆ globosæ, rugosæ, magnitudine feminis coriandri.

## CARISSA.

CARISSA inermis, foliis ovato-cordatis mucronatis aveniis.

*inermis* 4.

Habitat in India orientali. KÖNIG. 6

RAMI teretes, glabri. *Spinæ* nullæ, saltem in meo specimine.

FOLIA opposita, petiolata, integerrima, bipollicaria vel parum ultra, duplo vel triplo latiora quam in Carissa spinarum.

PEDUNCULI terminales, terni, multiflori. *Pedicelli* brevissimi.

CALYCIS *lacinia* setacea.

COROLLA pollicaris, glabra. *Lacinia limbi* lanceolata, attenuata.

Differt a Car. spinarum ramis inermibus, foliis aveniis triplo latioribus basi rotundatis, calycinis lacinis setaceis, floribus majoribus.

A C. eduli, ramis inermibus glabris, foliis latioribus, floribus majoribus.

*mitis* 5. **CARISSA** inermis, foliis lanceolatis attenuatis. Tab. LIX.

Habitat in India orientali. KÖNIG. 6

RAMI teretes, sub foliis, uti apice parum compressi, glabri, cortice fusco, saepe punctis adpersi, ultimi subdichotomi. *Spinae* nullæ.

FOLIA petiolata, oblique opposita, bi-3 tripollicaria, lanceolata, glabra, transversim nervosa, tenuissime venosa, integerrima, costa foliorum subtus purpurescente, nitida. *Petioles* vix semiunguiculares. *Stipulae* nullæ.

CORYMBI ex apice ramulorum. *Bractea* minuta sub pedicellis.

CALYX inferus: *laciniis* subulatis.

COROLLÆ *tubus* linearis, basi incrassatus, cinerascens: *Lacinia limbi* lanceolata.

STAMINA *filamenta* nulla. *Antheræ* 5. in fundo tubi.

*Germen* ovatum, acutum. *Stylus* 1, superne crassior. *Stigma* obtusum.

Fructum non vidi, fide Cel. KÖNIG huc reuli, facie a reliquis parum recedit.

## ECHITES.

*tomentosa* 2-3. **ECHITES** foliis cordato-oblongis acuminatis cauleque hirtis, floribus racemosis pilosis.

In Cajenna legit Dn. VON ROHR. Ex herbario Dn. LUND.

CAULIS volubilis, teres, uti petioli, costa nervi & margines foliorum hirti.

FOLIA petiolata, opposita, tripollicaria, acuminata, inferne versus parum angustata, superne latiora, basi cordata: sinu e lobis incumbantibus clauso, scabriuscula, nervosa, venosa, utrinque adpressis pilis adpersa, pili copiosiores & parum longiores in nervis & costa, præsertim subtus.

*Pedunculi* axillares, folio breviores, hirti. *Flores* approximati, alterni, breviter pedicellati.

CALYCIS *laciniæ* lanceolatae, attenuatae, glabrae.

COROLLA bipollicaris vel parum ultra, extus pilis cinereis adpersa. *Limbus* magnus. *Tubus* interne ad insertionem filamentorum dense pilosus.

*Stylus* filiformis, longitudine tubi.

## PERGULARIA.

*purpurea* 2-3. **PERGULARIA** foliis cordatis glabris acuminatis, laciniis corollæ lineari-oblongis, umbellis prolixis.

*Afsclepias foliis cordatis acuminatis, floribus terminalibus.* BURM. Ind p. 72. tab. 27. fig. 2.

Habitat in India orientali, China. Dedit Dn. BURMANN.

RAMI volubiles, tenues, cinerei, ad lentem villosi.

FOLIA opposita, petiolata, glabra, nervosa, venosa, bipollicaria, superiora minora. *Petiolus* longitudine foliorum.

UMBELLÆ laterales, pedunculatae, foliis breviores. *Pedunculus* petiolo crassior, rigidus. *Pedicelli* filiformes, unguiculares, pubescentes uti calyces.

COROLLÆ infundibuliformes, unguiculares. *Faux* villosa, interdum etiam limbus parum villosus.

Affinis *P. japonica* THUNB. at Umbellæ prolixe nec simplices, *Laciniæ* limbi lineares nec ovatae, an vero satis distincta?

PERI-

## P E R I P L O C A.

PERIPLOCA corollis glabris, cymis trichotomis, foliis oblongo-lanceolatis lavibus, *laevigata*  
caule glabro. Hort. Kew. I. pag. 301. 2-3.

*Periploca angustifolia*: fruticosa, foliis aveniis, glabris, angusto-lanceolatis, perennantibus, folliculis horizontalibus, basi oppositis. BILLARD. Icon. plant. Syr. Dec. 2. pag. 13. tab. 7.

Legi in monte Schibel Iichel Tuneri. 6

RAMI teretes, glabri, sparsi, cortice cinereo.

FOLIA in ramulis junioribus subaggregata, in adultioribus basi conferta, sursum versus remota, vix petiolata, pollicaria, basin versus attenuata, extrorsum parum dilatata, obtusa vel acutiuscula, glaberrima, avenia, enervia, glauco-viridia.

CYMÆ axillares, di-f. trichotomæ.

FOLLICULI glabri, striati, horizontales, attenuati, crassitie fere pennæ cygneæ, maturi initio mensis Junii.

## C Y N A N C H U M.

CYNANCHUM caule petiolisque hirsutis, foliis cordato-oblongis, petalis lanceo- *rostratis*  
tis planis. 3-4

In Insula Trinitatis legit Dn. v. ROHR.

CAULIS volubilis, uti petioli, pilis reversis hirsutus.

FOLIA petiolata, opposita, bi-f. tripollicaria, oblonga, acuminata, supra pilis rarioribus adpersa, subtus pallidiora, punctis elevatis numerosis, oculo armato videndis, sinu aperto nec clauso ut in C. crispifloro SWARTZII.

PEDUNCULI axillares, petiolo breviores, glabriusculi. *Pedicelli* subumbellati, 4. 5., inæquales, filiformes, hirsuti, petiolo universali sæpe duplo longiores, foliis breviores.

CALYCIS lacinia ovata, rare pilosa.

COROLLA ante explicationem ovata, acuminato-rostrata. *Petala* calyce triplo longiora, lineari-lanceolata, extus pilis nonnullis adpersa.

## A N A B A S I S.

ANABASIS. LIN. S. V. pag. 264. Symb. bot. I. p. 24.

*Salsola echinus*: fruticosa glabra, foliis subulatis, muticis, spinis divaricatis *spinosissima*  
floriferis. BILLARD. Ic. dec. 2. pag. 10. tom. 5.

## G O M P H R E N A.

GOMPHRENA foliis lineari-lanceolatis glabris, capitulis terminalibus oblongis *angustifolia*  
subtriphyllis. 3-4

Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULIS herbaceus, erectus, tetragonus, pilis brevibus adpressis adpersus, ramifus. *Rami* oppositi, simplicissimi, caule altiores, subfiliformes, diphylli.

FOLIA sessilia, angusta, attenuata, sesquipollicaria, ad lentem adspersa pilis minutis adpressis, pallide viridia, integerrima.

*Pedunculi* ramos terminantes, elongati.

CAPITULA primum oblonga dein cylindrica, unguicularia, obtusa. *Folia* plerumque tria ad basin singuli capituli, rarissime bina, structura foliorum caulibus, capitulis longiora.

CALYCIS *foliola* ovata, concava, mucronata; carina pilis rarioribus subciliata.

*Petala* quinque, lanceolata, concava, extus pubescentia, subaequalia.

FILAMENTA mediante membrana basi connata.

*Germen* oblongum, glabrum. *Stylus* unicus. *Stigma* simplex.

Habitus omnino *Gomphrenæ*, diversa tantum stylo unico.

## G E N T I A N A.

*fimbriata* 8-9. GENTIANA corollis campanulatis decemfidis: laciniis alternis fimbriatis minoribus; foliis lanceolatis.

Habitat in Virginia. Dedit Dn. Professor GIESEKE.

CAULIS teres, erectus, simplex.

FOLIA basi connata, bipollicaria, lanceolata, glaberrima, trinervia.

FLORES ex axillis supremis & terminales, inferiores solitarii utrinque, interdum tantum in altera axilla, terminales quatuor, sessiles. *Folia* duo ad basin singuli calycis, linearia, basin versus angustata, calyce breviora.

CALYX tubulosus; superne sensim dilatus: dentibus quinque, longitudine calycis, foliaceis, lineari-lanceolatis, obtusis, inferne attenuatis.

COROLLA magna, sesquipollicaris, fere *Gentianæ* *saponariæ*.

*verticillata*. GENTIANA LINNÆI.

Americana cum *Indiæ* orientalis a LINNÆO conjungitur; conveniunt certe in plurimis, differunt vero in nonnullis, & quamvis limites ægre definiuntur, specie tamen forte diversæ sunt. Utrorumque igitur descriptionem hic subjungo, ut inde dijudicari possit, quibus notis conveniant vel dissentiant.

### *Americana.*

*Gentiana verticillata: floribus verticillatis, caule simplicissimo.* LIN. Spec. plant. pag. 333. non vero Supplem.

*Centaureum minus ad alas floridum.* PLUM. Ic. tab. 81. fig. 3.

Habitat in America.

CAULIS erectus, simplicissimus, pedalis & ultra, tetragonus, angulis superne parum scabris, a basi usque ad apicem floriferus, uti tota planta, glaber.

FOLIA sessilia, lanceolata, attenuata, bipollicaria, internodiis triplo vel quatuor longiora, basi acuta; trinervia.

VERTICILLA circiter 10-flori.

*Bractææ* lanceolatæ.

CALYCIS *laciniæ* longitudine fere corollæ, subulatæ, attenuatæ, apice reflexæ.

COROLLÆ *laciniæ* lineari-lanceolatæ, mucronatæ.

*Antheræ* cuspidatæ, basi bifidæ: *laciniis* non divaricatis.

*Stylus* unicus, simplex. *Stigma* capitatum.

CAPSULA oblonga, calyce parum brevior.

*Indiæ*



*India orientalis & Arabia a Forsk. lecta.*

*Gentiana verticillata*: floribus quinquefidis verticillatis octonis. LIN. Suppl. pag. 174. Sytt. Veg. pag. 269. descriptio non vero differentia.

*Gentiana verticillaris*. RETZ. obs. Bot. 2. pag. 15.

*Centaurium angustifolium*, floribus ex alis sessilibus. BURM. afr. pag. 206. tab. 74. fig. 3.

CAULIS palmaris, spithameus vel pedalis, glaber, inferne ramosus, rarius simplex, basi lignosus, versus radicem teres, sursum versus tetragonus. Rami oppositi, tetragoni, angulis acutis.

FOLIA subsessilia, utrinque acuta, lævia, trinervia, pollicaria, articulis caulinis parum longiora.

FLORES sessiles, in omnibus axillis, plerumque octo.

CALYX quinquepartitus: laciniis ovatis, acutis, erectis: folium lineare ad basin singuli calycis.

COROLLÆ fulvæ, facie G. centaurii modo minores; laciniis acutis.

Antheræ sagittatæ.

Stylus unicus, simplex. Stigma capitatum.

CAPSULA oblonga, calyce longior.

Differre igitur videtur ab americana Caule teneriore ramoso, foliis brevioribus angustioribus, corollis angustioribus, tubo corollæ longiore, laciniis acutis, nec mucronatis, calycibus ovatis acutis laciniis capsula brevioribus.

In americana caulis frigidior & robustior, anguli caulis scabriusculi nec læves, laciniæ calycis angustiores reflexæ.

**GENTIANA** caule ramoso dichotomo divaricato, foliis ovato-oblongis, pedunculis capillaribus subunifloris. *diffusa.*

Habitat in India orientali.

CAULIS herbaceus, e lineis decurrentibus tetragonus, glaber. Rami filiformes, dichotomi, divaricati.

FOLIA sessilia, opposita, ovato-oblonga, pollicaria: superiora subcordata, vix unguicularia; omnia glaberrima, mucrone brevi terminata, trinervia.

Pedunculi terminales ramulorum, plerumque gemini, capillares, alter longior biflorus, alter brevior uniflorus. Folium utrinque ad basin pedunculorum, feraceum.

CALYX tubulosus, glaber.

COROLLA fere Gent. Centaurii.

**AZORELLA**. LA MARK. Chamitis Gaertn. de fruct. p. 94.

**AZORELLA** foliis indivisis integerrimis, petiolis inferne dilatatis ciliatis.

*filamentosa*  
1.

*Azorella filamentosa*. LA MARK. Encycl.

*Azorella*. JUSS. Gen. pag. 226.

Habitat in terra del fuego. MISS. Dn. JUSSIEU.

CAULIS herbaceus, inferne rectus basi stipularum vaginantium persistente; subramosus.

FOLIA alterna, petiolata, semiunguicularia, superne approximata, inferiora subovata, acuta, superiora angustiora, fere linearia; omnia glaberrima, crassiuscula,

revoluta, mucrone albo terminata, subtus seta una vel altera plerumque in costa folii adpressa. *Petiolis* superne filiformes; inferne dilatati, ovati, vaginantes, imbricati, margine ciliis aliquot rigidis albis; adultiores sæpe folio longiores.

UMBELLÆ laterales, pedunculatae, simplices. *Pedunculi* pollicares.

INVOLUCRUM 3. l. pentaphyllum, foliolis ovatis, acutis, setaceo-ciliatis.

*Pedicelli* 12-13. interdum pauciores unguiculares, involucri duplo longiores.

Eandem cum Chamiti integrifolia esse credit Dn. JUSSIEU, specimina vero ab Ill. viro benigne communicata haud exakte cum figura Gaertneri conveniunt, differunt magnitudine, vaginis in petiolum attenuatis utrinque setis aliquot ciliatis, nec apice utroque margine in setum productis, e cujus medio folium vel ligula ovata, denique umbellis 5-10 radiatis; minime vero flores sunt folitarii.

*cespitosus* 2. AZORELLA foliis trifidis, petiolis nudis.

*Bolax*. Juss. Gen. pag. 226.

Habitat ad fretum magellanicum. Dn. JUSSIEU.

CAULES cespitosi, ramosi, dichotomi, crassitie digiti minimi, e vaginis foliorum persistentibus imbricati squarosi. *Rami* sesquipollicares.

FOLIA confertissima, crassiuscula, cuneiformia, parva, glabra, nitida: *laciniis* obtusis, complicatis.

*Petiolis* vix semiunguiculares, folio parum longiores & latiores; subcarnosi, supra planiusculi, margine tenuiore parum elevato, subtus convexi, nitidi, apicē patuli.

SEMINA gummoso-resinosa: JUSSIEU.

## B U P L E U R U M.

*graminifolia* BULPHEURUM involucellis heptaphyllis, universali subtriphylo, foliis radicalibus  
an 9-10. linearibus, scapis monophyllis.

*Sedum petraeum bupleurifolio, flore verius.* PONÆ bald. pag. 347. in Clus. historia.

*Perfoliata alpina gramineo folio, five Bupleuron angustifolium alpinum.* BAUH. pin. pag. 277.

*Bupleurum alpinum, foliis angustis gramineis sessilibus; caule fere nudo.* SEGU. Veron. 2. pag. 15. & T. 3. pag. 221.

*Bupleurum.* HALL. hist. n. 773.

*Bupleurum petraeum: scapo umbellaque terminali simplicissimo, involucellis polyphyllis, universali pentaphyllo, foliis radicalibus gramineo caryophyllatis.* WULFEN in Coll. Jacqu. 1. pag. 209.

*Bupleurum petraeum, involucellis lanceolatis heptaphyllis, universali triphylo, caule bifloro.* VILLARS fl. Delph. 2. pag. 576. tab. 14.

*Bupleurum petraeum: caule nudo, foliis gramineis, involucri & involucellis distinctis polyphyllis.* ALLIONI Auctuarium pag. 24.

Jam dudum in prologo, pag. 129. monuit BAUHINUS, quod non confundi debet Perfoliata alpina angustifolia cum Bupleuro angustifolio alpino, quod in Baldo occurrit. Nihilominus, illust. a LIN. in Spec. plant. pag. 341. *Sedum petraeum bupleurifolio* PONÆ ad suum *Bupleurum petraeum* revocat. Erronea hac citatione seducti, omnes plantam a LINNÆO diversissimam pro *B. petraeo* Ejusdem habuerunt. Hinc non mirum, quod omnes quoque

in descriptione involucrorum & involuclorum B. petræi a LINNÆO discrepant. Gaudet quidem B. petræum LINN., uti Sedum petræum PONÆ foliis radicalibus linearibus, sub ramificationibus vero ovato-lanceolatis amplexicaulibus, non vero unico in seapo, ceterum aphylo ut in S. petræo PONÆ. LINNÆI præterea a B. petræo reliquorum autorum differt: involuclis ovatis pentaphyllis, floribus longioribus, nec heptaphyllis linearibus, umbellula brevioribus. Habitus denique omnino diversus. Synonyma ceteriora B. petræi LIN. credo sequentia, Perfoliata angustifolia minor BACH. prodr. p. 129. FLUCK. alm. tab. 50. fig. 3. Num vero B. petræum & ranunculoides una eademque planta sint, ut suspicavit GOUAN in Illustr. Bot. pag. 8., aliis disjungere relinquo.

## CONIUM

CONIUM foliis radicalibus caulisque simplicibus linearibus.

*tenuifolium*

4.

Habitat in Capite bonæ spei. Dedit DR. BURMANNUS.

CAULIS herbaceus, erectus, pedalis, vix ramosus, tenuis, teres, glaber, leviter striatus.

FOLIA omnia simplicia, angustissima, basi parum latiora subvaginantia, glaberrima: inferiora quadripollicaria vel parum ultra: caulina remota.

PEDUNCULI laterales & terminales, pauci, remoti.

INVOLUCRUM pentaphyllum: *foliolis* subularis, rigidiusculis, umbella brevioribus.

*Involuclla* longitudine umbellulæ.

UMBELLA parva, quinqueradiata. *Umbellule* circiter 8- vel-10 flori.

SEMINA oblonga, striata, parva, glabra. *Styli* persistentes, divaricati.

## CACHRYS

CACHRYS foliis bipinnatis: pinnis oppositis linearibus subpungentibus feminibus *libanotis*, fulcatis glabris.

*Cachrys femine fungoso falcato plano minore, foliis peucedani angustis.* MORIS. hist. 3. p. 267. S. 9. t. 1. fig. 6.

*Cachrys libanotis foliis bipinnatis: foliolis acutis multifidis, feminibus fulcatis lævibus.* LIN. Spec. plant. pag. 355. excluso Sauvag. monf. 105. quod ad insequentem pertinet.

Habitat in Sicilia.

CACHRYS foliis supradecompositis fetaceis multifidis, feminibus lævibus glabris. *morisoni*

*Cachrys femine fungoso, lævi, foliis ferulaceis.* MORIS. umb. 62. tab. 3. fig. 1.

*Cachrys libanotis: foliis supra decompositis, foliolis acutis, feminibus fulcatis lævibus.* GOUAN. illustr. pag. 12.

*Cachrys morisoni: foliolis linearibus, extremis binis aut ternis, fructibus semi-ovatis, lævibus, utrinque rotundatis.* ALLIONI Auct. pag. 23.

*Cachrys lævigata: foliis supradecompositis, ferulaceis laciniis fetaceis brevibus, feminibus lævibus.* LA MARK. Encyclop.

Habitat in Hispania, Gallia australi, Italia.

CAULIS striatus, teres, glaber, ramosus. *Rami* oppositi, terni vel quaterni.

FOLIA quadripinnata: *foliolis* angustissimis.

SEMINA oblonga, valde fungosa, unguicularia, glaberrima absque costis elevatis.

## R H U S.

*rostratiusculum* 16-17. RHUS foliis ternatis: foliolis sessilibus linearibus revolutis subtus ferrugineis.  
*Rhus fruticosum*, foliis trifidis linearibus acuminatis. BURM. afr. pag. 251.  
 tab. 91. fig. 1.

Habitat in Cap. b. spei. Dn. BULOW. †

RAMI glabri.

FOLIA brevissime petiolata. *Foliola* sessilia, angustissima, sesquipollicaria, mucronata, supra glabra, medio linea exarata; subtus sulco longitudinali e marginibus foliorum revolutis.

PANICULÆ terminales & axillares.

Synonymum BURM. ad *Rh. angustifolium* LIN. Spec. pl. delendum cum, ad plantam ab Rb. angustifolio plane diversam pertinet.

*viminale* 16-17. RHUS foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris, basi attenuatis: intermedio subpetiolato. Hort. Kew. I. p. 368.

Totum glabrum.

RAMI patentes.

FOLIOLA pollicaria, lateralia minora, subtus pallidiora mucronata, venosa.

Racemus terminalis, supradecompositus, patens. Flores parvi.

Affinis *R. angustifolio*.

## D R O S E R A.

*Burmanni* 2-3. DROSERA scapis radicatis calycibusque glabris, foliis spathulatis sessilibus.

*Ros folis Zeylanica*, foliis rotundis in orbem expansis villosis. HERM. mus. Zeyl. 18.

*Ros folis foliis circa radicem in orbem dispositis*. BURM. Zeyl. p. 207. t. 94. fig. 2.

*Drosera rotundifolia*. LIN. fl. Zeylan. 120.

Habitat in Zeylona.

A *Drosera rotundifolia* distingui meretur. Folia enim subsessilia, basi attenuata, semiunguicularia. ciliis tenuibus aequalibus. A *Dros. cuneifolia* dignoscitur glabris scapi & pedicellorum, denique triplo minor.

## G U E T T A R D A.

*rugosa*. GUETTARDA foliis subcordatis ovatis acutis subtus tomentosis superne scabris, floribus hexandris. Sw. prodr. pag. 59.

In Insula st. Crucis legit Dn. WEST.

RAMI teretes, oppositi, cicatricati, inferne glabri, superne villosi.

FOLIA petiolata, bi- & tripollicaria, versus apices ramulorum conferta, opposita, ovato-oblonga, basin versus interdum angustiora, mucrone parvo terminata,  
 intc-

integerrima, supra scaberrima e punctis minutis elevatis mucronatis copiosis, subrus venoso-reticulata rugosa, villis minutissimis adspersa.

*Stipula* subulata, decidua.

*Pedunculi* axillares, oppositi, compressi, villosi, purpurascens, versus apicem dilatati, bis vel ter dichotomi. *Flores* interdum in capitulo subsessiles. *Flos* in singula dichotomia sessilis.

*Bractea* subulata, decidua, ad ramificationes & flores.

*CALYX* urceolatus, obscure dentatus.

*COROLLÆ* *tubus* sesquipollicaris, villoso-subsericeus, mollis.

*FRUCTUS* magnitudine pisi, villis leviter cinereus.

## LANARIA.

LANARIA. Hort. Kew. 1. pag. 462.

*Argolasia*. Juss. gen. pl. pag. 60.

*plumosa*.

## APONAGETON.

APONAGETON spica simplici, foliis linearibus.

*lineare* 2.

Habitat in paludosis Indiae orientalis.

Simile A. monostachyo at tantum palmare vel parum ultra, folia omnia graminacea utrinque attenuata. An modo varietas cum specimen Ap. monostach. ex India possideo folio unico ut in A. haerari reliqua vero ut in monostachyo?

## COMBRETUM.

COMBRETUM foliis ovato-oblongis calycibusque nudis, spicis simplicibus se. *purpureum*. cundis.

Habitat in India orientali. Dedit Dn. LA MARK. ♀

Glaberrima.

RAMI teretes, brachiati.

FOLIA petiolata, opposita, tripollicaria, integerrima, subcoriacea, apice parum attenuata, sub spicis pollicaria, acuta.

*Pedunculi* oppositi, patentissimi, spithamæ, tetragoni. *Flores* copiosi, sparsi.

*Bractea* setacea ad basin singuli pedicelli.

*CALYX* floris campanulatus, glaberrimus.

*COROLLA* purpurea.

*Filamenta* corolla duplo longiora.

*SEMEN* subrotundum, retusum, levissimum, aureo nitens.

## VITMANNIA.

*Character essentialis.*

*COROLLA* tetrapetala. *CALYX* quadrifidus. *NECTARIUM* squama ad basin filamentorum. *NUX* semilunata compressa, monosperma.

VITMANNIA. Tab. LX.

*elliptica*.

*Samandura*. LIN. fl. Zeyl. p. 202. excluso Syn. RHEED. quod ad Heretieriam.  
Hort. Kew. pertinet.

*Samadera*. GAERTN. de fem. Tom. 2. pag. 352. tab. 156. fig. 3.

Habitat in India orientali. KÖNIG. h

ARBOR. *Rami* teretes, glabri, apice compressiusculi.

FOLIA petiolata, alterna, palmaria & ultra, elliptica, obtusa, integerrima, utrinque glabra, venosa, rigidiuscula.

*Petiolus* unguicularis, supra planiusculus, subtus convexus.

*Stipulae* nullae.

*Pedunculi* laterales vel parum infra apicem rami, solitarii, interdum gemini, compressiusculi. *Pedicelli* umbellati, unguiculares, uniflori.

CALYX. *Perianthium* monophyllum, breve, quadrifidum: *laciniis* rotundatis, intus concavis, extus convexis.

COROLLA. *Petala* quatuor, lineari-oblonga, parum concava, crassiuscula, extus canescentia, obtusa, unguicularia.

*Nectarium* squama parva, obovata, ad basin singuli filamenti, in alternis brevior.

STAMINA. *filamenta* octo, petalis parum breviora, glabra. *Antherae* lineares, basi subbifidae.

PISTILLUM. *germen* superum, quadrilobum: *lobis* semiorbiculatis, compressis, leviter connatis, a se invicem & stylo facile separabilibus, (an potius germina quatuor?) *Stylus* simplex, subulatus, longitudine filamentorum. *Stigma* acutum.

PERICARPIUM ut in Gaertnoro. l. c.

Ab Heretieria Hort. Kew. toto coelo differt. Vitmauniam nominavi in honorem Dn. Abbatis F. VITMANNI in lyceo Mediolanensi Profess. dignissimi & auctoris Sum. plantarum 1789. editae.

## JAMBOLIFERA.

*pedunculata*. JAMBOLIFERA. Tab. LXI.

LIN. flor. Zeyl. pag. 58. Synonyma vero dubia praeter HERMANNI. Syst. Veg. ed. Murr. pag. 360. exclusis Synonymis.

ARBOR. *Rami* alterni, inferne teretes; *ramuli* obscure tetragoni, glabri, fusco-purpureascentes.

FOLIA petiolata, opposita, 4-vel quinquepollicaria, lanceolato-elliptica, obtusa, basi acutiora, glabra, membranacea, venosa, integerrima.

*Petioles* pollicares, subtus convexi, supra plani.

*Stipulae* nullae.

PANICULAE axillares, oppositae, brachiatae, folio parum breviores. *Pedunculi*, uti *pedicelli*, glabri: *partiales* oppositi, sesquipollicares, sursum versus sensim minores, inferiores bis trichotomi, superiores triflori. *Pedicelli* semiunguiculares.

CALYCIS *Perianthium* monophyllum, brevissimum: *laciniis* quatuor, rotundatis.

COROLLAE. *Petala* quatuor, lineari-lanceolata, attenuata, vix semiunguicularia, patentia, a medio sursum reflexa, intus tomentosa incana.

STAMINA *filamenta* octo, longitudine corollae, alterna parum breviora, petalis triplo angustiora, latere interiore inferne versus canescentia. *Antherae* oblongae, incumbentes.

PISTIL.

PISTILLUM. *Germen* ovatum, incanum. *Stylus* unicus, brevis. *Stigma* obtusum.

FRUCTUS. *Drupa* ovato-subglobosa, incana.

Cum de existentia hujus generis dubitare videtur Ill. SCHREB. in nova Edit. gen. plant. LINNÆI & alii plantam a LINNÆI diversissimam Jamboliferam nuncuparunt, haud abs re mihi visum est descriptionem generis distinctissimi simulque figuram secundum Specimina a KÖNIGIO missa & cum planta herbarii HERMANNI collata hic addere. Duo Specimina in herb. HERM. occurrunt, haud incompleta nisi eo respectu, quod fructus deest, a quibus KÖNIGIANÆ in Zeylona lectæ ne unguem quidem recedunt. Synonyma huc allata a LINNÆO, uti & Jambolifera HOUTT. Pflanz. S. 1. pag. 461. tab. 7. fig. 1. & Jambolifera GAERTN. de fem. T. 1. pag. 178. tab. 36. fig. 4. ad plantam Myrti generis vel affinis pertinent, minime vero ad Jamboliferam LIN.

## DAPHNE.

DAPHNE floribus sessilibus lateralibus aggregatis basi squamis imbricatis, foliis *Tartouira* obovatis nervosis sericeis.

*Daphne tartouira*: floribus sessilibus aggregatis axillaribus, foliis ovatis utrinque pubescentibus nervosis. LIN. S. V. pag. 371.

FRUTICULUS ramosissimus, crassitie sæpe pennæ cygnæ, cortice rugoso. Rami impari, e squamis floralibus persistentibus squarrosi, superne tomentosi.

FOLIA approximata, unguicularia.

FLORES 2-3, rarius solitarii, campanulati, extrus sericei, intus flavescentes, basi squamis quatuor vel pluribus ovatis carinatis imbricati.

DAPHNE floribus lateralibus aggregatis sessilibus basi nudis, foliis lineari-oblongis *nitida* 5-6. gis sericeis enerviis.

*Thymelæa*, seu *Tartouira* lini foliis argenteis. TOURNEF. coroll. p. 41?

Legi in Montibus calcareis Tuneti. †

FRUTICULUS interdum vix palmaris, interdum spithameus, ramosissimus.

Ramuli, folia & flores sericeo-nitidi.

Flores polygami, longitudine foliorum.

COROLLÆ tubus ventricosus.

Facies D. tartouiræ, at folia duplo minora, enervia, squamæ nullæ ad basin calycis, rami exasperati non vero squamis floralibus persistentibus.

## SAPINDUS.

SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis lanceolatis glabris unico terminali, rachi simplicis. *longifolia* 1-2.

Habitat in India orientali? dedit Dn. SCHUMACHER. †

Inermis.

FOLIA pinnata cum pari, quinquejuga: foliola petiolata, infima opposita minora lanceolato-oblonga; exteriora alterna, 4- vel quinquepollicaria, lato-lanceolata: omnia integerrima glabra, venosa, supra nitida, subtus pallidiora, acutiuscula.

Petoli teretiufculi, æquales: *partiales* breves.

RACEMUS decompositus. Flores conferti, brevissime pedicellati.

Pars III.

O

CALYX

CALYX tomentoso-incanus, tetraphyllus; *foliolis* ovatis, acutis.  
*Petala* longitudine calycis.

*laurifolia* 3. SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis ovato-oblongis attenuatis glabris, rachi simplici, petalis margine tomentosis.

*Poenrifii*. RHEED. MAL. 4. pag. 43. tab. 19.

*Sapindus trifoliata foliis ternatis*. LIN. Spec. plant. pag. 625.

RAMI teretes, striati, glabri.

FOLIA petiolata, alterna, abrupte pinnata, trijuga: *Foliola* subopposita, breviter petiolata, 5-pollicaria, interiora minora, ovato-oblonga vel elliptico-lanceolata, attenuata, integerrima, acutiuscula, utrinque glabra, venosa, interiora basi breviora.

*Petiolus universalis*, teretiufculus: *partiales* rugosi.

RACEMUS supradecompositus. *Pedunculi* & *pedicelli* subpubescentes. *Braectæ* ovatae, minutæ.

CALYX pentaphyllus: *foliolis* ovatis.

COROLLA pentapetala: *petala* oblonga, villosa, margine tomentoso-nivea.

*Stamina* octo, villosa.

*Germen* & *fructus* ut in insequente.

Cur trifoliatam auctores hanc dixerint, facile non liquet, cum folia pinnata uti & ex figura & descriptione RHEEDI apparet l. c.; nomen triviale igitur, utpote quam maxime incongruum, mutavi.

*emarginata* 4. SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis oblongis emarginatis subtus villosis, rachi simplici, petalis margine tomentosis.

Habitat in India orientali. KÖNIG. 5

Inermis. RAMI teretes, crassitie fere digiti minimi, glabri, grisei.

FOLIA petiolata, alterna, abrupte pinnata, bi-f. trijuga: *foliola* brevissime petiolata, opposita, intermedia alterna, bi-f. tripollicaria, intima minora, basi vix inæqualia acuta, apice obtusissima, emarginata, rigida, venosa, supra glabra, subtus villosa.

*Petiolus universalis* teretiufculus: *partiales* breves, rugosi.

RACEMUS terminalis, supradecompositus, magnus. *Pedunculi* & *pedicelli* patentes, pubescentes. *Braectæ* minutæ, ovatae, ad basin pedicellorum.

CALYX pentaphyllus, pubescens: *foliolis* ovatis, concavis.

COROLLA pentapetala. *Petala* calyce parum longiora, oblonga, extus villosa, intus glabra, margine tomentoso-nivea.

*Filamenta* 8. villosa, longitudine corollæ.

*Germen* tomentosum. *Stylus* unicus.

CAPSULÆ tres, subturbinatæ: singulæ subglobosæ, unus vel alter saepe abortiens; pilis flavescentibus densis tectæ; *loculis* intus ad dissepimenta hirsutis. *Semina* nigra. *Arillus* nullus.

Affinis antecedenti, diversa foliis angustioribus brevioribus obtusissimis emarginatis subtus villosis.

*tetraphylla* 5. SAPINDUS foliis pinnatis: foliolis lanceolato-oblongis glabris, rachi simplici, racemis subsimplicibus, petalis glabris.

Habitat in India orientali. KÖNIG. 5

Inermis. RAMI teretes, glabri, grisei.



**FOLIA** petiolata, alterna, abrupte pinnata, bijuga: *foliola* breviter petiolata, duo interiora alterna, extrema opposita, tripollicaria, lanceolato-oblonga, obtusiuscula, venosa, glaberrima, pallide viridia, integerrima, basi aequalia.

*Petioles* universales teretiusculi: *partiales* breves, rugosi.

**RACEMI** plures ex eodem puncto, simplices, basi ramo uno vel altero, digitales, erecti. *Pedunculi* e pedicellis persistentibus post casum florum dentati, canescentes, striato-subangulati. *Pedicelli* brevissimi. *Bractea* minutæ, ovata.

**CALYX** *foliolis* quinque, ovato-subrotundis, extus sericeo-nitidis.

*Petala* quinque, calyce longiora, oblonga, glabra.

**STAMINA** *filamenta* 8., villosa.

**SAPINDUS** foliis pinnatis: foliolis ovato-oblongis, rachi simplici, corollis fructibus *rigida* 6.  
que glabris.

*Sapindus rigida inermis, foliis pinnatis: foliolis ovato-oblongis, rachi simplici, fructibus glabris.* HORT. Kew. 2. pag. 36.

*Sapindus rigida.* GERTN. de fruct. 1. pag. 341. tab. 70. fig. 3.

Inermis. *Rami* teretes, grisei, glabri.

**FOLIA** petiolata, alterna, abrupte pinnata, trijuga: *foliola* petiolata: interiora alterna minora, exteriora opposita tripollicaria, ovato-oblonga, interdum ovato-lanceolata, attenuata, altero latere angustiora, integerrima, venosa, glabra.

*Petiolus* aequalis, teretiusculus, pubescens: *partiales* breves.

**RACEMUS** terminalis, supradecompositus, pedalis: ramis ramulisque patentibus.

*Pedicelli* breves. *Bractea* minutæ. *Flores* parvi.

**CALYCES** vix villosi.

*Petala* subrotunda, concava, glabra.

*Germen* ovatum, glabrum.

**SAPINDUS** foliis pinnatis: foliolis lanceolato-oblongis, rachi simplici, fructibus muricatis. *edulis* 7.  
HORT. Kew. 2. pag. 36.

*Scytalia chinensis.* GERTN. de fruct. 1. pag. 197. tab. 42. fig. 3.

*Dimocarpus Lichi: foliis pinnatis: baccis cordatis squamosis.* LOUREIR. fl. Coch. pag. 233. (ed. Ulissip.)

Inermis. *RAMI* teretes, glabri, cortice punctato.

**FOLIA** petiolata, subopposita (saltem in specimine quod coram habeo) abrupte pinnata, trijuga: *foliola* petiolata, subopposita, fere Lauri Cassiæ, tripollicaria, intima minora, lanceolato-oblonga, utrinque acuta, acuminata, glaberrima, lævia, obscure venosa, subtus glauca.

*Petioles* supra planiusculi, purpurascens, glabri.

**RACEMI** terminales, decompositi; *pedunculi* & *pedicelli* leviter tomentosi.

## BAUHINIA.

**BAUHINIA** racemis axillaribus terminalibusque nutantibus, petalis linearibus: lobis foliorum rotundatis glabris. *parviflora* 1-2.

Habitat in India orientali. Misit Dn. RÖRTTEL Mission. Dan. 6

Frutex scandens?

*RAMI* teretes, purpurascens, superne pubescentes.

FOLIA petiolata, subrotunda, coriacea, pollicaria, utrinque glabra, subtus glauca, septemnervia, venis tenuissimis reticulata, basi ad insertionem petioli macula fusca. Lobi distantes, rotundati.

RACEMI 3-4 pollicares, multiflori. Flores brevissime pedicellati. Squama minuta loco bractearum ad basin singuli pedicelli.

CALYX coloratus, semiungicularis, vix pubescens.

COROLLA petala quinque, linearia, attenuata, extus medio & margine villosa cinerea.

Filamenta decem, basi villosa.

Differt a Bauh. scandente: cirrhis nullis, foliis multo minoribus, lobis rotundatis obtusissimis nec attenuatis.

*racemosa* 1-2. BAUHINIA floribus triandris extus staminibusque basi hirsutis, foliis subtus ferrugineis: lobis rotundatis. Tab. LXII.

*Bauhinia racemosa*: foliis subrotundo-cordatis, lobis semiobicularibus subtus tomentosis, staminibus barbatis plumosis. LA MARK. Encycl.

Habitat in India orientali. Dedit Dn. SCHUMACHER.

RAMI teretes, tomentosi, incani.

FOLIA petiolata, spatulata, subrotunda, basi cordata, 13-nervia, supra pubescentia, subtus tomentosa, sericea: Nervus costalis in setam semiungicularem excurrentem.

RACEMUS terminalis, erectus. Pedunculus elongatus, superne floriferus.

Pedicelli sparsi, bipollicares frequentes, approximati, patentes, tomentoso-incani, uti pedunculus. Bractea lanceolata ad basin singuli pedicelli, ferruginea: duae aliae sericeae versus apicem, tomentosae.

CALYX tomentosus, incanus.

PETALA obovata, unguiculata, pollicaria, extus e pilis longis adpressis nitidis hirsuta, margine glabra, undulata: Ungues longitudine calycis.

STAMINA filamenta 3, longitudine petalorum, basi hirsuta.

Germen pilis longis sericeis hirsutum.

## CASSIA.

*arborescens* 16-17. CASSIA foliis subquinquejugis ellipticis glabris, glandula oblonga inter inferiora, stipulis subulato-falcatis, racemis axillaribus.

*Willia Tagera*. RHEED. Mal. 6. pag. 17. tab. 9. 10.

Habitat in India orientali. KÖNIG. 6

RAMI teretes, purpurascens, superne parum canescentes.

FOLIA petiolata, spithamea, quinque vel sejuga. Foliola petiolata, opposita, extrema majora sesquipollicaria, intima minora pollicaria: omnia elliptica, emarginata, basi acuta, glaberrima, laevia, subtus glauca, venosa, ad lentem margine tenuiori flavescente.

Petioli supra linea exarati, glaberrimi: partiales canescentes. Glandula oblonga, obtusa, inter duo vel tria paria inferiora. Stipulae unguiculares, subulato-falcatae.

RACEMI axillares. Pedunculi glabri, teretiusculi, folio breviores, superne e bracteis reflexis squarrosi. Pedicelli superne, conferti; inferiores pollicares, superiores

periōres breves, incani. *Braçtææ* ovatæ, nervosæ, reflexæ, vix semiunguiculares: inferiores absque floribus.

*CALYCIS foliola* ovata, glabra, margine albido, ad lentem tenuissimè subciliata, duo exteriora minora.

*Petala* oblonga, trinervia, extus ad lentem villis rarioribus adspersa.

*Filamenta* 10, brevissima. *Antheræ* crassæ, fusco-purpurascens, semiunguiculares, glabræ.

*Germen* incanum.

CASSIA foliis septemjugis ovali-oblongis glabris emarginatis eglandulosis, floribus racemosis, bracteis spathulatis mucronatis.

*florida*  
24-25.

Habitat in India orientali.  $\S$

RAMI teretiusculi, sulco utrinque a basi petiolorum decurrente, superne subcanescentes.

FOLIA petiolata, palmaria & ultra, septemjuga, rarius octojuga. *Foliola* petiolata, opposita, pollicaria, venosæ, utrinque glabra, subtus parum pallidiora, obtusissima, emarginata, mucronata.

*Petioli* canescens. *Stipula* subulatæ, semiunguiculares.

RACEMI axillares, multiflori. *Pedunculi* superne subangulati, subcanescentes.

*Flores* primum conferto-subcapitati, brevissime pedicellati, deum remotiores pedicellis sesquipollicaribus. *Braçtea* solitaria sub singulo pedicello, spathulata, incurva, extus convexa, intus cava, apice terminata mucrone longitudine ipsius bractææ.

*CALYCIS foliola* subrotunda, subcoriacea, concava.

*Filamenta* 10. brevissima. *Antheræ* tres reliquis minores.

CASSIA foliis novemjugis oblongis glabris, glandula pedicellata inter omnia foliola, floribus racemosis.

*fastigiata*  
27-28.

Habitat in India orientali. KÖNIG.  $\S$

RAMI purpurascens, subangulati, glabri, crassitie fere pennæ asferinæ.

FOLIA petiolata, spithamea, octo- vel novemjuga. *Foliola* opposita, petiolata, sesquipollicaria, intima minora, venosæ, utrinque glabra, subtus glauca, obtusa, subemarginata, mucrone minuto terminata.

*Petioli* glabri.

RACEMI ex axillis supremis, approximati. *Pedunculi* angulati, subcanescentes, e casu pedicellorum cicatricati, dentati. *Pedicelli* primum conferti, deum remotiores, fastigiati, pubescentes. *Braçtææ* lanceolatæ.

*CALYCIS foliola* oblonga, villosa-canescens.

*Filamenta* 10.

CASSIA foliis duodecim-jugis ovali-oblongis, molliter villosis basi aequalibus apice integris eglandulosis.

*mollis*  
30-31.

*Cassia fistula brasiliensis*. BAUH. pin. pag. 403.

*Cassia fistula flore incarnato brasiliensis*. BREYN. cent. pag. 58. tab. 21.

*Cassia nigra f. fistulosa secunda* SLOAN. hist. jam. 2. p. 44.

*Cassia foliis plurimis oblongis, flore rubello, siliquis maximis crassioribus trinervis*. BROWN. jam. 223.

Habitat in America meridionali. DN. v. ROHR.

RAMI teretes, purpurascens, striati, villosi, apice canescentes.

FOLIA petiolata, alterna, spithamæa, 12- vel 13-juga: *foliola* brevissime petiolata, opposita, sesquipollicaria, interiora minora: omnia ovali-oblonga, transversum subtilissime striata, obscure venosa, apice rotundata, mucronata, ad insertionem petioli emarginata, viridia, oculo armato villosa, utrinque mollia, basi æqualia; tenebra tomentosa, incana minime sericeo-nitida.

Petioli villosi, sulco longitudinali obscure exarati. *Stipula* minutissima, ovata, acuminata, caduca. *Glandula* nulla.

RACEMI axillares, multiflori, folio dimidio breviores, villosi. *Pedicelli* pollicares, distantes, villosi, incani. *Bractea* tres lanceolata, acuminata, laterales exteriori parum breviores.

CALYCIS *foliola* oblonga, incana, petalis parum breviora.

*Petala* incarnata.

*Filamenta* decem, glabra, tria longiora. *Anthera* subhirsuta, incana.

*Germen* villosum.

Planta a *C. javanica* LIN. omnino diversa.

*javanica*. CASSIA foliis duodecim-jugis ovali-oblongis glabris eglandulosis obtusis emarginatis basi obliquis, racemis axillaribus.

*Cassia javanica foliis duodecim jugis oblongis obtusis glabris, glandula nulla.*

LIN. Spec. pl. pag. 542., exclusis Synonymis BROWN. BAUH. & SLOAN.

RAMI teretes, striati, inferne purpurascens, superne tomentosi, incani.

FOLIA petiolata, alterna, spithamæa, sæpe 13-juga. *Foliola* petiolata, alterna vel opposita, pollicaria, interiora & extrema minora, infima duo plerumque obcordata, reliqua ovali-oblonga, obtusissima, emarginata, mucronata; mucrone incano, latere exteriori parum latiora, basi obliqua, adultiora utrinque glabra, subrus pallidiora, juniora mollia, tenella utrinque tomentoso-flavescenti subsericea.

Petioli leviter tomentosi, incani, supra versus singulum par foliolorum linea exarati: *partiales* incani. *Stipula* falcato-semisagittata, apice & auriculo attenuata, incana, semiunguiculares, decidua.

RACEMI axillares. *Pedunculi* solitarii, incani. *Flores* superne, primum conferti, sensim remotiores. *Pedicelli* pollicares. *Bractea* tres; major sub pedicello ovata, incana, acuminata, vix semiunguicularis: duæ laterales lineares, breviores.

CALYCIS *foliola* ovata, obtusa, incana, petalis duplo breviora.

*Filamenta* decem, tria longiora: omnia glabra. *Anthera* glabra.

*Germen* incanum.

## DICTAMNUS.

*capensis*. DICTAMNUS foliis simplicibus, caule ramoso. LIN. Syst. Veg. p. 397.

*Palafoxia capensis*. HOUTTUYN. Pflanz. Syst. 3. pag. 319. tab. 22.

GAERTNERA. SCHREB. gen. pl. pag. 290.

*racemosa*. GAERTNERA.

*Sida-Pou*. RHEED. Mal. 6. pag. 109. tab. 59.

*Bami*.

*Barristeria foliis ovato-oblongis acuminatis, racemis lateralibus, seminibus patentibus.* LIN. fl. Zeyl. p. 78. fide herb. HERM. excluso Synon. PLUMIERII, TOURNEFORTII & SLOANEL.

*Barristeria benghalensis* LIN. S. V. pag. 427.

*Molina racemosa.* CAVAN. diff. nona tab. 263.

## MELASTOMA.

MELASTOMA foliis cordatis quinquenerviis ferrulatis cauleque hirtis, pedunculis bifidis, staminibus quinque sterilibus. *grandiflora.*

*Melastoma Grandiflora caule & foliis hirsutis cordatis acuminatis flore violaceo.*

AUBL. fl. Guian. pag. 414. tab. 160.

E Cajenna misit DN. v. ROHR. Ex herb. DN. LUND.

RAMI herbacei, tetragoni, uti tota planta, hirti.

FOLIA opposita, petiolata, bipollicaria, parum attenuata, quinquenervia (præter nervos marginales) rarissime septemnervia, utrinque e pilis copiosis distinctis mollia.

Petioli pollicares.

Pedunculi axillares, oppositi, folio longiores, apice semel vel bis bifidi. Pedicelli uniflori: flos in dichotomia brevius pedunculatus. Folium utrinque petiolatum ad divifuras pedunculi, structura foliorum caulis modo minus.

CALYX floriferus oblongus; laciniis quinque, lineari-subulatis, calyce ipso longioribus, intus glabris.

COROLLA petala quinque: unguibus brevibus.

STAMINA filamenta 10: quinque in fundo calycis, ad alterum latus longiora, robustiora, antherifera, longitudine corollæ, ex his unicum geniculatum reliquis longius; quinque tenuiora, unguibus petalorum inserta, breviora, omnino absque antheris. Antheræ validæ, in rostrum subulatum apice incrassato attenuatæ.

Stylus longitudine staminum.

CAPSULA globosa, glabra, magnitudine pisi utrinque sulco tenui & lineis duabus elevatis.

## STELLARIA.

STELLARIA foliis oblongis, pedunculis subbifloris. LIN. S. V. pag. 422. *cerastoides.*

*Cerastium refractum.* ALLION. fl. Pedemont. no. 1728. cum Synon. HALLERI fide speciminis a Celeb. viro missi.

*Cerastium trigynum: foliis lineari ellipticis hirsutis; caule suberecto bifloro, floribus trigynis.* VILL. fl. Delph. 3. pag. 645. tab. 46.

## ERYTHROXYLON.

ERYTHROXYLON foliis obovatis mucronatis, ramulis brevibus floriferis squamosis. *areolatum.*

*Erythroxylon areolatum foliis obovatis.* LIN. S. V. pag. 427. JACQU. hist. tab. 87. fig. 1.

*hypericifolium* 1-2. ERYTHROXYLON foliis obovatis emarginatis, ramis floriferis, pedunculis axillaribus foliariis.

*Erythroxylum hypericifolium foliis numerosis ovatis, ramis punctato-scabris: pedunculis longis capillaribus, fructu triloculari* CAVAN. diff. 8. tab. 230.

Misit Dn. JUSSIEU.

RAMI cortice fuscescente subrogoso punctato, superne, uti ramuli, more generis compressi, e casu squamarum denticulati. *Squamæ* in ramulis subulatæ; deciduæ.

FOLIA petiolata, unguicularia, subtus glauca.

*Pedunculi* axillares, capillares, longitudine fere foliorum.

*squamatum*. ERYTHROXYLON foliis elliptico-lanceolatis acuminatis, obtusis, ramulis squamosis floriferis. Tab. LXIII.

*Erythroxylum squamosum: foliis ovatis acuminatis, ramulis squamosis, drupis acutis.* SWARTZ. prodr. pag. 75.

In Cajenna legit Dn. v. ROHR. b

RAMI glabri, cortice cinereo, inferne teretes, superne compressi, inter folia superne adpersi *squamis* ovatis, semiamplexicaulibus, brevibus, acutis, carinatis, dorso sulco longitudinali, in cujus basi arista longitudine squamæ inseritur, inferne oblitteratis. *Ramuli* axillares, pollicares, alterni, compressi, floriferi, inferiores foliosi, supremi aphylli, e squamis ovatis, imbricatis, copiosis apice patulis dentati. Apex ramorum structura ramulorum.

FOLIA brevissime petiolata, alterna, bipollicaria & ultra, inferne versus interdum angustiora, acumine obtuso, basi acuta, glaberrima, tenuissime venosa, absque nervis longitudinalibus, subtus pallidiora, integerrima.

*Pedunculi* in ramulis, ex axillis squamarum, solitarii vel gemini, alterni, vix pollicares, angulati, sursum versus parum crassiores, patentes.

CALYCIS *laciniæ* ovatæ, acutæ.

*macrophyllum*. ERYTHROXYLON foliis ellipticis acutis, floribus axillaribus lateralibusque aggregatis.

*Erythroxylum macrophyllum foliis lanceolatis longissimis: squamulis amplexicaulibus striatis: axillis multifloris, fructu triloculari.* CAVAN. diff. 8. tab. 127.

Habitat in Cajenna, Dn. v. ROHR. Ex herbario Dn. LUND. b

RAMI inferne teretes, superne more generis compressi, glabri, cortice griseo, inferne inter folia adpersi *squamis* approximatis, ovato-lanceolatis, semiamplexicaulibus, carinatis, semiunguicularibus, striatis, purpurascens, acutis: versus basin extus *arista* fusca, subulatæ longitudine squamæ in sulco dorsali squamarum recondita. *Squamæ* duæ aliæ bracteiformes, unica ad singulum latus, parum supra petiolum, lanceolatæ, attenuatæ, longitudine florum.

FOLIA petiolata, alterna, spithamea, utrinque acuta, glabra, subtus glauca purpureo venosa, integerrima.

*Petioli* brevissimus, fuscescens.

*Pedunculi* ex axillis squamarum & foliorum, plures, semiunguiculares, uniflori, interjectis squamis plurimis linearilanceolatis carinatis, pedunculis parum brevioribus, intimis angustioribus & brevioribus.

*Flores* ante evolutionem ovati, mucronati, angulis 5. extantibus.

CALYX coloratus: *laciniis* ovatis, acuminatis.  
*Petala* linearia, obtusa.

## BLAKEA.

BLAKEA ecalyculata, foliis triplinerviis, pedunculis axillaribus subbifloris. *triplinervia.*  
*Blakea triplinervia ecalyculata, foliis triplinerviis.* LIN. SV. p. 442.

BLAKEA ecalyculata, foliis triplinerviis, racemo terminali. *pulverulenta*  
 Habitat in America meridionali. Dedit DN. FORSYTH. 5. 3.

RAMI inferne teretes, glabri, apice subangulati, pulverulento-villofi.

FOLIA petiolata, opposita, 3-4 pollicaria, elliptica, acuminata, integerrima, utrinque glabra, exceptis nervis subtus, supra obscuriora, transversim striata, subus pallidiora nervis tribus protuberantibus præter marginales, transversim costata; costæ, uti nervi, purpurascens, pulverulento-villosæ; venæ tenuissimæ inter costas. *Petioles* pollicares, superiores villosi.

*Pedunculus* terminalis, erectus: *pedunculi parciales* oppositi, vix semiunguiculares; inferiores gemini, alter triflorus, alter uniflorus brevior. *Pedicelli* brevissimi. *Squamæ* tres ad basin singuli pedicelli, ovatae: laterales parum minores.

CALYX coriaceus, magnitudine pisi, intus striis minutis, elevatis a centro ad peripheriam excurrentibus.

*Petala* 8.

*Stylus* teres, petalis brevior.

*Stigma* capitatum, supra convexum, 12 striatum, centro perforatum, subtus planum.

Blakea trinervia differt foliis trinerviis, transversim subtilissime striatis, pedunculis unifloris, floribus majoribus.

Blakea triplinervia dignoscitur pedunculis 1-2 sive trifloris, floribus majoribus.

## CRATÆVA.

CRATÆVA foliolis ovatis acuminatis, petalis ovato-subrotundis obtusis, germi- *Tupia.*  
 nibus globosis.

*Cratæva tupia: inermis, foliolis integerrimis, lateralibus basi antica brevioribus.* LIN. SPEC. PL. pag. 637. excluso RHEED. Mal.

RAMI teretes, cortice cinereo.

FOLIA ad apices ramorum congesta, petiolata, alterna, ternata: *foliola* petiolata, bipollicaria, subæqualia, ovata, acuminata, glabra, integerrima, nervosa: lateralia altero latere angustiora, basi obliqua.

*Pedunculi* ad apices ramorum, plures, uniflori, bipollicares.

CALYCIS *laciniæ* breves, ovatae.

*Petala* ovato-subrotunda, unguicularia: *unguibus* longitudine laminæ.

*Filamenta* petalis duplo longiora.

CRATÆVA foliolis petalisque obovatis, germine oblongo.

Habitat in Madagascar. 5

*obovata* 2-3.

Pars III.

Q

FOLIA

**FOLIA** petiolata, ternata: foliola petiolata, fcsquipollicaria, lateralia parum minora, mucronata, glabra, subtus venosa.

**Pedunculi** in apice congesti, bipollicares, uniflori.

**CALYX** quadripartitus: laciniis oblongis, mucronatis.

**Petala** unguicularia, basi attenuata.

**Filamenta** 7 ad 9, petalis triplo longiora.

**Stylus** filamentis longior.

An modo varietas *C. tapie*? vix credo, differt figura foliorum & petalorum, foliis basi subaequalibus, petalis longius unguiculatis, calycis laciniis oblongis, filamentis longioribus, germine oblongo. Ceterum habitus reliquorum.

*religiosa* 2-3. **CRATAEVA** foliolis petalisque lanceolato-ellipticis utrinque acutis.

*Niruala*. RHEED. Mal. 3. p. 49. tab. 42.

*Crataeva religiosa*, foliolis subaequalibus. FORST. prodr. no. 203. plant. escul. pag. 45.

Habitat in India orientali & societatis Insulae h.

**RAMI** teretes, superne cortice olivaceo, punctis albidis adspersi.

**FOLIA** petiolata, sparsa, ad apices ramulorum, ternata: foliola spithamæa, lateralia parum minora & altero latere parum angustiora, petiolata, attenuata, integerrima, glabra, tenera, nervosa.

**Pedunculi** ad apices ramulorum, axillares, alterni, tripollicares, uniflori, teretes.

**CALYX** quadripartitus: laciniis lineari-lanceolatis, unguicularibus.

**Petala** fcsquipollicaria: unguibus petalis quadruplo brevioribus.

**Filamenta** longitudine petalorum.

**Germen** oblongum.

## TRIUMFETTA.

*glandulosa* 1-2. **TRIUMFETTA** floribus completis, foliis ovato-lanceolatis subtus tomentoso-incanis.

*Triumfetta glandulosa*. FORSK. Catal. pl. Arab. no. 297.

Habitat in Arabia.

**RAMI** lignosi, teretes, villosi.

**FOLIA** petiolata, alterna, frequentia, tripollicaria, superne versus sensim minora, utrinque pilis stellatis molliter villosa, supra viridiora, secundum nervos lineata, subtus incana, ferrata: ferraturis infimis foliorum superiorum glandulosis, basi integra.

**Petioles** breves, e pilis stellatis villosi. *Stipulae* subulatae.

**FLORES** ex alis foliorum superiorum.

**Germen** fetis minutis coctum.

Ab insequente differt foliis duplo angustioribus, extrorsum versus non angulatis, acutis nec acuminatis, pilis subtus magis distinctis, stipulis setaceo subulatis.

*velutina* 2-3. **TRIUMFETTA** floribus completis, foliis ovatis subangulatis acuminatis, subtus tomentoso-incanis.

Habitat in Insula Franciae Du. THOUIN.

**CAULIS** molliter villosus, teres.

**FOLIA**



FOLIA petiolata, alterna, bi-f. tripollicaria, subquincunervia, inæqualiter ferrata, supra molliter villosa, e pilis minutis substellatis subtus incana, molliissima, basi integra.

*Stipulae* lanceolatae, attenuatae, ciliatae, ferrugineae.

FLORES in axillis supremis.

TRIUMFETTA floribus completis, foliis trilobis, paniculae terminalis rami dichotomi hirti. Lirta 2-3.

Ad St. Martham Americæ. Legit Dn. von ROHR. E collectione Dn. LUND.

CAULIS frutescens.

FOLIA petiolata, alterna, palmaria, latitudine & longitudine æqualia, supra glabra, septemnervia; subtus oculo armato pilis minutissimis stellatis, nervi præsertim basi e pilis rarioribus & longioribus hirti, venosa, inæqualiter ferrata: ferraturis 3 vel 5 petiolo proximis glandulosis, basi subcordata; superne lobis tribus, ovatis, distantibus, acuminatis divisa.

*Petioles* hirti, ætate glabriusculi.

PANICULA terminalis, diffusa: *rami* hirsuti, apice minus pilosi, bis vel ter dichotomi, alterni, duo ultimi oppositi. *Flores* pedicellati, per intervalla aggregati, parvi, dichotomiae solitarii.

CALYX canescens.

## PEGANUM.

PEGANUM foliis cuneiformibus, caule fruticoso.

*Peganum retusum foliis subcarnosis, sessilibus cuneiformibus retusis.* FORSK. *retusum* 3. descr. pag. 211.

Habitat Alexandriae Æ.

FRUTEX ramosus, diffusus, rigidus. *Rami* alterni, teretes, grisei, subvillosi, e casu foliorum tuberculati.

FOLIA plura ex eodem puncto, unguicularia vel parum minora, sessilia, obtusissima, carnosa, avenia, integerrima, tenuissime villosa, viridi-subcanescentia.

FLORES in ramulis brevissimis, ex eadem gemma ac folia.

*Pedunculi* folio breviores.

CALYCES quinquefidi, villosi-cinerei.

*Petala* oblonga, extus villosa.

## EUPHORBIA.

EUPHORBIA umbella quinquefida bifida, involuclis cordato-subrotundis integerrimis, foliis lanceolatis mucronatis subcoriaceis. *nicaensis*  
43-44.

*Euphorbia nicaensis: glabra, caule subsimplici, umbella quinquefida bifida, foliis ovatis capsulis levibus non sulcatis.* ALL. fl. Ped. n. 1039. tab. 69. fig. 1.

Legi circa Pampelonam.

CAULES plures, pedales, adscendentes, uti tota planta glabri, simplicissimi, teretes, basi lignosi, cicatricibus exasperati.

FOLIA pollicaria, basin versus parum angustata, crassiuscula, integerrima.

UMBELLA terminalis, sæpe una vel altera lateralis. *Involucrum* pentaphyllum, oblongum, structura foliorum. *Involucella* firmiora quam ut plurimum in affinis, semiunguicularia, mucronata. *Radix* umbellæ primariæ tri-vel quadripollicares, bis-bifidi.

*Petala* lutea, bicornia.

Affinis Euph. dulci, foliis vero, involucris involucrellisque integerrimis diversa.

## GLINUS.

*fetiflorus*  
1-2. GLINUS foliis obovatis plicatis, caule fruticoso, foliolis calycinis ovatis.  
*Glinus fetiflorus caulibus diffusis, floribus capitatis, axillaribus sessilibus.*

FORSK. Deser. pag. 95.

Habitus reliquorum. Tota planta e pilis densissimis incana: pili longiores quam in Glinio lotoide.

CAULIS dichotome ramosissimus: *rami* diffusi, articulati, ad geniculos parum crassiores.

FOLIA ad geniculos, 2. 4., basi acuta, subretusa, plicato-undulata, unguicularia.

Flores axillares, plures. *Pedunculi* brevissimi. *Spinulae* rigidae, minutæ, e basi pedunculorum, persistentes.

CALYCIS *foliola* ovata.

CAPSULA ut in Gl. lotoide.

*dielamoides*. GLINUS foliis orbiculatis tomentosis planis, caule frutescente prostrato, foliolis calycinis lanceolatis.

*Glinus dielamoides caule rigoso, foliis orbiculatis tomentosis.* LIN. S. V. pag. 455.

CAULES plures, crassitie vix fli emporetici, prostrati, diffusi, subramosi. *Rami* superne, alterni, uti caules superne tomentosi, pili tamen minus distincti quam in Gl. lotoide.

FOLIA petiolata, duo vel quatuor simul, basi subacuta, avenia, enervia, plana, tomentosa e pilis stellatis & brevioribus quam in lotoide.

*Pedunculi* ad geniculos, aggregati, breves.

CALYCIS *foliola* lanceolata.

## EUGENIA.

*sessiflora*  
5-6. EUGENIA floribus lateralibus sessilibus, foliis oblongis integerrimis nitidis subrus punctatis.

In Insula St. Crucis legit Dn. WEST.

*Rami* teretes, glabri, cortice cinereo, superne folioli, inferne cicatricati.

FOLIA opposita, brevissime petiolata, interdum bipollicaria, sesquipollicem sæpe lata, integerrima, margine parum reflexa, utrinque venoso-reticulata, glaberrima, supra nitida, impunctata, subrus pallidiora adspersa punctis numerosissimis fuscescentibus.

FLORES infra folia, sessiles, solitarii vel plures, oppositi.

CALYX coriaceus: *foliolis* oblongis, extris canescentibus, fusco punctatis.

FRUCTUS magnitudine Pruni, globosus, punctatus.

EUGENIA

EUGENIA foliis oblongis utrinque punctatis, pedunculis oppositis trifloris longitudine foliorum. *punctata*  
5 6.

Habitat in Insula St. Crucis. Dn. v. ROHR & Dn. WEST b.

RAMI teretes, alterni, inferne cortice cinereo, superne purpurascens, punctis elevatis adpersi.

FOLIA opposita, petiolata, pollicaria vel ultra, oblonga, obtusiuscula, glabra, rigida, plana, integerrima, subtus pallidiora, utrinque punctata: reticella sericea. Petioli breves.

Pedunculi axillares, solitarii, oppositi, longitudine foliorum, punctati, triflori; Flores laterales pedicellati, intermedius sessilis; Bractea duae setaceae ad basin lateralium.

CALYCIS laciniae quinque, rotundatae, punctatae.

Petala quatuor, ad lentem tenuissime ciliata.

An tantum varietas Myrti fragrantis? convenit certe in variis, differt solummodo quod pedunculi, in his, quotquot vidi, constanter axillares triflori fuerint, nec terminales tripartiti pedicellis trifloris ut in *M. fragrant*. Folia quoque longius petiolata quam in illa. Fructum non vidi, ex auctoritate inventorum hoc retuli. Ab Eug. guianensi AUBL. differre videtur pedunculis longitudine foliorum, floribus majoribus.

## MYRTUS.

MYRTUS. Symb. Bot. 2. pag. 56.

*tomentosa.*

*Myrtus canescens: floribus solitariis sparsis: foliis ovatis trinerviis tomentosis: petiolis cauli commatis.* LOUREIR. Flor. cochinch. 1. p. 311.

## BANARA.

*Charakter essentialis.*

CAL. inferus quadrifidus. COR. 4-petala. BACCA 1-locularis, polysperma.

BANARA.

*fagifolia.*

*Banara guianensis.* AUBL. fl. Gu. pag. 547. tab. 217.

E Cajenna misit Dn. von ROHR. Ex herb. Dn. LUND.

RAMI teretes, cortice subcinerascens, superne villis tenuissimis adpressis tosti, griseo subpunctati.

FOLIA breviter petiolata, alterna, bi-*f.* tripollicaria, oblonga, acuminata, utrinque nervosa, venosa, glabra, vix villosa nisi in costa & nervis, ferrata: serraturis subtus apice glandula fusca.

Petiolus semiungicularis. Glandula fusca, oblonga, sessilis, in altero latere petioli ad apicem, rarius in ipsa basi folii ad petiolum.

RACEMUS terminalis, simplex, pedunculatus, palmaris, villosus. Pedicelli inferiores alterni, interdum gemini, superiores oppositi. Bractea minuta ad basin singuli, saepe 2. 3. minutae, alternae vel oppositae, versus medium pedicelli.

CALYX 4 partitus: lacinii ovatis, acutis, patentibus, villosis-subsericeis.

COROLLA. Petala 4or oblonga, longitudine calycis, extus villosa, tenuissime ciliata.

STAMINA filamenta numerosa, basi calycis inserta, longitudine petalorum.

Pars III.

R

Germen

*Germen* ovatum in *Stylum* longitudine corollæ acuminatum. *Stigma* simplex; obtusum.

Ramum arboris descriptæ sub nomine Banaræ Guianensis misit optimus von ROHR, qui vivam in Cajenna examinavit. Convenit certe in omnibus cum descriptione & figura AUBLETII excepto numero laciniarum calycis & petalorum. An, uti plurimæ aliæ AUBLETIANÆ, male descripta? inflorescentia Banaræ Guianensis secundum descriptionem AUBLETII racemus erit, quoad figuram vero, panicula, vix vero credo AUBLETII a nostra specie differre. Judicent, qui copiam habent conferendi descriptionem nostram cum specimen herbarii AUBLETIANI.

Ad Icosandriam potius amandavi ob inferionem flaminum.

## ANTHERYLIUM. ROHR in Aët. hist. Nat. Hafn. 2. p. 1. pag. 211.

*Character essentialis.*

CALYX inferus 4-partitus. COROLLA 4-petala. CAPSULA 1-locularis, 3-valvis.

*Rohr.* ANTHERYLIUM. VAHL l. c. pag. 212. tab. 8.

Habitat in Insula st. Thomæ Indiæ Occidentalis. Dn. v. ROHR & WEST h.

Arbor. Rami teretes, glabri, e casu foliorum tuberculati. Ramuli suboppositi, inferne teretiusculi, superne e lincis decurrentibus subtetragoni, lateribus duabus oppositis convexis, duabus sulco exaratis.

FOLIA petiolata, opposita vel alterna, ovata, interdum obovata, integerrima, subemarginata.

Aculeus brevis ad singulum latus petioli.

Pedunculi 5-8, axillares, uniflori.

Stamina 12-16, calyci inserta.

Affinis Legnoti SWARTZII.

## CAPPARIS.

*Saligna* 8-9. CAPPARIS foliis lineari-lanceolatis inferne dilatatis utrinque obtusis glabris, fructu tereti toruloso.

In Insula St. Crucis legit Dn. WEST h.

Rami teretes, glabri, cortice cinerascente, flexuosi.

FOLIA petiolata, alterna, lineari-lanceolata, tripollicaria, superne semiunguem lata, basin versus latiora, rarius undique eiusdem latitudinis, integerrima, mucronata, basi rotundata vel subcordata, venosa, glabra.

Petiulus brevis. Glandula sæpe in axillis foliorum.

PEDUNCULI terminales, solitarii bi-*f.* triflori. Pedicelli unguiculares.

CALYCIS foliola rotundata, coriacea.

FILAMENTA numerosa, longissima, capillaria, glabra.

Germen lineare-oblongum, truncatum.

BACCA 2-3 pollicaris, glabra, crassitie pennæ cygneæ, obtusa, inter singula semina coarctata.

Pedicellus fructu longior.

Semina 2 vel 5.

## ELÆOCARPUS.

ELÆOCARPUS foliis alternis lanceolato-ellipticis ferratis, racemis axillaribus. *ferratus* 1.

*Elæocarpus ferratus*. LIN. Spec. pl. pag. 734. non Supplem.

RAMI teretes, cicatricati, glabri.

FOLIA petiolata, tripollicaria, obtuse-ferrata, glabra, nervoso-venosa.

RACEMI axillares, flores distantes.

ELÆOCARPUS foliis alternis oblongis superne dentato-ferratis, racemis axillari- *dentatus* 2  
bus, floribus monogynis.

*Dicera dentata monogyna*. FORST. n. gen. pag. 80.

*Elæocarpus ferratus monogynus*, foliis alternis oblongis ferratis, racemis axil-  
laribus. LIN. Suppl. pag. 266. non Spec. plant. & Syst. Veg. ed. 13.

Habitat in Insulis maris pacifici h.

RAMI teretes, punctati, glabri: *ramuli* pubescentes.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria, superne remote dentato-ferrata, basi acuta,  
utrinque glabra, excepto in costa, supra nervosa, subtus subvenosa.

Petiolis villosi.

ELÆOCARPUS foliis oppositis ovatis duplicato-ferratis, racemis compositis, flo- *dicera* 3.  
ribus tetragynis.

*Dicera ferrata tetragyna*, bacca quadrilocularis, loculis monospermis. FORST.  
nov. gen. pag. 80.

*Elæocarpus dicera tetragynus*, foliis oppositis ovatis duplicato ferratis, racemis  
lateralibus oppositis. LIN. Suppl. pag. 266.

RAMI teretes, superne compressiusculi.

FOLIA petiolata, glabra, subtus venosa, bipollicaria.

RACEMI tripollicares, erecti.

ELÆOCARPUS foliis integerrimis, panicula terminali.

*copalliferus*  
4.

*Pænoc*. RHEED. hort. Malab. 4. p. 33. tab. 15.

*Vateria indica*. LIN. S. V. pag. 494.

*Elæocarpus copalliferus*, foliis integris. RETZ. obl. 4. pag. 27.

Arbor excelsa.

RAMI teretes, superne pulverulento-tomentosi, ferruginei.

FOLIA petiolata, alterna, semipedalia & ultra, lanceolata, acuminata, basi rotun-  
data, pollices fere tres lata, subcoriacea, utrinque glabra, supra secundum  
nervos tenuissime lineata, lineis obscurioribus obliquis inter nervos, subtus  
nervis protuberantibus, alternis.

Petiolis bipollicares, teretes, versus folium crassiores, pulverulento-villosi.

PANICULA terminalis, pedalis, patens, pulverulento-tomentosa: *pedunculi* par-  
tiales teretiusculi, alterni. Flores in ultimis ramis paniculae racemosi, nutantes.

CALYX. PERIANTHIUM 5-partitum, persistens, tomentosum, incanum: *laci-  
niis* lanceolatis, unguicularibus, obtusis, intus villosis, canis, subcoriaceis.

COROLLA. Petala 5que, oblonga, glabra, coriacea, integerrima, calyce dimi-  
dio vix longiora, glabra.

STAMINA filamenta vix nulla. Antherae numerosae, subulatae, utrinque sulco  
exaratae, albicantes, apice in setas duas divisa, corolla breviores.

PISTILLUM. *Germen* superum, conicum, corolla triplo brevius, pilosum, falcato-angulatum. *Stylus* unicus, filiformis, glaber. *Stigma* acutum.

Vateria LINNÆ calyce, corolla, antheris & fructu cum Elæocarpo convenit, ideoque genus excludendum & ad Elæoc. amandandum. Præterea Vateria LINNÆ non esse diversam docuit specimen herbarii HERMANNI. Calycem non superum invenio, ut habet Celeb. RÆTZIUS, tamen eandem esse cum nostra omnino persuasus sum.

## CISTUS.

*capensis.* CISTUS arborefcens exstipulatus, foliis ovato-lanceolatis petiolatis trinerviis denticulatis utrinque nudis. LIN. S. V. pag. 496.

RAMI teretes, pilis rarioribus adspersi, purpurascētes.

FOLIA tripollicaria, remota, superiora sessilia, basi non connata, inferiora basi in petiolum brevissimum attenuata, acuta, subtriplinervia, nervis versus medium evanescentibus, utrinque glabra, margine denticulata pilisque longis ciliata, præsertim suprema.

Petioli distincti. *Stipulae* nullæ.

PEDUNCULI terminales, trifidi; *pedunculis* partialibus trifloris.

CALYCIS *foliola* cordata, acuminata, hirsuta, denticulata, ciliata, juniora hirsutissima.

COROLLA flava.

Cum planta mea optime cum differentia LINNÆ uti & cum planta herb. BURM. congruit, non dubito quin C. *capensis* LINN. sit, patriam vero ignoro. Inter alias plantas, si non fallor, in horto Lugdunensi collectas, quondam habui. Species certe a reliquis distincta.

*ocymoides*  
19-20.

CISTUS foliis obovatis trinerviis: ramulorum utrinque incanis apice reflexis, calycibus racemosis pedunculisque glaberrimis.

*Cistus folio sampsuci.* CLUS. hist. 1. pag. 72.

*Cistus folio sampsuci Clusii cui macula in flore.* BAUH. hist. 2. pag. 6.

*Cistus ocymoides: subfruticosus exstipulatus, foliis ovatis petiolatis dorso carinatis incanis minimis, pedunculis ramosis umbellato-paniculatis.* LA MARK Encycl. 16. Edit. Pad. Tom. 2. p. 1. pag. 18.

Legi in Hispania b.

FRUTICULUS erectus, spithameus, ramosus. *Rami* oppositi, inferne purpurascētes, uti ramuli basi pilis longis rarioribus vestiti: juniores incani, subangulati, punctis ferrugineis, oculo armato videndis, adspersi.

FOLIA petiolata, opposita, ramorum & inferiora ramulorum floriferorum lanceolato-cuneiformia, sæpe pollicaria, trinervia, utrinque viridia, supra nudiuscula, subtus pilosiuscula: juniora & ramulorum steriliū obovata, conduplicata, semiungicularia vel minora, avenia, enervia, rudimenta ramulorum in axillis. *Stipulae* nullæ.

RACEMI pedunculati. *Pedunculi* laterales, oppositi, ramis altiores, subspithamæi, glabri, teretes, stricti, inferne foliis duum parium. *Pedunculi* *partiales* oppositi, bipollicares, remoti, glabri, inferiores plerumque biflori: *flores* pedicellati, altero geniculato, semiungiculares.

CALYX ante evolutionem ovatus, acuminatus, triphyllus: *foliola* glaberrima.

*Petala* alba, basi macula purpurea.

## C O R C H O R U S.

CORCHORUS capsulis oblongis subseffilibus pilosis mucronatis subgeminis, foliis *fascicularis* lanceolato-oblongis glabris, ferraturis æqualibus. 45.

*Euphrasia affinis Indiana, melissæ turcicæ foliis alternis, capsulis pubescentibus trifariam junctis.* PLUKN. emalh. pag. 85. tab. 439. fig. 6.

*Corchorus fascicularis: capsulis conoideis lanatis fasciculatis subseffilibus, foliis oblongo-ellipticis petiolatis basi mucosis.* LA MARK Encycl. Tom. 2. (P. 1.) pag. 105.

Habitat in India orientali.

RAMI teretes, glabri.

FOLIA petiolata, oblonga, angusta, utrinque glabra, pollicaria, obtusa; ferraturis infimis non seraceis.

*Stipulae* ut in congeneribus.

FRUCTUS gemini vel terni, subseffiles ad latus folii, vix unguiculares, piloso-cinerei, trivalves.

## P R O C K I A.

PROCKIA. LIN. S. V. pag. 500. Tab. nostr. LXIV.

*crucifera*

Tota glabra.

RAMI teretes, cortice purpurascete.

FOLIA petiolata, quadripollicaria vel minora, alterna, ovata, attenuata, basi vix cordata, trinervia, tenera, nervosa.

*Stipulae* falcatae, attenuatae, semiunguiculares, latere exteriori ad basin usque dentata, interiori ad medium tantum.

RACEMI terminales ramulorum, tri-vel quinqueflori. *Pedunculi* filiformes.

*Pedicelli* sub flore parum crassiores, adultiores pedunculo communi longiores.

*Bractea* linearis versus basin pedicellorum.

CALYX tri-vel tetraphyllus: *foliolis* ovatis, acutis, extus glabris, intus villosis, staminibus parum longioribus.

*Stylus* calyce longior.

BACCA globosa, magnitudine pisi, stylo persistente mucronata, polysperma.

SEMINA triquetra, nitida.

## L I G H T F O O T I A.

LIGHTFOOTIA foliis oblongo-ovatis ferratis acuminatis, pedunculis lateralibus *ferrata* 1. aggregatis unifloris.

*Lightfootia ferrata.* SWARTZ. prodr. pag. 83.

Lesla in Montserrat Dn. I. RYAN, qui benevole hanc mecum communicavit una cum ditissima collectione plantarum rarissimarum tam hujus insulae quam ex insula Trinitatis, quarum descriptiones figuris illustratas publici juris quam primum facere constitui, ratus me rem facturum Botanice acceptissimam.

LIGHTFOOTIA foliis lanceolato-ellipticis ferratis obtusiusculis, pedunculis axil- *theaeformis* 2. laribus subsolitariis unifloris.

Pars III.

S

Habitat

Habitat in Insula Borbonia:  $\mathfrak{b}$ .

Habitus Theæ.

RAMI, uti reliquæ partes, glabri.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria & ultra, nervoso-venosa, obtusiuscula, interdum emarginata, basi ad petiolum parum reflexa.

Petiolus vix semiungularis, e folio parum decurrente marginatus.

Pedunculi axillares, solitarii vel gemini, tuberculo insidentes, sesquipollicares, basin versus squamula minuta instructi.

CALYX tenuis, membranaceus.

Germen conicum. Stigma sessile planiusculum.

BACCA oblonga, unilocularis.

Semina 3. 4. glabra, nitida.

*integrifolia* 2. LIGHTFOOTIA foliis subcoriaceis oblongis obovatisque emarginatis subintegerrimis, pedunculis lateralibus subaggregatis unifloris.

Habitat in Insula Francia:  $\mathfrak{b}$ .

RAMI teretes, glabri, cortice cinereo.

FOLIA petiolata, pollicaria & ultra, alterna, rarius obovata, vix simpliciter venosa, basi acuta, subcoriacea, margine obsolete crenulato, lævia.

Pedunculi 3-f. 6, ex axillis vel ad latera ramorum, uniflori, unguiculares, adspersi squamulis nonnullis.

Flores majores quam in reliquis.

CALYCIS foliola obtusa.

Stigma ut in *L. rheasformi*.

Hanc una cum præcedente uti species Prockia misit amicissimus JOSSAU. Conveniunt quam maxime calyce, flaminibus & habitu, ut ignoto genere Lightfootia facile species esse Prockia crederes. Differunt vero præcipue stigmate sessili capitato.

Num Polygame sunt uti prima species ignoro, ego tantum hermaphroditos vidi. Lightfootia oxycoccoidis & subulata L'HÉRÉTIERII male ad hoc genus a Gmelino in ed. Syst. Lin. referuntur, nil enim nisi nomen commune habent cum Lightfootia SWARTZII.

## TETRACERA.

*farmentosa* 1. TETRACERA foliis oblongis ferratis scabris, floribus monogynis.

*Delima farmentosa*. LIN. S. V. pag. 494.

CALYCIS foliola sæpe 6.

CAPSULA ovata, attenuata, glabra, longitudinaliter altero latere dehiscens. Semen unicum, parvum, nigrum, arillo denticulato inferne cinctum.

*nitida* 2. TETRACERA foliis lanceolato-oblongis scabris integerrimis, floribus monogynis.

Habitat in Insula Trinitatis? Dr. v. ROHR  $\mathfrak{b}$ .

Habitus reliquorum.

RAMI teretes, glabri. Ramuli plerumque bipartiti, pilosiusculi, scabri.

FOLIA petiolata, alterna, 3-4-pollicaria, nitidiuscula, supra secundum nervos lineata, subtus nervis elevatis subcostata, nervi subtus, uti costa utrinque, villosi, venosa, scabra, præsertim juniora, obtusiuscula, integerrima, interdum denticulis obscuris remotis e nervis parum ultra marginem excurrentibus: juniora



niora supra ad lentem squamis minutis albidis adspersa, adtiora punctis impressis.

*Petiolus* unguicularis, subtus convexus, supra e margine tenui erecto canaliculatus.

RACEMI parum supra axillas foliorum superiorum & ex apice ramulorum, compositi, folio longiores. *Pedunculi partiales* & *pedicelli* alterni, filiformes, villosi, purpurascens. *Bractea* ovata, membranacea, acuta, ad basin pedunculorum partialium.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* subrotundis, tribus exterioribus minoribus brevibus: duobus interioribus majoribus concavis, margini oculo armato subciliatis, glabris.

COROLLA tetrapetala: *petala* subrotunda, margine parum plicato-undulata, duo parva minora.

STAMINA: *filamenta* numerosa, longitudine petalorum, glabra, apice dilatata. *Anthera* utrinque ad latera filamenti versus apicem.

PIST. *Germen* ovatum, acutum, glabrum. *Stylus* longitudine filamentorum. *Stigma* planum subpeltatum.

TETRACERA foliis oblongis obtusis laevibus integerrimis.

*Euryandra* 3.

*Euryandra scandens*. FORST. nov. gen. pag. 82.

FOLIA petiolata, subtus pallidiora, bipollicaria & ultra.

TETRACERA foliis oblongis laevibus subintegerrimis acuminatis, floribus terminalibus. *laevis* 4.

Habitat in India orientali. Dedit DN. DE LA MARK ♀.

Ramuli flexuosi, cortice cinereo, glabri, subangulati.

FOLIA petiolata, alterna, basi attenuata, apice acuminata, superne dentibus nonnullis obsolete ferrata, bi- & tripollicaria, venosa, utrinque glabra.

*Petiolus* brevissimus.

*Pedunculi* terminales, solitarii vel gemini, pollicares.

FLORES subracemosi. *Pedicellis* unifloris vel bifloris.

CALYX foliolis 6. subrotundis.

*Styli*, tantum 2 observavi, subulati.

CAPSULAE 4or, unguiculares, subrotundae, ventricosae, mucronatae, glaberrimae, nitidae. *Semen* unicum, parvum, nigrum, nitidum, arillo albedo margine denticulato ad medium inferne testum.

TETRACERA foliis scaberrimis ferratis, floribus tetragynis.

*volubilis* 5.

*Tetracera volubilis*. LIN. S. V. pag. 504.

Essentia generis *Tetracera* consistere videntur: in filamentis superne dilatatis utrinque antheriferis, capsulis altero latere longitudinaliter dehiscentibus seminibusque basi arillo denticulato circumdatis. Hujus indolis capsulam & semen esse in Delima LINNAEI ex specimine herbarii HERMANNI vidi, ideoque omnino ut in *Tetracera volubili*, hinc non dubium, quin Delima & *Tetracera* ejusdem generis sint, quamvis numero Pistillorum & Capsularum differunt. Num vero semina arillata sint nec ne in *Euryandra FORSTERI*, cum in meo specimine desiderantur, ignoro. Cum vero staminibus cum reliquis convenit, nec capsulis, quantum ex descriptione conjicere licet, absedit, non dubito, quin hujus generis sit, uti jam suspicatus est Celeb. SWARTZ in observationibus pag. 220. *Soramia Guianensis* AUBL. fl. guian. pag. 552.

tab. 219. & *Calinea scandens* Eusd. pag. 556. tab. 221. hujus generis esse facile credere ex situ antherarum consimili & femine arillato Soraniæ. Calinea præterea Calyce & Corolla quam maxime ad *Tetracram* nitidam meam accedit; conveniunt denique habitu cum reliquis speciebus hujus generis.

## DILLE N I A.

*dentata*. DILLE N I A foliis ovatis retusis dentatis, pedunculis trifloris. THUNBERGH Aët. societ. LIN. Lond. 1. p. 201. tab. 20.

*Wornia triquetra*: petiolis triquetris alternis, latere superiore transversim striatis. ROTTBÖL in nov. Aët. Hafn. Tom. 2. pag. 532. tab. 3.

*Pedunculi* sæpe 4-8-flori, basi ramosi.

## U V A R I A.

*coriacea* 3. UVARIA foliis lanceolato-ellipticis acuminatis planis, pedunculis oppositifoliis subbifloris, petalis oblongis.

Habitat in India orientali. KÖNIG t.

Rami teretes, cortice cinereo, albido punctati, glabri: ramuli villosi.

Folia petiolata, alterna, subcoriacea, bipollicaria, acuminata, obtusiuscula, supra avenia, lævia, nitida, subtus venosa.

Petiolus brevissimus.

Pedunculi oppositifolii, solitarii, 1-3-flori, longitudine petioli; pedicelli subumbellati, pedunculo duplo longiores, villosi.

Bractea oblonga versus basin pedicelli.

CALYX foliolis ovatis, acutis.

Petala 6, coriacea, extris subcinerea.

*longifolia* 4. UVARIA foliis petalisque lanceolatis, umbellis lateralibus subpedunculatis.

Arbre de mature. SONNERAT iter Vol. 2. pag. 233 t. 131.

*Ucaria longifolia*; foliis longis angusto-lanceolatis acutissimis margine undulatis, floribus lateralibus umbellatis petalis acutis. LA MARK. encycl.

Tom. 1. p. 2. pag. 590.

Habitat in India orientali.

Rami glabri, cortice purpureo, superne parum flexuosi.

Folia petiolata, alterna, spithamea, membranacea, venosa, utrinque glaberrima, sensim attenuata, acuta, integerrima.

Petiolus brevis, subtus rugosus.

Pedunculi laterales, brevissimi, tomentosi: pedicelli 6-7, subumbellati, pollicares, villosi, superne parum crassiores, medio foliolo minuto ovato, tomentoso.

CALYCIS foliola ovata, tomentosa, petalis quadruplo breviora.

Petala lanceolata, attenuata, unguicularia.

RECEPTACULUM magnitudine seminis coriandri, tomentosum.

## A N N O N A.

ANNONA foliis lanceolatis glabris nitidis lineatis. LIN. Syst. Veg. pag. 509. *asiatica.*  
*Annona glabra, Keschta, foliis ellipticis fructu glabro.* FORSK. descr. p. 102.  
 Ic. tab. 15.

ANNONA foliis ovato-oblongis petiolatis. *grandiflora*  
*Annona grandiflora: foliis ovato-lanceolatis glabris venosis, maximo flore.* 10.  
 DE LA MARK. Encycl. 2. P. I. pag. 126.  
 Habitat in Insula Borbonia. THOUIN. 5  
*Rami* glabri, punctati.  
*Folia* petiolata, alterna, palmaria, parum attenuata, acuta, venoso-reticulata,  
 utrinque glabra, supra nitida.  
*Petiolus* brevissimus, rugosus.  
*Calycis foliola* tomentosa, ovata, unguicularia.  
*Pedunculi* breves, axillares vel laterales, solitarii, uniflori.  
*Petala* exteriora bipollicaria, pollicem lata, coriacea, oblonga, basi parum angu-  
 stiora, extus villis densis adpressis cinerea, intus glabra, excepto margine  
 cinereo.

ANNONA foliis cordato-oblongis amplexicaulibus.  
*Annona amplexicaulis: foliis cordato-oblongis acutis distichis amplexicaulibus.* *amplexicaul.*  
 DE LA MARK. Encycl. 2. P. I. pag. 127. *lit 11.*  
 Habitat in Insula Francia. THOUIN.  
*Rami* teretes, glabri: cortice cinereo, rimoso.  
*Folia* alterna, amplexicaulia, cordato-oblonga sensim attenuata, dodrantalia  
 & ultra: bifaria, venoso-reticulata; acutiuscula, subtus in specimine sicco pur-  
 pureo-violacea.  
*Pedunculi* axillares, breves, uniflori, solitarii.  
*Flores* pollicares vel parum ultra.  
*Petala* exteriora lanceolata, obtusa.  
 Similem vidi in herbario FORSK. sed absque floribus.  
 Cum fructum Annonae raro obtinent botanici Europaei, optandum est, ut aliae notae indage-  
 ntur. Folia satis has binas distinguunt, cum in omnibus reliquis, quosquot novi, late lan-  
 ceolata sunt vel elliptica.

## A N E M O N E.

ANEMONE foliis cordatis trilobis, involucris triphyllis trifidis, corollis subdeca- *palmata.*  
 petalis.

*Anemone hortensis latifolia* L. CLUS. hist. I. p. 248. BARREL. ic. 792.  
*Anemone palmata foliis cordatis sublobatis, calyce hexaphyllo.* LIN. S. V.  
 pag. 510.

*Folia* radicalia, petiolata, firmiora quam in reliquis speciebus hujus generis,  
 pili aliquot in margine, coeterum glabra, subtus nervoso-venosa, pollicaria  
 vel ultra, basi interdum sicut ad petiolum interdum nullo, triloba: *lobi* ob-  
 longi vel rotundati, ferrati.

*Petiolus* bipollicaris vel ultra, filiformis, canaliculatus, pilosiusculus, sub folio  
 parum crassior.

SCAPUS erectus, digitalis, superne versus sub involucri striatus, inferne glaber, sursum pilosus.

FLORES solitarii vel gemini. *Pedunculus* alter ex axilla involucri alterius, scapo dimidio longior, angustior, superne vix crassior, pilis aureis tomentosus praefertim sub flore.

*Involucrum* triphyllum, etiam in altero pedunculo (si adest) foliola sessilia, basi subconnata, extrorsum dilatata, glabro-nervosa, trifida: laciniis lineari-lanceolatis, lateralibus interdum bifidis.

COROLLA enneapetala. *Petala* oblonga, flava, integra, 5que exteriora extus pilis aureis vestita.

Quid LINNAEUS per Calycem hexaphyllum coloratum a flore remotum intelligit, haud perspecio, cum nunquam quidquam tale in hac planta vidi. Pedunculum involucratum esse tam e descriptione quam figura CLUSII satis apparet.

*triterната*  
18 15.

ANEMONE foliis triternatis: foliolis cuneatis subincisis, involucris multifidis.  
Tab. LXV.

Habitat in Brasilia. DN. THOUIN.

FOLIA radicalia, petiolata, ternato supradecomposita, glabra; *foliola* parva, vix semiungicularia, bi-f. trifida, obtusiuscula: *laciniis* bi-f. tridentatis.

SCAPUS digitalis, altitudine foliorum, uniflorus, sub involucri & floribus incrassatus villosoque incanus, inferne glabriusculus.

INVOLUCRUM foliis ternis, basi connatis, bi-f. trifidis: *laciniis* linearibus.

COROLLA dodecapetala. *Petala* lineari-lanceolata, exteriora parum longiora.

*fasciculata*. ANEMONE floribus umbellatis congestis, foliis tripartitis trifidis.

*Anemone fasciculata floribus umbellatis congestis, foliis multifidis.* LIN. S. V. pag. 511.

Similis Anemone narcissiflorae, ut non mirum, quod HALLERUS dubitet, non diversa sit nec ne; differre videtur foliis tripartitis trifidis: involucri trifido, laciniis subdivisis, petalis oblongis.

## CLEMATIS.

*triflora* G-7. CLEMATIS foliis ternatis: foliolis ovatis serratis, serraturis mucronatis, pedunculis trifloris.

*Clematis mauritiana foliis ternatis, foliolis subcordatis serratis, seminum cauda longissima plumosa.* DE LA MARK. Encycl. 2. P. 1. pag. 43.

Habitat in Insula Borbonica. Dedit DN. THOUIN.

RAMI striati, glabri.

FOLIA petiolata, opposita: *foliola* petiolata, bipollicaria, ovata, lateralibus basi obliquata, superiora interdum subcordata, trinervia, glabra, subtus venosa, costa subpilosa, serrata: serraturis obtusis mucronatis; summa simplicia, ovata, serrata.

*Petioles* scandentes.

*Pedunculi* axillares & terminales, oppositi, solitarii, patentissimi longitudine fere foliorum, triflori. *Pedicelli* patentissimi, bipollicares vel ultra, folium utrin.

utrinque parvum ad basin pedicellorum, & duo minuta in medio pedicellorum lateralium: intermedius longior, nudus.

COROLLA tetrapetala, magnitudine Cl. virginianæ. *Petala* oblonga, utrinque villosa.

*Semina* purpurea, villosa; cauda longa plumosa.

CLEMATIS involucro calycino approximato, foliis ternariis: intermedio tripartito. *calycina.*

Hort. Kew. 2. pag. 259.

CAULIS, uti folia, glaber, striatus.

FOLIA plura ex singulo geniculo: *foliola* unguicularia, lanceolata, angusta extrorsum ferraturis 3-4. profundis, intus geminis: lateralia subsessilia, intermedium petiolatum.

*Pedunculi* axillares, villosi, uniflori, apice involucro hemisphærico glabro.

*Petala* oblonga, pollicaria, obtusa, extus villosa.

## M E N T H A.

MENTHA tomentoso-incana, spicis oblongis, foliis ovato-lanceolatis serratis sessilibus. *niliacea.*

*Mentha niliacea spicis oblongis, foliis ovatis serratis villosis sessilibus.* LIN.

S. V. pag. 532.

*Mentha longifolia.* FORSK. Cat. pl. Æg. no. 289.

Planta spontanea tota incana, foliis mollissimis, spicis bipollicaribus, verticillis confertis.

MENTHA floribus racemoso-verticillatis, foliis petiolatis ovato-lanceolatis serratis glabris. *globrata.* 2-3.

*Mentha Kahirina; foliis ovato-lanceolatis acutis serratis: serraturis descendibus.* FORSK. Descr. pag. 213.

Tota glabra, herbacea.

FOLIA semipollicaria, nervosa, oculo armato subtus punctata.

*Pedunculus* terminalis. *Verticilli* 18 flori: *Flores* 9 in singulo pedunculo oppositi umbellati. *Bractæ* lineares, longitudine verticilli.

STAMINA corollæ breviora.

*Stylus* corollæ longior.

## L A M I U M.

LAMIUM foliis cordatis, corollarum galea bifida: laciniis divaricatis. *bifidum* 6-7.

*Lamium parvum, flore albo, cum labio superiori bifido.* TILL. hort. Piff. pag. 93.

*Lamium bifidum: foliis cordatis, acuminatis, corollæ labio superiore bifido laciniis divaricatis.* CYRIL. plant. rar. fasc. 1. pag. 22. tab. 7.

Legi Neapoli.

CAULES semipedales, decumbentes, glabri, basi ramosi.

FOLIA duo vel trium parium inferne in caule, infima approximata, superne nulla nisi sub verticillis, inæqualiter profunde ferrata, attenuata, leviter villosa.

VERTICILLI approximati, 6-8-flori.

CALYCES villosi: *laciniis* subulatis, aristatis.

COROLLA magnitudine Lamii purpurei: *fauce* inflato, extus villosa. *Galea* bifida: *laciniis* linearibus, erectis, vix semiunguicularibus.

## STACHYS.

*glutinosa*. STACHYS glaber, ramosissimus: ramulis spinescentibus, pedunculis axillaribus foliariis unifloris bibracteatis.

*An Stachys spinosa cretica, flore albo.* TOURNEF. Corol. pag. 12?

*Stachys glutinosa ramis ramosissimis, foliis lanceolatis glabris.* LIN. S. V. pag. 536.

FRUTICULUS pedalis, ramosissimus, totus glaber. *Rami* oppositi, superne dichotomi, tetragoni; *ramuli* ultimi in spinam desinentes.

FOLIA integerrima, subvenosa, inferiora lanceolata, in petiolum attenuata, vix pollicaria: ramulorum linearia, sessilia, longitudine interstitiorum.

*Pedunculi* in ramis superioribus, solitarii, uniflori, folio breviores, superne foliis duobus linearibus, longitudine fere calycis.

CALYCIS *dentibus* lanceolatis, acutis.

COROLLA extus villosa.

*spinosa*. STACHYS canescens, ramulis brachiatis spina terminatis, floribus axillaribus ternis.

*Stachys spinosa: ramulis spina terminatis.* LIN. S. V. pag. 536.

CAULIS ramosissimus. *Rami* tetragoni, brachiati: *ramuli* rigidi, in spinam desinentes, uti tota planta, e pilis albis adpressis canescentes.

FOLIA inferiora basi attenuata, lineari-lanceolata, pollicaria, integerrima: superiora sessilia linearia.

FLORES in ramulis ultimis, axillares, solitarii vel terni, parvi.

CALYCES pungentes.

## PHLOMIS.

*artificialia* 9-10. PHLOMIS foliis ovatis serratis canescentibus, involucri subulatis, calycibus oblique truncatis membranaceis novem dentatis.

Habitat in India orientali KÖNIG, in Arabia legit DN. FORSK.

CAULIS herbaceus, erectus, ramosus, ad lentem villosus, canescens.

FOLIA petiolata, pollicaria, basi acuta, profunde obtuseque serrata, tenuia, oculo armato villosa, subtus pallidiora, ferratura terminali attenuata.

VERTICILLI multiflori. *Involucra* longitudine calycis, carinata, pilosa, ciliata, flexilia, spinula inertis albida terminata. *Flores* parvi.

CALYCES angulati: *dentibus* tribus superioribus parvis, acutis, subæqualibus, superne scariosis.

*Galea* hirsutissima.

Similis P. indica, at caulis, uti folia, pilis minutissimis canescens, nec tomentosus, folia utrinque concolora, serraturis profundis, plana nec rugosa & subtus tomentosa, calycibus minoribus.

PHLOMIS

PHLOMIS foliis ovatis ferratis, calycibus solitariis oppositis decemdentatis.

biflora  
10-21.

*Ghætha tumbus*. HERM. Zeyl. 65.

*Lamium indicum*, foliis oblongis, flore albo, graveolens. HERM. Zeyl. 65.

*Leucas foliis rotundis ferratis, flore albo*. BURM. Zeyl. pag. 140. tab. 63. fig. 1.

Habitat in India orientali.

CAULIS herbaceus, ramosus, tenuis, debilis, leviter villosus.

FOLIA petiolata, unguicularia, obtusa ferrata: ferraturis quatuor vel quinque, obtusa, oculo armato rare pilosa, præsertim ad latera.

Pedunculi brevissimi, solitarii, oppositi, uniflori. Bractæ duæ, minimæ, ad basin singuli calycis.

CALYX striatus, decemdentatus.

COROLLÆ galea pilosa, margine hirsutissima.

Uti Synonyma ad Neperam indicam *Leucas* BURMAN. Zeyl. & Katu Kurkam Hort. Mal. 10. tab. 90. referuntur a LIN. in Spec. plant. æque ac a BURM. in flor. india; ambæ vero a Neperâ indica diversissimæ sunt. LINNÆUS filius dein in Suppl. Katu Kurkam Rheedii ad Neperam amboinicam reulit, sed nec huc pertinet, ad Lavandulam enim carnosam revera spectat.

## CLINOPODIUM.

CLINOPODIUM capitulis axillaribus pedunculatis, foliis ovato-oblongis crenatis. *chamaedrys*  
4.

Habitat in Guiana.

CAULIS purpurascens, villosus, uti tota planta.

FOLIA petiolata, obtusa, nervosa, crenato-ferrata, pollicaria.

Petiolus longitudine fere foliorum.

Pedunculi folia æquantes, filiformes, axillares, solitarii, alterni. Flores in capitulo parvo globofo collecti. Involucra lineari-lanceolata, pubescentia.

CALYCES quinquedentati: dentibus lanceolatis.

## THYMUS.

THYMUS capitulis laxè imbricatis, bracteis late ovatis coloratis impunctatis, foliis linearibus integerrimis. *cephalotes*.

*Tragoriganum distanini capite hispanicum*. BARREL. Ic. 788.

*Thymus cephalotes: capitulis imbricatis magnis, bracteis ovatis, foliis lanceolatis*. LIN. S. V. pag. 542.

Milit Dn. JESSIEU b.

CAULES filiformes, purpurascens, superne ramis paucis subvillosis-cinerascentibus, simplicibus oppositis floriferis.

FOLIA sessilia, unguicularia, linearia, patentia, enervia, basi ciliata, margine parum reflexa, integerrima, utrinque punctata: duo sub capitulis lineari-lanceolata, parum longiora, obscure oblique nervosa. Fasciculi foliorum in omnibus axillis.

CAPITULA terminalia caulis & ramorum superiorum, solitaria, magnitudine nucis coryli. Bractæ late-ovatae, unguiculares, oblique nervosae; nervis paucis extrorsum ramosis, membranaceæ, purpureæ, impunctatae, acuminatae, integerrimæ, ciliatæ.

CALYCES purpurei: *labio* superiore parum latiore: *dentibus* setaceis; duobus inferioribus ciliatis.

*Ariatus* 7-8. THYMUS capitulis arcte imbricatis, bracteis ovatis foliisque linearilanceolatis striatis margine punctatis.

Habitat in regno Neapolitano. Dedit Dn. Prof. CYRILLO ♀.

Fruticulus vix palmaris.

CAULES plures, rigidiusculi, erecti, basi ramosi: *rami* digitales, filiformes, erecti, teretiusculi, inferne glabri, basi e casu foliorum muricati, superne simplicissimi.

FOLIA sessilia, unguicularia, rigidiuscula, erecta, subtus longitudinaliter multistriata, supra lævia, utrinque ad marginem serie punctorum, glabra, ciliata, remota, obscure ferrata: quatuor vel quinque sub singulo capitulo, caulinis simillima, modo basi latiora, longitudine capitali; fasciculi foliorum nulli in axillis.

CAPITULA magnitudine pisi, terminalia, solitaria, arcte imbricata. *Bractea* ovata, vix semiunguiculares, acutæ, villosæ, virides, longitudinaliter striatæ, inter nervos marginales punctatæ, ciliatæ.

CALYCES longitudine bractearum: *dentibus* ciliatis.

Differt sic a precedente: caulibus brevioribus strictioribus superne non ramosis: foliis latioribus erectis, subtus striatis, ferratis, margine tantum punctatis: capitulis minoribus, arcte imbricatis: bracteis striatis, minoribus, punctatis.

## EUPHRASIA.

*longiflora* 8. EUPHRASIA pubescenti-viscosa, foliis linearibus integerrimis, corollarum tubo filiformi calyce triplo longiore.

*Euphrasia vermiculato folio hispanica*. BARREL. ic. 1204. haud bona.

*Euphrasia longiflora: foliis linearibus integerrimis, corollarum tubo tenui calyce multoties longiore*. LA MARK. Encycl. Tom. 2. pag. 398.

Legi in Arragonia 3. milliaria a Caesar Augusto. in itinere versus Huescam ☉

CAULIS erectus, strictus, teres, tenuis, spithameus, simplex vel superne rami 2-4. oppositi caule breviores, inferne versus aphyllus, uti tota planta, pubescenti-viscosus.

FOLIA sessilia, opposita, pollicaria, sursum versus sensim minora, linearia, crassiuscula, integerrima, obtusiuscula.

FLORES superne in caule & ramis, sessiles, alterni, secundi, lutei, pollicares.

CALYCIS *laciniæ* quatuor, lineares, obtusæ.

COROLLÆ *tubus* filiformis, calyce duplo vel triplo longior, superne parum ampliatus. *Labium* superius oblongum, erectum concavum, emarginatum.

*Labium inferius* superiore longius, planum, trilobum.

STAMINA *filamenta* 4or longitudine corollæ, apice sub galea corollæ curvatæ.

*Anthere* villosæ, bifidæ: laciniis divaricatis, mucronatis.

CAPSULA oblonga, calyce dimidio longior, similis capsulæ Euphrasie officinalis.

Dignoscitur corolla longiore quam in reliquis speciebus & tubo filiformi.



## GERARDIA.

- GERARDIA foliis linearibus: floralibus filiformibus inflexis, pedunculis oppositis. *tenuifolia*  
*Antirrhinum purpureum multicaule, foliis tenuissimis, sursum inflexis, floribus* 5-6.  
*sparsis, calyce spinulis asperato.* PLUKN, Alm. p. 34. tab. 12. fig. 4.  
 Habitat in America septentrionali.  
 CAULIS erectus, tenuis, glaber, obscure tetragonus, superne ramosus: *Rami*  
*simplicissimi, oppositi.*  
 FOLIA sessilia, linearia, integerrima, pollicaria: *floralia* angustiora, inflexa, pe-  
 dunculo longiora.  
 Pedunculi solitarii, filiformes, uniflori.  
 CALYX campanulatus, quinque-dentatus, glaber: *dentibus* parvis acutis.  
 Valde affinis Ger. purpureæ, an satis distincta?

- GERARDIA foliis caulinis floralibusque cordatis sessilibus, basi ferratis. *sessiliflora*  
 Habitat in Cap. b. spei. DN. BULOW. 9-10.  
 RADIX fibrosa.  
 CAULIS erectus, palmaris vel parum ultra, striatus, pilis exstantibus adspersus,  
 scabriusculus, simplex, interdum *rami* duo versus medium caulis, oppositi,  
 floriferi, caule breviores.  
 FOLIA opposita, sessilia, 4 vel 5 parium in caule, cordata, obtusa, quinquener-  
 via, basi utrinque dentibus tribus, in infimis saepe obscuris, semipollicaria,  
 inferiora minora, supra scabriuscula, subtus leviora, margine subciliato sca-  
 bro. *Floralia* cordata, attenuata, acuta, calyce longiora, basi ferrata, mar-  
 gine ciliata, scabra.  
 FLORES axillares, sessiles, solitarii, oppositi.  
 CALYX glaber. *Lacinia* lanceolata, attenuata, remote denticulata.

## CELSIA.

- CELSIA foliis radicalibus lyratis: superioribus oblongis: pedicellis bracteis longio- *arcturus.*  
 ribus, foliolis calycinis linearibus integerrimis.  
*Celsia arcturus: foliis radicalibus lyrato-pinnatis, pedunculis flore longioribus.*  
 LIN. S. V. p. 561.  
 FOLIA superiora petiolata, dentata. *Bractea* subrotunda.  
 CELSIA foliis radicalibus lyratis superioribus ovatis, bracteis pedicellis longiori- *coromande-*  
 bus, calycibus lineari-oblongis integerrimis. *liana* 2-3.  
 Habitat in India orientali. KÖNIG.  
 CAULIS herbaceus, erectus, superne ramo uno vel altero florifero, pubescens,  
 teres, striatus.  
 FOLIA radicalia & infima lyrato-pinnata: *lacinia* terminali lanceolato-oblonga;  
 intermedia petiolata ovata, superiora obovata sessilia, suprema cordata; om-  
 nia villosa, ferrata.  
 RACEMUS elongatus, terminalis: *pedicelli* distantes, semipollicares, pubescentes.  
*Bractea* cordata, subintegerrima, inferiores vix semiungiculares, superiores  
 sensim minores.

CALYCIS *foliola* lineari-oblonga, integerrima, villosa, capsula parum breviora.

CAPSULA piso major, glabra.

Planta a Cels. cretica diversa, pedunculis bracteis duplo longioribus, floribus distantibus magnitudine Cels. arcturi, foliis calycinis linearibus integerrimis.

*cretica.* CELSIA foliis radicalibus lyratis, superioribus oblongis, floribus subsessilibus longitudine bractearum, calycibus ovatis ferratis.

*Celsia cretica: foliis radicalibus lyratis, caulinis subcordatis amplexicaulibus, floribus subsessilibus.* LIN. S. V. pag. 561.

Legi Tuneti.

FOLIA radicalia & inferiora lyrato-pinnata, superiora oblonga petiolata erosa, suprema cordata amplexicaulia.

*Bractea* cordata, attenuata, ferrata. *Flores* breviter pedicellati.

COROLLA magna.

## BIGNONIA.

*paniculata.* BIGNONIA foliis conjugatis cordato-ovatis, floribus racemosis, calycibus limbo duplici.

*Bignonia paniculata foliis conjugatis cirrhosis: foliolis cordato-ovatis, floribus racemosis, pedunculis trifloris.* LIN. S. V. pag. 563.

*laetiflora* 6-7. BIGNONIA foliis conjugatis cordato-ovatis glabris, racemis inferne foliosis, calycibus limbo simplici integerrimo. Tab. LXVI.

Habitat in Insula St. Crucis. DN. WEST h.

CAULIS scandens.

RAMI glabri, striati.

FOLIA petiolata. *Foliola* bipollicaria & ultra, petiolata, acuminata, venoso-reticulata, utrinque glabra, integerrima. *Cirrhus* trifidus.

RACEMUS terminalis, interdum gemini. *Pedicelli* oppositi; inferiores triflori, superiores versus medium bractea parva utrinque cum rudimento floris in singula axilla. *Folium* petiolatum utrinque ad basin pedicellorum inferiorum, oblongum.

CALYX campanularis, integer, brevis, glaber.

COROLLA sesquipollicaris, lactea, junior extus, tenuissime villosa-subtomentosa.

SILIQUA lanceolata, bipollicaris, glabra, utrinque acuta.

*spetabilis* 5-6. BIGNONIA foliis conjugatis cirrhosis: foliolis ovato-oblongis, floribus racemosis glabris, calycibus integerrimis.

Habitat in Insula St. Crucis. DN. WEST h.

RAMI glabri.

FOLIA petiolata: *foliola* duo, petiolata, 4. 5. pollicaria, pollices tres lata, glaberrima, supra nitida, venoso-reticulata, membranacea, obtusa, integerrima.

*Cirrhus* inter foliola, simplex.

RACEMUS terminalis, erectus, brevis, cum ramulis binis oppositis, bipollicaris. *Pedicelli* duo infimi triflori, reliqui uniflori. *Bractea* fetacea ad basin singuli pedicelli.

CALYX parvus, campanulatus, glaber, margine integro.  
 COROLLA tripollicaris, subcoriacea, glabra, purpurea: *laciniis* obovatis.  
*Antheræ* glabræ.  
*Stigma* oblongum.

In B. æquinoctiali *Antheræ* hirsutæ & pedunculi quini.

## BUCHNERA.

BUCHNERA foliis obovatis squamoso-scabris, caule prostrato. *humifusa*  
78.

*Browallia humifusa hispida, prostrata, floribus axillaribus sessilibus albis.*

FORSK. descr. pag. 112.

CAULES plures, filiformes, ramosi, prostrati, pilis adpressis scabri.

FOLIA opposita, parva (Thymi vulgaris) subperiolata, obovata, utrinque scaberrima e squamis minutis albidis, quibus pili solitarii brevissimi adpressi insident, ad marginem confluentibus.

*Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, brevissimi.

*Flores* ratione plantæ magni.

CALYX persistens, tubulosus, pilis rarioribus adpersus, semiunguicularis, scaber, 5-dentatus; fructiferus oblongus, sulcatus.

COROLLÆ ~~tabus~~ filiformis, calyce duplo longior, superne versus limbum incurvus, parum ampliatus. *Limbus* 5-fidus laciniis duabus superioribus brevioribus minus divisis: inferioribus tribus æqualibus obovatis obtusis.

CAPSULA fere B. asiaticæ, oblonga, compressiuscula, subtruncata longitudine calycis, glabra, bilocularis: *dissepimento* contrario.

Totus habitus B. asiaticæ, diversi modo caule prostrato & foliis obovatis,

BUCHNERA scaberrima, foliis linearibus integerrimis squamosis, laciniis corollæ *asiatica.* oblongis.

*Euphrasia pratensis Saturejæ foliis scabris, e Maderaspata.* PLUKN. Alm. pag. 142. tab. 177. fig. 6. fide herb. PLUKN.

*Buchnera asiatica foliis integerrimis linearibus, calycibus scabris.* LIN. S. V. pag. 572.

FOLIA supra, subtus costa & margine, tecta squamis copiosis albis, e quibus pili solitarii minimi.

CALYCES axillares, solitarii, subsessiles, folio breviores, remoti, striati: striæ pilis minutis rigidis plurimis denticulatæ.

BUCHNERA foliis linearibus integerrimis piloso-scabris, laciniis corollæ linearibus *euphrasioides*  
8-9. obtusis.

Habitat in India orientali.

Primo intuitu similis est Euphrasiæ longifloræ.

CAULIS acute tetragonus, ramosus: rami oppositi, caule altiores.

FOLIA brevita: inferne opposita, remota, superne alterna, conferta, ramis adpressâ, subimbricata.

CALYX longitudine fere foliorum, sessilis, axillaris.

COROLLÆ tubus villosus.

A. B. asiatica diversa foliis multo brevioribus, superne confertis erectis, non e squamis  
seabris, sed e pilis. Corollis extus villoso-cinerascentibus, laciniis limbi linearibus.

## RUELLIA.

*imbricata.* RUELLIA Symb. bot. 2. pag. 73.

*Ruellia dorsiflora decumbens, foliis oppositis, bracteis late cordatis ciliatis.*  
RETZ. obs. 6. pag. 31.

*fasciculata*  
10-11. RUELLIA foliis petiolatis oblongis dentatis, petiolis alatis, floribus aggregatis terminalibus lateralibusque.

*Ruellia fasciculata decumbens, foliis lanceolatis petiolatis dentatis oppositis: alterno minore, floribus fasciculatis.* RETZ. obs. 4. pag. 28.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULES herbacei, filiformes, debiles, decumbentes, e lineis decurrentibus angulati, alternatim ramosi, articulati: *articulis* hirtis, geniculatis.

FOLIA petiolata, opposita, remota, pollicaria, opposito minore, subtus piloso, nervosa, tenera, remota, denticulata, acuta.

*Petioles* longitudine foliorum e basi folii decurrente alati, superne latiores.

FLORES ex axillis supremis & apice ramulorum in capitulo parvo fastigiato, pedunculato, collecti.

*Bractee* tres ad basin singuli floris: *exterior* membranacea, trinervis, pilosa, oblonga, acuta, reliquis triplo latior: *secunda* longitudine prioris, colorata, nervosa, reticulata, lanceolata: *tertia* brevior angustior.

CALYX 5-partitus, pilosus: *laciniis* coloratis, membranaceis, reticulatis, trinerviis, acutis: *superior* lineari-lanceolata, reliquis latior, laterales sericeæ, breviores, inferiores duæ longitudine superioris, parum angustiores.

COROLLA calyce longior, glabra: *labium* inferius trilobum: *laciniis* rotundatis.

*mollissima*  
10-11. RUELLIA foliis petiolatis lato-lanceolatis integerrimis mollissimis, floribus fasciculatis.

Habitat in Madagascar. DN. THOUM.

Tota villosa, mollis.

RAMI teretiusculi.

FOLIA petiolata, opposita, remota, pendula, palmaria & ultra, pollicem lata, apice attenuata, viridia, alternatim venosa. *Petioles* cinerei.

FLORES in fasciculo pedunculato collecti: *pedunculi* in ultimis axillis oppositi & in apice ramorum.

*Bractee* tres, minutæ, subulatæ, ad basin calycis.

CALYX cylindricus, quinquepartitus, pilosus: *laciniæ* lineares, acutæ, duabus exterioribus majoribus.

*undulata*  
10-11. RUELLIA foliis petiolatis oblongis undulatis, capitulis axillaribus sessilibus, caule erecto.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

**CAULIS** erectus, herbaceus, glaber, tetragonus, angulis obtusis, sulco utrinque lato profundo: *geniculis* crassioribus, piloso-ciliatis. *Rami* oppositi, caule breviores.

**FOLIA** petiolata, bipollicaria, sesquipollicem lata, obtusa, basi attenuata, plana venosa, glabra, subrus pallidiora.

*Petiolus* pollicaris, superne a folio decurrente marginatus, basi ciliatus.

**FLORES** conferti in capitulis alternis, unguicularibus, bracteatis. *Bractea* exteriores 6, ciliatae, ovato-lanceolatae, obtusiusculae, interiores angustiores, lanceolatae.

**CALYX** 5-fidus: *laciniis* ciliatis, subulatis, binis inferioribus profundioribus brevioribus.

**COROLLA** calyce parum longior, glabra.

**RUELLIA** foliis lanceolatis integerrimis glabris, capitulis terminalibus involucri- *involuerata*  
tis pilosis. 10-11.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

**CAULIS** suffruticosus? erectus, e lincis quatuor decurrentibus obscure tetragonus, lateribus duobus latioribus, convexioribus; ramosus: *rami* breves, oppositi vel alterni.

**FOLIA** subsessilia, opposita, dodrantalia, pollicem lata, utrinque attenuata, obtusiuscula, plana, subrus pallidiora, alternatim nervosa, utrinque glabra.

**FLORES** in capitulo terminali imbricati, breve pedunculato, magnitudine nucis coryli. *Bractea* quatuor sub singulo capitulo, ovatae, acutae, pilosae, ciliatae, capitulo breviores: 3 ad basin singuli floris, longitudine calycis, pilosae, duae laterales lineari-lanceolatae: exterior oblonga, triplo latior.

**CALYX** inaequaliter quinquesidus: *laciniis* linearibus, acutis

**RUELLIA** floribus axillaribus terminalibusque subsolitariis sessilibus, foliis ovatis *coccinea*  
dentatis. 12-13.

*Barleria coccinea: inermis foliis ovatis denticulatis petiolatis.* LIN. S. V. pag. 576.

Calycis & corollae omnino diversa est a BARLERIA, meliori jure igitur RUELLIA associatur.

**RUELLIA** foliis lanceolatis integerrimis, floribus verticillatis, calycibus acutis, *barbata*  
bracteis oblongis, caule erecto. 16-17.

Habitat in India Orientali.

**CAULIS** herbaceus, erectus, tetragonus: angulis obtusis, sulco utrinque exaratus, adpersus pilis minutissimis vix conspicuis, articulatus: *articuli* superne crassiores. *Rami* pauci, breves, alterni, structura caulis.

**FOLIA** opposita, sessilia, bipollicaria vel minora, obtusiuscula, basi parum angustata, utrinque concolora, integerrima, plana, patentia. Juniores pilosa, praeferrim ad marginem.

**FLORES** axillares, sessiles, utrinque 3.

*Bractea* ad basin singula; calycis oblonga, basi angustata, obtusa.

**CALYX** tubulosus, quinquesidus, extus pubescens, cinerascens: *laciniis* lineari-lanceolatis, acutis, aequalibus.

COROLLÆ *labium superius* indivisum, compressum, lanceolatum, obtusum: *inferius* supra pilis longis adpersum, trifidum: *lacinis* linearibus, obtusis.  
*Antheræ* basi biaristatæ.

*foliofolia* RUELLIA foliis lanceolatis integerrimis, floribus verticillatis, calycibus aristatis,  
 16-17. bracteis lanceolatis, caule erecto.

Habitat in India orientali.

Affinis precedenti, differre videtur sequentibus:

CAULE subsimplici.

FOLIIS longioribus, utrinque magis attenuatis, nec tantum apice, utrinque lineis piliformibus adpersis, subtus pallide viridibus, undique ejusdem fere longitudinis, nec minoribus oblongis obtusis in ramis.

BRACTEIS non foliaceis obtusis, sed lineari-lanceolatis acutis, basi non attenuatis.

CALYCIBUS minoribus in setam desinentibus, margini tantum pilis subciliatis, nec ubique, fructu deciduo persistentibus.

*hirta* 18-19. RUELLIA hirta, foliis oblongis petiolatis serratis, spicis terminalibus imbricatis, caule repente. Tab. LXVII.

Habitat in India orientali, mecum communicavit Dn. O. R. SEHESTEDT, Cubicularius Regius.

CAULIS herbaceus, inferne repens, uti tota planta, e pilis albis hirtus, vix spithameus, ramosus, tetragonus. Rami oppositi, simplicissimi, caule breviores.

FOLIA petiolata, opposita, unguicularia, extrorsum serrata, basin versus integerrima, obtusa.

SPICÆ terminales ramorum solitariae, ex axillis ultimis oppositæ, imbricatæ bracteis & floribus, pollicares, breve pedunculatæ. Bractea oblongæ, longitudine calycis.

CALYCIS laciniae lineares.

*cordifolia* RUELLIA foliis cordato-ovatis sessilibus subtus tomentoso-incanis, floribus subspicatis.  
 20-21.

Ex India orientali cum plurimis aliis plantis rarioribus misit Dn. RÖTEL.

CAULIS fruticosus. Rami articulati, supremi subdichotome ramosi, obscure tetragoni.

FOLIA sessilia, opposita, majora ramorum vix unguicularia, integerrima, acuta, supra viridiora, nervosa, ad lentem lineis albidioribus piliformibus, subtus incana.

FLORES in spica brevi terminali, 4 vel 6 flori, oppositi, distantes, rarius gemini, interdum oppositus deest. Bractea linearis, longitudine calycis.

COROLLÆ tubus filiformis, calyce longior.

*secunda* RUELLIA foliis subcordato-ovatis integerrimis villosis, racemis axillaribus fecundis.  
 20-21.

Habitat in India orientali. KÖNIG.

CAULIS, rami, folia & petioli pubescentes.

FOLIA petiolata, pollicaria, subcordato-ovata, obtusa: juniora canescentia, parum acuminata.

*Petoli* patentissimi, folio parum breviores.

RACEMI axillares, fere spithamei, pedicelli breves, remoti. *Braetæ* setaceæ, pedicello breviores.

CALYCES hirti.

COROLLÆ glabræ, pollicares, flavi.

*Germen* villosum, incanum.

Corollis majoribus racemosis flavis lacinisque limbi subrotundis a R. Symb. b.x. intrusa p. 45. differ.

## V I T E X.

VITEX foliis ternatis pubescentibus, paniculis trichotomis, bracteis longitudine calycis. *pubescens* 45.

*Pistacio-Vitex*. LIN. fl. Zeyl. pag. 195. n. 415. fide Herbarii HERMANNI.

Habitat in India orientali. Mecum communicavit Dn. LA MARK b.

RAMI terragoni, pubescentes.

FOLIA periolata, opposita, ternata: *foliola* sessilia, bipollicaria, vel parum minor, ovata, attenuata, integerrima, supra secundum nervos subtilissime lineata, glabriuscula; subrus costata, venosa, pubescentia.

PANICULA terminalis, magna, trichotoma, demum dichotoma. *Folium* ternatum utrinque sub primis trichotomiis.

*Braetæ* patentes, oppositæ, sessiles, oblongæ, obtusæ, longitudine calycis, incanæ.

*Flores* 6-7 in ultimis ramis paniculæ, sessiles, alterni.

CALYX campanulatus, quinque-dentatus, incanus.

COROLLA calyce duplo longior, extus tomentosa.

BACCA magnitudine piperis nigri, tetrasperma.

Differt a V. trifoliata, foliis subrus non canescentibus, pedicellis non dichotomis, sed floribus longitudinaliter sessilibus alternis, habitu paniculæ squarroso e bracteis patenti-subreflexis majoribus, quam in reliquis speciebus hujus generis.

## A C A N T H U S.

ACANTHUS. Symb. bot. 2. pag. 75.

*ebractæatus.*

*Aquilifolium indicum*. RUMPH. amb. 6. pag. 163. tab. 71. fig. 1.

*Acanthus ilicifolius*. LOUREIRO fl. Cochinch. pag. 375.

## M E L I A N T H U S.

MELIANTHUS stipulis distinctis, racemis axillaribus elongatis, floribus verticillatis, bracteis linearibus attenuatis. *minor.*

*Melanthus minor stipulis geminis distinctis*. LIN. Spec. pl. pag. 892. excluso Synon. Commel.

FOLIA supra glabra, subtus incana.

RACEMUS pedalis, erectus. *Flores* remoti, verticillato-quaterni, penduli.

*Braetæ* longitudine calycis.

CALYCIS *lacinie* lanceolatae, attenuatae.

*comosus*. MELIANTHUS stipulis distinctis, racemis infra foliaceis, floribus alternis, bracteis cordatis, foliis supra villosis.

*Melanthus africanus minor foetidus*. COMMEL. Plant. rar. pag. 4. fig. 4.

Habitat in Cap. b. spei. Sub nomine Melianthi comosi dedit Dn. Dr. DAHL, vidi quoque in horto Botanico Romæ h.

CAULIS ramosus. Rami teretes, inferne cicatricati, superne cani.

FOLIA ad apices ramorum, approximata, petiolata, alterna, pinnata, quinquejuga. Foliola opposita, sessilia, sesquipollicaria, lanceolata, profunde ferrata: ferraturis acutioribus quam in Mel. minore, acuminata, avenia, supra villosa viridiora, secundum nervos lineata, subtus cana, mollia.

Petiolus e margine foliorum decurrente subalatus. Stipulae subulatæ.

RACEMI alterni, frequentes, infra foliis in ramis, supremi interdum axillares, tripollicares, nutantes. Flores alterni, approximati. Pedicelli, uti pedunculi, villosi-tomentosi, semiunguiculares, sub flore parum crassiores. Bractea cordatæ, villosæ, pedicello parum longiores.

CALYCIS lacinia duæ latæ, ovatæ, acutæ villosæ: tertia linearis inferior.

CAPSULA incana.

## MELOCHIA.

*crenata 2-3*. MELOCHIA foliis subrotundis crenatis tomentosis linearis, umbellis axillaribus terminalibusque pedunculatis. Tab. LXVIII.

Habitat in Amer. meridionali. Misit Dn. v. ROHR h.

FRUTEX cortice purpurascens: rami alterni, villosi-tomentosi, canescentes.

FOLIA petiolata, distantia, vix pollicaria vel minora, juniora utrinque tomentosa mollia, incana, plicata, adultiora supra glabriora lineata.

Petiole unguiculares, hirsutæ tomentosi, incani. Stipulae ovatæ, extus pilosæ, intus glabræ, petiolo triplo breviores.

PEDUNCULI axillares, solitarii, longitudine petioli, hirsuti. Pedicelli umbellati, plerumque quini, uniflori, rarius unicus biflorus, longitudine pedunculi.

Bractea nonnullæ setaceæ, minutæ, deciduæ, ad basin pedicellorum.

CALYX simplex: lacinia lanceolata, hirsutæ, corolla dimidio breviores.

Germen hirsutum.

CAPSULA oblonga, pentagona, canescens, calyce duplo longior, styli persisten-  
tibus hirsutis terminata: angulis rotundata.

## CONNARUS.

*africanus*. CONNARUS foliis ternatis lanceolato ellipticis, venis subtus protuberantibus.

*Connarus africanus: foliis ternatis ovatis utrinque acutis, subtus nervosis, floribus paniculatis monogynis*. LA MARK. Encycl. Tom. 2. pag. 95.

*Connarus africanus foliis trifoliatis, petalis ebarbatis, floribus paniculatis*.

CAVAN. differt 7ma tab. 221.

Habitat in montibus Sierra Leonæ. Dedit Dn. L'HERETIER h.



RAMI teretes, glabri.

FOLIA petiolata, alterna: *foliola* petiolata, palmaria & ultra, integerrima acumine longo terminata, glaberrima; supra lavia, nervis & venis transversis copiosis subsimplicibus immerfis, subrus exstantibus.

*Petioles* partiales, rugosi, intermedius longior, infra foliolo incrassati.

PANICULA terminalis, patens.

CONNARUS foliis pinnatis: foliolis ovatis acuminatis, pedunculis axillaribus aggregatis, floribus racemosis. *Santaloides.*

*Santaloides.* LIN. fl. Zeyl. n. 408.

Habitat in India orientali  $\mathfrak{h}$ .

ARBOR ramis teretibus, glabris, cortice fusco-purpurascente.

FOLIA petiolata, sparsa, remota, pinnata cum impari, bi- & quadrijuga. *Foliola* ovata, petiolata, subopposita, interdum sesquipollicaria, æqualia, integerrima, acuminata, acumine obtuso, glaberrima, utrinque venoso-reticulata: venis parum protuberantibus, supra nitida.

*Petioles* partiales vix semiungiculares, supra canaliculati.

*Pedunculi* axillares, 4-6, folio dimidio breviores, glabri: *partiales* sparsi, versus apicem flores 3-4, pedicellati.

CALYX ovatus, quinquepartitus: *laciniis* lanceolatis, acutis; fructiferus campanulatus.

*Petala* quinque, calyce duplo longiora.

STAMINA filamenta 10, inæqualia, longitudine corollæ, basi vix connata.

*Stylus* unicus.

CAPSULA unguicularis, glabra.

CONNARUS foliis pinnatis subdecemjugis: foliolis ovali oblongis emarginatis, racemis axillaribus. *mimosoides.*

Habitat in Insulis Nicobaricis. Dedit Dn. TRANT  $\mathfrak{h}$ .

RAMI teretes, superne villosi.

FOLIA versus apices ramorum, petiolata, alterna, approximata, pinnata cum impari, 9-11juga. *Foliola* brevissime petiolata, opposita vel alterna, unguicularia, interiora minora, glabra, supra tenuissime venosa, obtusa, profunde emarginata, subtus pallidiora.

*Petioles* leviter villosi.

*Pedunculi* axillares, plerumque terni, longitudine foliorum, subcanescentes.

*Pedicelli* sparsi, filiformes, semiungiculares, infimi apice sæpe biflori. *Bractea* minuta ad basin singuli pedicelli. *Flores* parvi.

CALYX, COROLLA, STAMINA, PISTILLUM ut in præcedente.

## DAHLBERGIA.

DAHLBERGIA foliis pinnatis: foliolis ellipticis subtus pilosis, fructibus lanceolatis. *lanceolaria.* LIN. S. V. p. 641.

Noel valli. RHEED. Mal. 6. p. 39. tab. 22.

## ANTHYLLIS.

*hermannia.* ANTHYLLIS fruticosa foliis ternatis lineari-cuneatis subpetiolatis, calycibus campanulatis, ramis spinulentibus.

*Anthyllis hermannia: fruticosa foliis ternatis subpedunculatis, calycibus nudis.*  
LIN. S. V. pag. 655.

*Aspalathus cretica: foliis ternis cuneiformibus glabris lateralibus brevioribus, stipulis obsoletis, floribus congestis.* LIN. S. V. p. 647.

## GLYCINE.

*reticulata.* GLYCINE foliis ternatis ovato-oblongis subrhombeis pubescentibus, subtus reticulato-venosis.

*Glycine reticulata foliis ternatis oblongo-lanceolatis pubescentibus subtus reticulato-venosis, racemis axillaribus subsessilibus, leguminibus oblongis compressis.* SWARTZ. prodr. p. 105.

Ex India occidentali, misit Dn. ROBT. WEST.

CAULIS volubilis, angulatus, molliter villosus, subcanescens.

FOLIA petiolata. *Foliola* petiolata, intermedium subrhombeum sesquipollicare: lateralia extus gibba, parum minora, intus lanceolata; omnia, acuta, utrinque villosa, mollia, subrugosa, subtus reticulata, pallidiora.

*Petioluli* tomentosi. *Stipulae* ovatae.

RACEMI axillares, solitarii, foliis longiores. *Pedicelli* solitarii, distantes. *Bractea* ovata, attenuata, decidua.

CALYCES quinquefidi: *laciniis* lineari-lanceolatis, attenuatis.

LEGUMEN oblongum, utrinque acutum, pubescens, praesertim marginibus, fuscum. *Semina* duo.

## ROBINIA.

*squamata* 3-6. ROBINIA racemis pedicellis unifloris, foliis impari pinnatis: foliolis ovalibus spinoso-mucronatis, petiolis inermibus. Tab. LXXIX.

Habitat in Insula St. Thomae Americes. Dn. WEST b.

RAMI teretes, glabri, cortice purpurascenti-grisco, inferne aphylli, superne foliosi, infra folia squamosi. *Ramuli* alterni, pollicares vel breviores, e squamis ovatis acuminatis imbricatis tetragoni.

FOLIA alterna, distantia: ramulorum ex ipso apice vel parum infra, interdum solitaria interdum 2. f. 3; omnia petiolata, pinnata cum impari, novemjuga. *Foliola* brevissime petiolata, alterna, unguicularia, extrema parum minora; omnia ovalia f. subrotunda, utrinque glabra, nitida, simpliciter venosa, subretusa, costa ultra foliolum in spinam excurrentem.

*Petiolulus* inermis.

*Stipulae* unguiculares, rigidae, spinosae, erecto-patentes, persistentes.

*Pedunculi* axillares, solitarii, filiformes, pubescentes, folio breviores. *Pedicelli* quatuor vel quinque, distantes, sub flore geniculati. *Bractea* parva linearis ad basin pedicellorum.

CALYX glaber: *laciniis* lanceolatis.

LEGUMEN compressum, lineare, rectum, acutum interdum, subarticulatum, interdum inter semina coarctatum, di-*c.* 5. spermum.

ROBINIA pedunculis simplicibus unifloris, foliis abrupte pinnatis, petiolis stipu- *florida* 5-6.  
lisque inermibus. Tab. LXX.

In Insula Krabben Filand dicta Americæ legit Dn. West h.

FRUTEX pulcherrimus, tempore florescentiæ aphyllus, floribus tantum totus  
tectus.

Rami teretes, glabri, purpurascenti-cinerei, punctati, glabri.

FOLIA inferiora e gemma præteriti anni post casum florum, plerumque duo vel  
tria, approximata, digitalia, foliolis vix unguicularibus; superne & in ramis  
junioribus solitaria, alterna, remotiora, inferioribus dimidio longiora, foliolis  
vix pollicaribus; omnia petiolata, alterna, pinnata cum pari, 9-10 juga. Fo-  
liola breviter petiolata, opposita, glabra, oblonga, venosa, mucronata, inte-  
riora parum minora.

Petiolus inermis. Stipula lanceolata, parva, attenuata, inermes, flexiles, per-  
sistentes.

Pedunculi quatuor vel 5que e singula gemma, unguiculares, capillares, uniflori,  
sub flore geniculati.

CALYX cyathiformis, glaber, margine integro, ad lentem villosus.

COROLLA magna, purpurascens: Ungues petalorum longitudine calycis.

Germen glabrum.

## HEDYSARUM.

HEDYSARUM. Symb. bot. 2. pag. 81.

*Hedysarum nummularifolium foliis simplicibus cuneiformibus.* LIN. S. V. *rotundifo-*  
*lium.*  
pag. 672. fide Herb. HERMANNI.

## PERDICIUM. LIN.

*Charact. essentialis.*

RECEPTACULUM nudum. PAPPUS pilosus dentatus. COROLLULÆ bilabiata.

PERDICIUM scapo unifloro, flosculis foemineis hermaphroditisque, foliis runcina- *taraxaci* 1.  
tis. Act. Soc. hist. Nat. Hafn. 1. P. 2. pag. 9. tab. 1.

*Perdicium semiflosculare.* LIN. S. V. pag. 769.

PERDICIUM scapo unifloro, foliis lyratis subtus tomentosis, calycibus imbricatis, *tomentosum*  
ib. tab. 2. 2.

*Perdicium tomentosum.* THUNB. Fl. jap. pag. 319.

PERDICIUM caule subnudo unifloro, foliis pinnatifidis nudis, calycibus æqualibus. *purpureum*  
ib. tab. 3. 3.

*magellanicum* 4. PERDICIIUM caule subnudo unifloro villoso, foliis runcinatis ciliatis. ib. p. 10.  
tab. 4.

*Perdiciium magellanicum.* LIN. Lin. S. V. pag. 769.

*piloselloides* 5. PERDICIIUM scapo unifloro superne squamoso, foliis lanceolatis indivisis subtus tomentosis. Act. soc. h. nat. Hafn. Vol. 2. P. 2. pag. 38. tab. 5.

*lactucoides* 6. PERDICIIUM caule simplici polyphylllo unifloro, foliis lanceolatis integerrimis. ib. Vol. 1. P. 2. pag. 11. tab. 5.

*squarrosum* 7. PERDICIIUM caule multifloro, foliis inciso-ferratis, dentibus setaceo-spinulosis. ib. Vol. 1. p. 2. tab. 6.

*brasilense* 8. PERDICIIUM caule herbaceo multifloro, foliis lanceolatis subdentatis. ib. Vol. 1. P. 2. pag. 12.

*Perdiciium brasilense.* LIN. S. V. pag. 769.

*radiale* 9. PERDICIIUM caule fruticoso, foliis lanceolato-ovatis dentatis, floribus subpaniculatis. ib. Vol. 1. P. 1. pag. 13.

*Perdiciium radiale* floribus subradiatis, calyce exteriori tetraphyllo, caule fruticoso. LIN. S. V. pag. 769.

*recurvatum* 10. PERDICIIUM caule suffruticoso, foliis lineari-lanceolatis spinuloso-ciliatis. ib. Vol. 1. P. 2. pag. 13. tab. 7.

Eleseuli in omnibus speciebus bilabiati: labio inferiore brevissimo bidentato, exteriori lineari plano; sic quoque omnes species hermaphroditi sunt excepto *Perd. taraxacoides*, hinc potius inter semiosculos genus collocandum erit. Descriptiones superiores specierum cum figuris dedi in Actis citatis.

## C A C A L I A.

*pendula* 1-2. CACALIA caule ramisque carnosis aphyllis squamosis, pedunculis unifloris.

*Cacalia pendula; caulibus descendentibus, aphyllis, pedunculis terminalibus erectis.* FORSK. Descr. pag. 145.

CAULIS carnosus, bicubitalis, glaber, ramosus, versus apicem trifidus. FORSK.

SQUAMÆ loco foliorum, sparsæ ordine spirali, approximate, unguicularcs, lanceolato-subulatæ, flavescentes, rigida, pungentes, ramis adpressæ: sub singula squama linea semiteres, albo-punctata, viridi-trilineata ad proximam squamam decurrens.

*Pedunculi* ex apice ramorum, solitarii, uniflori, recti, spithamæ, superne adspersi squamis nonnullis linearibus parvis remotis.

CALYX polyphyllus, multiflorus.

*Corollula* purpureæ.

*odora* 4-5. CACALIA fruticosa, foliis lanceolatis planis, floribus umbellatis.

*Cacalia odora, foliis lanceolatis, caule lineis albis striato.* FORSK. descr. pag. 146.

CAULIS erectus, ramosus, cicatricatus: cicatricibus protuberantibus, albis, e singulo cicatrice lineis tribus, elevatis, nitidis sursum & deorsum excurrentibus.

FOLIA in apice ramorum juniorum, sessilia, sparsa, lanceolata, crassa, glabra. Pedunculi ex apice ramulorum 6. 7, umbellati, erecti, uniflori, basi squamis nonnullis lanceolatis adspersi.

CALYX cylindricus, pentaphyllus, glaber, basi foliis duobus linearibus.

Corollular 9 numeravi, Forsk. 13.

CACALIA fruticosa, glabra, foliis cordatis subrotundis amplexicaulibus denticulatis, floribus corymbosis. reticulata  
9-10.

Habitat in Insula Borboniae Commerçon. Dedit Dn. THOUIN.

CAULIS fruticosus, ramosus. Rami e nervis foliorum decurrentibus angulati, glabri; articulis sub foliis incrassati.

FOLIA fere Borboniae crenata, alterna, pollicaria, cordata, subrotundata, glabra, venoso-reticulata, denticulata: dentibus, uti marginibus foliorum reflexis, incrassatis. Nervi basi sanguinei.

CORYMBI terminales, subfastigati; pedunculis pedicellisque glabris: folium parvum ad basin pedicellorum.

CALYX simplex, glaber: foliolis 12. lineari-lanceolatis, aequalibus.

PAPPUS simplex, longitudine calycis.

CACALIA herbacea, foliis lanceolatis sagittatis amplexicaulibus denticulatis glabris. sagittata  
15-16.

*Hieracium javanicum*: foliis lanceolatis amplexicaulibus denticulatis, pedunculis unifloris, calycibus glabris. BURM. fl. Ind. pag. 174. tab. 57. fig. 1.

Habitat in Java.

CAULIS herbaceus, teres, striatus, glaber.

FOLIA amplexicaulia, sesquipollicaria, lanceolata, inaequaliter remote denticulata, glabra, subavenia, acuta.

Pedunculus caulem terminat, bi-ff. tripollicaris, subuniflorus, sub flore parum crassior.

CALYX simplex, glaberrimus, dodecaphyllus: foliolis lanceolatis.

Corollulae longitudine calycis, purpureae.

Affinis C. fenchifoliae, diversa foliis & floribus triplo majoribus Figura BURM. citata cum mea planta in omnibus convenit, nisi quod pedunculi quadriflori, quamvis differentia unifloros habet. Planta BURMANI non esse speciem HIERACII indicat quoque calyx in icone ipsius Ccl. Aut.

CACALIA herbacea, lanuginosa, foliis radicalibus inferioribusque ovalibus petiolatis crenatis, summis sessilibus ellipticis integerrimis. Tab. LXXI. candicans  
20-21.

Habitat ad fretum magellanicum Commerçon. Dedit Dn. THOUIN.

CAULIS herbaceus, erectus, pedalis & ultra, simplicissimus, foliatus, crassitie fere pennae cygneae, uti tota planta, calycibus exceptis, lana nivea obductus.

FOLIA radicalia plura, ovalia, bipollicaria vel parum ultra, caulina inferiora, uti radicalia, petiolata, tripollicaria oblonga, crenato-dentata, obrufa; suprema sesquipollicaria, elliptica, basi parum attenuata, integerrima.

*Petioles* radicalium & inferiorum caulibus tripollicares, plani, basi latiores, amplexicaules, superne in folium dilatati.

CORYMBUS terminalis, multiflorus. *Pedicelli* uniflori, foliolis adspersi: folium lanceolatum, acuminatum, ad basin pedicellorum, uti pedicelli, valde lanatum.

CALYX *foliolis* lanceolatis, glabris.

COROLLA magnitudine nucis coryli: *Corollulae* longitudine calycis.

*scabra*  
23-24.

CACALIA herbacea, foliis radicalibus petiolatis oblongis dentatis: caulinis lanceolatis sessilibus.

Habitat in Brasilia. Dedit Dn. THOUIN.

CAULIS herbaceus, erectus, pedalis, teres, striatus, pilosus, praesertim basi, scabriusculus, subnudus, simplicissimus.

FOLIA *radicalia* petiolata, bipollicaria, oblonga vel subspathulata, dentato-subrepanda: dentibus inaequalibus mucrone terminatis; pilosa, supra scabriuscula, venosa, basi parum angustiora, per petiolum parum decurrentia. *Caulina* pauca, tria infima versus basin caulis approximata; lanceolata, sesquipollicaria, sessilia, remota denticulata: dentibus utrinque quatuor vel quinque; tria superiora remote, unguicularia, lineari-lanceolata, integerrima, erecta.

*Petioles* radicalium longitudine foliorum, hirsuti, plani.

*Flores* quinque, pedunculati, alterni, versus apicem caulis.

*Pedicelli* teretes, hirsuti: folium lineari-lanceolatum ad basin singuli pedicelli & aliud in medio.

CALYX simplicissimus: *foliola* 12. lineari-oblonga, longitudine flosculorum.

*Pappus* sessilis, ad lentem pilis minutissimis denticulatus.

*angulata*  
23-24.

CACALIA herbacea, glabra, foliis inferioribus oblongis dentatis angulatis petiolatis, corymbis decompositis.

*Cacalia fenchifolia*. FORSK. Catal. pl. Arab. no. 485.

Habitat in Arabia felici.

CAULIS herbaceus, striatus, superne divisus. *Rami* floriferi superne, glabri, elongati, aphylli, laterales caule altiores.

FOLIA inferiora in petiolum attenuata sesquipollicaria, oblonga, angulato-dentata, glaberrima, avenia, acuta, interdum basi sinuata, lobulo utrinque lanceolato subdentato; superiora sub ramis lanceolata, integerrima, sessilia.

*Petiolus* folio triplo brevior, amplexicaulis, superne dilatatus.

CORYMBI decompositi. *Folium* fetaceum sub pedunculis & pedicellis. *Pedicelli* capillares, versus apicem folio fetaceo.

CALYX cylindricus multiflorus, ecalyculatus; *foliolis* quinque, lineari-lanceolatis.

*sempervirens*  
28.

CACALIA carnosa, caule erecto, foliis lanceolatis obtusis, pedunculis subgeminis terminalibus unifloris.

*Cacalia sempervirens*: *foliis* *carnosis*, *sessilibus*, *lanceolatis* *confertis*. FORSK.

Deser. pag. 416.

CAULIS vix pedalis, inferne foliosus.

FOLIA sessilia, bipollicaria, carnosa, lanceolata, conferta, glabra, obtusa, nitida, plana, subtus carinata.

*Pedunculi*

*Pedunculi* terminales, plerumque gemini, spithamæi, crecti, albo punctati, versus apicem squamis adpersi.  
**CALYX** polyphyllus, multiflorus.  
*Corollule* purpureæ.

## EUPATORIUM.

**EUPATORIUM** foliis cordato-ovatis attenuatis crenato-dentatis: lobis divaricatis, *scandens* caule volubili, ramis glabris.  
*Eupatorium scandens: caule volubili, foliis dentatis acutis.* LIN. S. V. pag. 735.

**EUPATORIUM** foliis cordato-ovatis crenatis acutis: lobis parallelis, caule volubili, ramis petiolisque villosis. *voluble*  
 3-4.  
 Habitat in India orientali.

Ab Eupat. scandente differt: ramis, petiolis, nervis foliorum subtus pedunculisque villosis; foliis minus attenuatis: lobis non divaricatis, sed parallelis: Pappo purpurascens nec cano.  
 Aliud Eupatorium e Madagascaria vidi in omnibus simillimum, nisi quod totum glabrum.  
 An specie diversum?

**EUPATORIUM** foliis cordatis scabris subdenticulatis, ramis angulatis. *denticulatum*  
 3-4.  
 Habitat in Surinamo.

**CAULIS** scandens. *Rami* quinquangulares; angulis acutis, exstantibus.

**FOLIA** petiolata, bipollicaria, cordata, obtusiuscula, scabra, subtus pallidiora, tenuissime & rare pilosa, minute denticulata, interdum integerrima.

**CORYMBI** ramos & ramulos terminantes. *Pedicelli* umbellati, filiformes, scabri, angulati.

**CALYX** tetraphyllus: *foliolis* linearibus, æqualibus, pappo brevioribus.

*Corollule* quatuor.

*Pappus* purpurascens.

**EUPATORIUM** foliis cordato-ovatis acuminatis integerrimis subtus subtomento- *amarum* 3-4.  
 sis, floribus corymbosis, caule scandente.

*Eupatorium parviflorum caule volubili, foliis cordatis, calycibus tetraphyllis quadrifoliosulis.* AUBL. fl. Gu. pag. 797. tab. 315.

In Caribæis legit Dn. MARTELT, in Surinamo Dn. ROLANDER.

**RAMI** crassitie pennæ cygneæ, glabri, striati: *ramuli* axillares, palmares, floriferi.

**FOLIA** petiolata, late-ovata, tripollicaria, latitudine & longitudine æqualia, integerrima, supra glabra, nervosa; subtus e pilis minutis stellatis, oculo armato videndis, leviter tomentosa, venosa venis exstantibus: ramulorum pollicaria, sursum versus sensum minora.

**CORYMBI** ex alis ultimis foliorum ramulorum & apice. *Pedunculi* oppositi, angulati: *partiales* umbellati, quini, ancipites, superne latiores. *Pedicelli* terni, triflori: *flores* sessiles. *Folia* gemina, linearia, ad basin pedunculorum partialium & florum.

**CALYX** tetraphyllus: foliolis striatis, duobus tenerioribus.

**SEMINA** quatuor, angulata. *Pappus* calyce longior, purpurascens.

- stipulaceum* 10-11. EUPATORIUM foliis hastatis utrinque acutis trinervatis stipulatis, floribus corymbosis, caule scandente.  
Habitat in Brasilia.  
CAULIS glaberrimus, subtilissime striatus.  
FOLIA petiolata, sesquipollicaria vel ultra, hastata, mucronata, basi acuminata, venosa, trinervata, supra glaberrima, subtus oculo armato levissime villosa: lobi ovati, acuri, postice obliqui, sæpe denticulo uno vel altero minuto.  
Petiolus folio brevior. Stipulae duæ utrinque, cuneiformes, semiunguiculares, mucronatæ.  
CORYMBI axillares & terminales, compositi, pedunculati. Folia duo sub pedunculis partialibus, structura foliorum caulis. Pedunculi partiales terni, trifidi, multiflori. Pedicelli capillares, versus florem bractea fetacea.  
CALYX simplex, glaber: foliolis quatuor, linearibus.  
Corollulae quatuor.  
SEMINA longitudine calycis. Pappus purpurascens.
- trifidum* 13-14. EUPATORIUM foliis tripartitis: floralibus indivisis, caule scandente.  
Habitat in Caribæis.  
CAULIS subtilissime striatus, vix pubescens.  
FOLIA petiolata, alterna, tripartita: laciniis lanceolatis, attenuatis, extrorsum serratis, glabris; summa indivisa, lanceolata, integerrima, unguicularia.  
CORYMBI ex axillis supremis & terminales, longe pedunculati, compositi. Pedunculi partiales & pedicelli subpubescentes.  
CALYCES glabri, quinqueflori: foliolis glabris, circiter 10, linearibus, extimis 5 brevissimis.
- coriaceum* 15-16. EUPATORIUM foliis ellipticis coriaceis glabris extrorsum dentatis.  
Habitat in America meridionali? b.  
FOLIA petiolata, quadripollicaria, elliptica, mucronata, glaberrima, nervosa: nervis oppositis; extrorsum versus dentibus utrinque tribus remotis.  
Petiolus pollicaris, basi dilatatus.  
CORYMBI terminales, supradecompositi. Pedunculus communis pubescens: pedicelli basin versus adspersi squamis minutis.  
CALYX imbricatus, septemflorus: squamis exterioribus ovatis, brevioribus, interioribus longioribus, linearibus.  
Pappus purpurascens, calyce duplo longior, subsimplex.
- diffusum* 17-18. EUPATORIUM foliis ovatis serratis trinervatis, panicula ramosissima diffusa.  
Habitat in America meridionali.  
Planta tota glabra.  
CAULIS herbaceus.  
FOLIA petiolata, opposita, utrinque acuta.  
PANICULA terminalis, magna, pedalis. Pedicelli ultimi capillares. Folia angusta, opposita, ad omnes ramificationes, sensim minora.  
CALYCIS foliola lanceolata, exteriora breviora.  
COROLLULÆ 8.  
Pappus albus, longitudine calycis.



EUPATORIUM foliis ovatis denticulatis subtus tomentosis, petiolis auriculatis *auriculatum*  
caule scandente, floribus spicatis. Tab. LXXII. 18-19.

Habitat in Brasilia h.

CAULIS lignosus. Rami striati, tomentoso-incani, ætate calvi.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria vel minora, remota, ovata, acuta, minutim denticulata, suprema integerrima, supra glabra, subquinenervia, subpunctata, subtus tomentosa, incana, simpliciter venosa.

Petiolus tomentosus, semipollicaris; basi utrinque auriculo semiovato, tomentoso, semiungiculari, ad ultima folia floralia rudimentum tantum hujus.

SPICA compoſita, flexuosa, axillaris & terminalis. Spicula alternæ. Flores plerumque geminati, distantes; unicus in axillis ramorum Spicæ.

CALYX glaber: foliolis 8, linearibus, fusco-ferrugineis: basi squamis paucis, minutis, tomentosis.

Corollule 7.

Stylus corollula dimidio longior.

Pappus calyce parum longior, albus, ad lentem ferratus.

EUPATORIUM foliis oppositis decussatis, ovatis subferratis, subtus villoſo-tomentosis calycibus 8-15 floris, caule fruticoso. SWARTZ. prodr. pag. 111. *villosum.*

RAMI molliter villosi.

FOLIA petiolata, sesquipollicaria vel minora, ovata, parum attenuata, integerrima vel subferrata, obtusiuscula, trinervia, juniora utrinque villosa, inferiora supra glabra, scabriuscula.

CORYMBI terminales, decompositi. Pedunculi & pedicelli villoſo-tomentosi. Folia setacea, brevia, ad ramificationes.

CALYCIS foliola linearia, pubescentia.

Corollulas sedecim numeravi, parvas.

Semina longitudine calycis. Pappus sordidus, calyce longior.

EUPATORIUM incanum, foliis ovatis sublobatis integrisque, subtus mollissimis trinerviis, corymbis simplicibus. Tab. LXXIII. *canescens*  
18-19.

Ex Insula St. Crucis misit Dr. Dr. PFLUG & WEST h.

FRUTEX ramosus. Rami cortice subcinerascens. Ramuli oppositi, brachiati, patentes, uti rami superne, incani, mollissimi.

FOLIA petiolata, opposita: ramorum pollicaria, obtusissima, crenis 1. 2, magnis sublobata, supra viridiora, subtus incana molliora: ramulorum unguicularia, sursum versus sensim minora, inferiora obscure lobata, superiora integra, utrinque incana mollia: omnia trinervia nervis subtus magis conspicuis, sæpe subtus obscure venosa, plerumque avenia.

CORYMBI ex apice ramorum & ramulorum, simplices, pauciflori.

CALYX cylindricus, subvillosus: foliolis linearibus, obtusis, pallide striatis, extremis brevioribus.

Flosculi decem.

SEMINA nigra, ad lentem angulata villisque minutis adspersa.

EUPATORIUM foliis cordatis trinerviis serratis subtus cauleque pubescentibus. *macrophyllum*  
*Eupatorium petasitidis folio.* PLUM. spec. 10. ic. 129. 22-23.

*Eupatorium macrophyllum*: foliis cordatis trinerviatis serratis. LIN. Spec. pl. pag. 1175.

Habitat in Caribæis.

CAULIS herbaceus, crassitie pennæ cygneæ, striatus, pubescens. Rami axillares, erecto-patentes.

FOLIA opposita, petiolata, magna, cordata, supra glabra, venis exceptis, subtus pubescentia, pallidiora; trinervata, venosa, obtuse ferrata, acuta: suprema sæpe alterna.

Petiolus bi- & tripollicaris.

CORYMBI terminales & axillares, pedunculati, decompositi, densi.

CALYX laxè imbricatus: foliola lanceolata, pallide viridia, subtilissime striata.

Corollulæ circiter viginti, longitudine Calycis.

PLUMIERII Eup. perasitidis quoad figuram exactè convenit cum mea planta ideoque non dubito quin eadem sit. Folia quidem quaternæ Eup. perasitidis tribuit BURMANNUS, sed nil de numero harum habet PLUMIERIUS. Conjectio quod tres partes, propter magnitudinem uti abscessisse delineatæ in iconæ PLUMIERII, quarum duæ ad ramos potius pertinent, tertia vero solummodo ad petiolum, omnes minus rectè a Cel. BURMANNO pro petiolis sunt habitæ.

atriplicifolium 23-24.

EUPATORIUM foliis triangulari-ovatis obtuse-ferratis acutis punctatis trinerviis margine scabris.

In Insula St. Crucis legit Dn. WEST h.

RAMI superne cinerascens, teretes, vix striati, pubescentes.

FOLIA opposita, petiolata pollicaria, acuta, grosse obtuse-ferrata, supra viridia, subtus pallidiora, nervis ad lentem villosis, utrinque adspersa punctis minutis numerosissimis, subtus magis conspicuis purpureoque micantibus.

CORYMBI terminales, subsimplices: sessiles, vel breve pedunculati.

CALYCES cylindrici, glabri, arctè imbricati: foliolis linearibus, obtusis, pallide striatis, apice coloratioribus.

Flosculi circiter 20.

SEMINA fusca, glabra, angulata.

Inflorescentia & calyces Eupat. odorati, diversum foliis ad apicem usque obtuse-ferratis nec tantum basi dentatis, subtus quidem pallidioribus nec mollior villosis. Eupatorio PLUM. ic. tab. 130. fig. 1. haud absimile, specie tamen differre credo, cum nostrum gaudet foliis magis elongatis nec latitudine & longitudine fere æqualibus, apice acutis non vero obtusis, ferraturis frequentioribus minime vero crenis paucis latis, calycibus minoribus, præsertim vero cum nuper ex India occidentali alium Eupatorium obtinui, in variis a descripto diversum, cum figura PLUMIERII autem optime conveniens.

conyzoides 23-24.

EUPATORIUM foliis ovatis-attenuatis acute ferratis trinerviis supra glabris, calycibus arctè imbricatis.

Habitat in America meridionali? Dn. THOUM.

RAMI striati, pubescentes.

FOLIA ovata, acuminata, acute ferrata, trinervia, supra glabra, subtus vix pubescentia, sesquipollicaria.

CORYMBUS terminalis, subsimplex, pauciflorus. Pedunculi parciales triflori: pedicellis unifloris.

CALYX Eupat. odorati at major, cylindricus, superne parum latior. Foliola linearia, pallida, apice rotundato fusca.

Corollulæ

*Corollula* numerosæ.

SEMINA triquetra, calyce breviora. *Pappus* calyce parum vix longior, albus.  
Calycebus majoribus a reliquis distinguitur.

EUPATORIUM foliis lanceolatis triplinerviis integerrimis glabris.

*triplinerve*  
24-25.

Ex Insula St. Crucis misit Dr. PELUG.

CAULIS teres, glaber, subtilissime striatus, ramosus: *rami* patentes, floriferi.

FOLIA opposita, basi attenuata, subsessilia, bi-f. tripollicaria, glaberrima, venosa.

PANICULA terminalis, subtrichotoma. *Pedunculi* parciales vix pubescentes. *Pe-*

*dicelli* ultimi pollicares, filiformes: folium minutum ad basin singuli.

CALYX polyphyllus: *foliolis* linearibus, subæqualibus, acutis, apice villosis pur-  
pureis, extimis brevioribus.

*Flosculi* ultra viginti, apice purpurei.

*Stigmata* corollula dimidio longiora. *Pappus* albidus, longitudine calycis.

Habitu ad *Caleam oppositifoliam* accedit, ac receptaculo nudo diverso, præterea caulis &  
folia glaberrima nec ut in *C. oppositifolia* secundum Dr. SWARTZ. obs. pag. 302. pube-  
scenti mollia; flores singuli pedicellati, nec tres sessiles in pedunculis.

## BACCHARIS.

BACCHARIS foliis oblongis sessilibus rigidis argute serratis venoso-reticulatis, co- *arbutifolia*  
4-5.  
rimbo terminali, floribus congestis.

Habitat in Peru. Dr. SCHUMACHER h.

FRUTEX glaberrimus. *Rami* cicatricati, linea utrinque e basi costæ foliorum  
decurrente.

FOLIA fere *Arbuti* modo breviora, lævia, venoso-reticulata, sessilia, basi parum  
angustiora, argute serrata, inferne versus integerrima, erecta, subimbricata.

CORYMBI simplices, terminales. *Pedunculi* angulati, folio lanceolato instructi.

*Flores* globosi.

CALYCIS *squamæ* ovata, apice fusca.

*Flosculi* plurimi, capillares, foeminei tam in disco quam in radio.

*Pappus* obscure ferrugineus.

BACCHARIS foliis oblongis sessilibus dentatis integrisque, floribus terminalibus *sessiflora*  
4-5.  
sessilibus.

Habitat in Brasilia h.

Tota glabra. *Rami* superne lineis decurrentibus subangulati.

FOLIA sessilia, inferiora alterna, superiora opposita, semipollicaria vel minora,  
obovata vel subrotunda plerumque dentibus 3-4 utrinque, superiora inter-  
dum unico interdum nullo, subcoriacea, nervosa, præsertim subtus, lævia,  
absque glaucescentia ut in *halimifolia*.

FLORES duplo majores quam in *B. halimifolia*, tres vel quatuor in apice ramo-  
rum, sessiles, cylindrici, glabri.

CALYCIS *foliola* ovato-lanceolata, obtusiuscula, intima acuta.

SEMINA striata. *Pappus* rufescens, calyce longior, fastigiatus.

*villosa* 5-6. BACCHARIS foliis lanceolatis petiolatis extrorsum ferratis subtus ramisque villoso-subtomentosis.

Habitat in monte Chadra Arabiæ felicis. FORSK. ♀.

Odor fragrans. FORSK.

Maxime affinis est Bacch. dioecoris, cum vero in plurimis ab illa recedit, specie differre omnino persuasus sum. Dignoscitur a Bac. Dioecoris sequentibus:

RAMIS, foliis subtus, pedunculis pedicellisque villoso-subtomentosis.

FOLIIS angustioribus, inferne versus attenuatis in petiolum, basi absque ferraturis vel auriculis stipuliformibus.

CORYMBIS longe pedunculatis, fastigiatis: *pedunculis* spithamæis: *foliis* sub ramificationibus subulatis.

CALYCIS *foliolis* setaceis nec lanceolatis,

*Pappo* helvolo.

*tridentata* 7-8. BACCHARIS foliis sessilibus cuneiformibus lævibus apice tridentatis.

Habitat in Brasilia ♀.

RAMI teretes, vix villosi, virgati. *Ramuli* alterni, e linea utrinque a basi folii decurrente subangulati.

FOLIA alterna, pollicaria, superne & ramulorum vix unguicularia, basin versus attenuata, parum infra apicem utrinque denticulo, rarius gemino, obtusa, subcoriacea, subtus venosa, ad lentem quasi pulverulenta, coeterum glabra.

CORYMBI ex apice ramulorum vel ex ultimis axillis, simplices: folium parvum ad basin singuli pedicelli, cuneiforme, integerrimum.

CALYCIS *foliola* ovata, colorata, margine subvillosa.

*Flosculi* copiosi, tenuissimi.

SEMINA parva, ovata, glabra, striata. *Pappus* purpurascens, calyce parum longior.

An dioica? Cum flores tantum femineos inveni in quotquot examinavi.

*dioica* 7-8. BACCHARIS folis cuneiformibus subretusis integerrimis lævibus trinerviis, floribus dioicis. Tab. LXXIV.

Habitat in Montserrat. Dn. v. ROHR & Dn. RYAN ♀.

RAMI e lineis decurrentibus subangulati, striati, glabri.

FOLIA alterna, subsessilia, pollicaria vel parum ultra, crassiuscula, utrinque subavenia, lævia, glabra, trinervia: nervis versus apicem evanescentibus.

*Pedunculi* ex apice ramulorum, solitarii, breves. *Flores* quatuor ad septem fessiles, conferti, subcapitati.

CALYX imbricatus: *foliolis* ovatis, vix villosis, acutiusculis, pallide viridibus.

FLORES *masculi* in distincta planta: *corollule* plures, quinquedæ, calyce longiores: *laciniis* lanceolatis.

*Anthera* cylindrica, corolla longior.

*Germine* abortientia.

FLORES *feminei* angustissimi: *laciniis* setaceis.

*Stylus* corolla longior.

*Pappus* ruffo-ferrugineus, calyce longior.

Hanc omnino esse dioicam in solo natali observavit viri oculatissimi Dn. von ROHR & Dn. RYAN, quod quoque e pluribus specimenibus, a viris illust. missis, perspexi. Mas primo intuitu

intuitu a foemina dignoscitur corollis majoribus antherisque pallide flavis exsertis, ceterum quoad reliqua in omnibus ambae conveniunt.

## ARNICA.

ARNICA foliis ellipticis subtus tomentosis basi emarginatis, scapo unifloro, calyce piloselloider.  
radium aequante. 5.

*Arnica piloselloides foliis ellipticis villosis, scapo unifloro aphylo, calyce radium aequante.* LIN. S. V. pag. 768.

ARNICA foliis ellipticis subtus lanatis basi integris, scapo unifloro calyce radio hirsuta 2-3  
breviore.

*Arnica hirsuta; foliis oblongis hirsutis tomentosis, scapo nudo unifloro.*  
FORSK. descr. pag. 151.

Caput radiceis, uti scapi inferne, petioli & folia subtus, valde lanatum.

Maxime affinis Arn. piloselloidi, ut aegre limites inveniantur. Differre videtur: foliis rigidioribus subtus quidem lanatis ut in illa sed absque villis densis in ipso margine, ad insertionem petioli integris nec sinu emarginatis, altero latere basi parum brevioribus; petiolis foliis duplo longioribus: scapis altioribus: radiis corollae longioribus extus violaceis intus albis, nec flavis.

## HYPHYDRA.

HYPHYDRA. SCHREB. gen. pag. 666.

*Eriocaulon amplexicaule, culmo repente angulato; foliis confertis, canaliculatis, semiamplexicaulibus; floribus capitatis difformibus.* ROTTBÖL. diss. amplexicaul.  
descript. plant. rar. Surin. pag. 4. tab. I. fig. I. fide herbarii Cel. viri. 11.

*Tonina fluxiatilis.* AUBL. fl. Guian. pag. 857. tab. 330.

In Cajenna legit DN. VON ROHR & specimen communicavit.

## ARISTOLOCHIA.

*Aristolochia grandiflora* Symb. bot. 2. pag. 94. tab. 47. specie differt ab Aristol. grandiflora SWARTZII monente ipso viro Cel. uti & DN. VON ROHR; deleatur igitur nomen & sub sequenti restituatur:

ARISTOLOCHIA foliis cordatis, pedunculis follicariis, corollis bilabiatis: labio inferiori lanceolato, superiore spatulato  
Loco caudae in descriptione corollae lege: labium inferius dodrantale, lanceolatum, obtusum. *ringens.*

GARCIA. ROHR in Act. soc. h. nat. havn. 2. P. I. pag. 217. tab. 9.

*Character essentialis.*

♂ CAL. bipartitus. COR. 10-11. petala. Nectar. glandulae binae ad basin sunt: guli filamenta.

♀ CAL. ut in mare. COROL. 7. 8. 9. petala. *Nectar.* margo glandulosus germen cingens. CAPS. tricoeca, 3. locularis, 3. valvis. *Sem.* solitaria.

*Monoeceia polyandria.*

*nutans.* GARCIA nutans. VAHL. l. c.

Prope St. Martham Americæ legit Dn. ROHR.

ARBOR ramis teretibus, versus apicem incanis.

FOLIA petiolata, alterna, oblonga, glabra, integerrima, acuminata.

FLORES in apice ramorum, subracemosi, circiter 6., masculi in distincto ramo a foemineis.

*Petala* linearia, subtus pilis longis densissimis tecta, supra purpurascencia, pilis brevioribus obsita.

*Stamina* numerosa.

♀ PISTILLUM germen obscure trigonum. *Stylus* unicus. *Stigma* trilobum.

## HYDNOCARPUS. GERTN. de fruct. pag. 288. tab. 60. fig. 3.

*Caracter essentialis.*

♂ CAL. 5-phyllus. COR. 5-petala. *Nectarium* squamæ quinque.

♀ BACCA supera.

*inebrians.* HYDNOCARPUS.

*Makulu.* LIN. fl. zeyl. no. 637.

*Hydnocarpus venenata.* GERTNER. l. c.

Habitat in Ceylona. Dn. KÖNIG b.

Arbor. Rami teretes, flexuosi, glabri, cortice cinereo.

FOLIA petiolata, alterna, patentia, palmaria vel subspithamæa, pollices duos vel ultra lata, lanceolata, vel lanceolato-elliptica, acuminata, remote & leviter ferrata, acuminine integerrimo, utrinque glabra, supra venosa nitida, subtus pallidiora, nervosa, avenia: venæ supra in arbore foemineo obscuriores.

*Petiolus* unguicularis.

PEDUNCULI axillares, petiolo parum breviores, solitarii, multiflori. *Flares* masculi in distincta arbore, subumbellati, parvi: *pedicelli* breves, e villis densis, uti pedunculi & calyces griseo-flavescentes.

♂ CAL. *perianthium* pentaphyllum: *foliolis* duobus exterioribus ovatis, interioribus tribus subrotundis parum majoribus.

COR. *petala* quinque, oblonga, longitudine calycis, margine villoso-albida.

*Nectarium* squama ad basin singuli petali, ovata, extus glabra, intus e pilis brevibus densis aureo nitentibus tomentosa, petalis parum brevior.

STAM. *filamenta* quinque, ovata, crassiuscula, acuminata, longitudine petalorum.

*Antheræ* erectæ, angulatæ, oblongæ, parvæ.

BACCA globoso-depressiuscula, magnitudine pruni, tomento fordide flavescente tecta.

Flores foemineos non vidi, in speciminibus a KÖNIGIO missis fructus tantum adest.

## TRIPLARIS.

### TRIPLARIS mas.

*americana.*

FOLIA ut in foemina.

SPICÆ axillares & terminales, geminæ, sæpe quaternæ, teretes, breviter pedunculatæ, spithameæ vel minores, inæquales, hirsutæ, crassitie pennæ anserinæ:

*Flores* numerosissimi totam spicam obtegentes.

*Pedunculus* hirsutus: pilis subfulvis. *Bractea* late-ovata, bilinearis, intus concava, glabra, extus convexa, hirsuta, florem fovens.

CALYX parvus, vix magnitudine bractæ, monophyllus, extus hirsutus, intus glaber, 6-fidus: laciniis alternis, ovatis, acutis, brevioribus, alternis linearibus parum longioribus.

COROLLA nulla.

STAMINA *filamenta* octo, glabra, calyce parum longiora.

Arbor revera dioica. Corpuscula tria in planta foeminea, quæ JACQUINO & ROTTBÖLLIO stamina audiunt, minime stamina esse confirmavit Dn. VON ROHR, qui tam marem quam foeminam florentem examinavit & specimina utriusque sexus cum amico Dn. LUND communicavit. Corpuscula a me parte 2da Symbolarum p. 100. petala nominata, nectaria staminum mentientia vocat optimus VON ROHR.

## GOUANIA.

GOUANIA foliis ovatis crenatis eglandulosis glabris, racemis lateralibus.

*domingensis*  
1.

*Gouania domingensis.* LIN. S. V. pag. 912.

*Gouania domingensis foliis ovatis acuminatis serratis subglabris viridibus.*

LA MARK Encycl. 3. P. I. p. 4.

GOUANIA foliis subcordato-ovatis, serrato-incisis ramisque villosis.

*incisa* 2.

*Gouania mauritiana foliis subcordatis acutis inæqualiter serratis tomentosis, tomento juniorum partium ferrugineo.* DE LA MARK Encycl. 3. P. I. p. 4.

Habitat in Insula Borboniæ. Dn. JUSSIEU b.

RAMI teretes, villis ferrugineis, uti petioli sericei.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria, basi sinu parvo ad insertionem petioli, profunde serrata, præsertim inferiora: serraturis mucronatis, nervosa, vix venosa, acuminata, nervis villosis; tenella conduplicata utrinque sericea.

*Stipula* lanceolata, ferrugineæ. *Cirrhus* ex apice ramulorum, simplicissimus.

GOUANIA foliis cordato-ovatis glandulose serratis scabriusculis, racemis terminæ *tiliaefolia* 3. libus pubescentibus.

*Gouania tiliaefolia foliis cordatis acuminatis rariter dentatis utrinque glabris.* LA MARK Encycl. 3. P. I. pag. 5.

Habitat in Insula Borboniæ. Dn. JUSSIEU b.

RAMI purpurascens, flexuosi, teretes, ætate glabri.

FOLIA petiolata, alterna, bipollicaria & ultra, late ovata, basi sinu parvo excisa, oblique nervosa, scabriuscula, glabra, obscure venosa, obtuse remotiuscule serrata, subtus punctum fuscum ad apicem singulæ serraturæ, acuminata: acumine obtuso. *Petioli* pollicares, pilosi utrinque glandula fusca. *Cirrhus* inter folium terminale & pedunculum purpurascens.

*Pedunculus* ex apice ramulorum, palmaris, villosus. *Flores* sparsi, copiosi.  
*Fructus* obovatus, glaber, magnitudine pisi.

## MIMOSA.

*triquetra* 20-21. MIMOSA inermis, procumbens, foliis bijugis, capitulis subrotundis, caulibus inferne compressis superne triquetris.

*Mimosa natans inermis, procumbens, foliis bijugis, capitulis subrotundis floribus decandris: radialibus sterilibus majoribus.* LIN. Suppl. pag. 439. Syst. Veget. pag. 914.

CAULES tenues, pedales, simplices, glabri, inferne compressi, superne striati triquetro-angulati.

FOLIA petiolata, bijuga. *Foliola* vix pollicaria circiter 12juga: *pinnæ* lineares, obtusæ, mucronatæ, glabræ, ope lentis remote ciliato-ferratæ.

*Petiololi* eglandulosi. *Stipulæ* semicordatæ, attenuatæ, glabræ.

*Pedunculi* axillares, solitarii, folio breviores, in medio foliis duobus oblongis.

*Flores* in capitulo globoso, magnitudine piperis.

LEGUMINA circiter 6, unguicularia, pedicellata, oblonga, compressa, glabra, tetrasperma.

Male inter Mimosas foliis simpliciter pinnatis collocata fuit a DR. MURRAY.

*natans* 20-21. MIMOSA foliis bipinnatis bi-f. trijugis: foliolis 13jugis, capitulis oblongis, caule flexuoso inferne radicante.

*Nitti-todda-vaddi.* RHEED. Mal. 9. p. 35. t. 20.

*Neptunia oleracea.* LOUREIRO. fl. Cochinch. pag. 655.

Habitat in aquis dulcibus Ind. Orient. caulibus aquæ innatans.

CAULES herbacei, angulati, glabri, inferne ad genicula radículas fibrosas emittentes.

FOLIA petiolata, bi-f. trijuga. *Pinnæ* parvæ, intimæ minores, lineari-oblongæ, integerrimæ.

*Glandulæ* nullæ. *Stipulæ* ovato-rhomboidæ, obtusiusculæ.

*Pedunculi* axillares, solitarii, quinquepollicares, *spica* oblonga, ante florescentiam nutans; *flosculi* inferiores parum remotiores, steriles, majores.

LEGUMINA compressa, pollicaria.

Hanc sub nomine M. natantis semper misit Celeb. KÖNIGIUS; illa vero, quæ sub hoc nomine in Suppl. occurrit triquetram nominavit. Prior planta aquatica, altera vero minime; nomen igitur triviale LINNÆI pessimum in altero mutavi & huc transtuli.

*odoratissima.* MIMOSA inermis, foliis bipinnatis: quadrijugis: multijugis, foliolis oblongis obtusis, paniculis virgatis: spiculis globosis. LIN. Suppl. pag. 437. S. V. p. 915.

*Acacia non spinosa sesban Egyptiacæ foliis, subtus glaucis; cherymarum malabarorum.* PLUKN. Amalch. pag. 3. tab. 351. fig. 4.

RAMI villosi, subcanescentes.

*Petiololi* canescentes. *Glandulæ* oblongæ, sessilis, versus basin petioli universalis.

*Pedicelli* sæpe 2. 4. ex eodem puncto.



MIMOSA foliis bipinnatis multijugis, glandula petiolaris interque duo extrema, *pteroearpa* 33-34.  
 spicis axillaribus, leguminibus alatis.

*Acacia non spinosa, flosculis flammis aureis, Tamarisci in modum spicatis*  
*Oxylamarum Malabarorum.* PLUKN. mant. P. I. tab. 329. fig. 3.

*Mimosa pterocarpa.* LA MARK. Encycl. Tom. I. P. I. pag. 13.

Habitat in Insula Franciæ. DN. JUSSIEU b.

RAMI inermes, glabri, superne obscure angulati, punctis rarioribus minutis adspersi.

FOLIA petiolata, bipinnata, 24juga, intima minora: *foliola* 50juga vel ultra; *pinnae* minutæ, glabræ, ad lentem venosæ, acutæ.

Petioli supra canaliculati, glabri, basi purpurascens. Glandula oblonga, fusca, versus basin petioli & inter 2 vel 3 paria extrema, cava.

*Stipulae* fetaceæ.

Stipulae inferiores axillares, simplices solitariae, folio breviores; supremæ subracemosa, geminatae, bipollicares. Flores alterni, approximati, numerosi.

CALYX glaber.

LEGUMEN parum compressum, pollicare, lineari-lanceolatum, membrana longitudinaliter cinctum.

Facies M. catechu, diversa absentia spinarum, spicis brevioribus, calycibus glabris nec incanis.

## ACROSTICHUM.

ACROSTICHUM frondibus ternatis: sterili folio terminali ovato inciso, lateralibus *quercifolium*.  
 trilobis: fructificante lineari. RETZ. obs. 6. pag. 39.

*Osmunda trifida scapis radicatis; fronde ternata.* JACQU. Collect. Vol. 3.  
 tab. 20. fig. 3.

*Foliola* lateralia frondis fructificantis interdum bifida: intermedium interdum pinnatifidum apice dilatatum.

## PTERIS.

PTERIS fronde subtus farinoso-nivea inferne tripinnatifida superne bipinnatifida: *farinosa*.  
 laciniis ovatis obtusis. Tab. LXXV.

*Pteris farinosa; pinnae primariis sessilibus, oppositis: supremis concatenatis, inferioribus remotis; secundariis connatis; subtus farinoso-tomentosis.*  
 FORSK. Descr. pag. 187.

STIPES semipedalis, niger, laevis, nitidissimus, glaber, altero latere convexus.

FRONS semipedalis, inferne tripinnatifida, superne bipinnatifida, apice pinnatifida. *Foliola* sessilia, bipollicaria, sursum versus sensim minora, utrinque circiter 13. subtus pulvere niveo recta, par infimum remotum: inferiora 6. opposita, reliqua alterna. *Pinnae* lineari-lanceolatae, obtusae, latere inferiore longiores, superiore breviores; inferiores in foliolis infimis sessiles, exteriores ut in foliolis insequentibus decurrentes, pinnatifidae: *Lacinae* ovatae, obtusae, alternæ.

## P O L Y P O D I U M.

*stellatum*  
2-3. POLYPODIUM frondibus lanceolato-linearibus obtusis integerrimis subtus incanis fructificationibus solitariis, furculis repentibus hirsutis.

*Polypodium serpens: frondibus linearibus obtusis pubescentibus, fructificationibus serialibus, stolonibus repentibus.* FORST. prodr. pag. 81. No. 435.

Dedit Dn. FABRICIUS.

SURCULI repentēs, tenuēs, pilis ferrugineis adpressis hirsuti. Radiculæ tomentosæ.

STIPITES sparsi, bi-℥ tripollicares, altero latere convexi, altero planiusculi, incani e villis adpressis oculo armato videndis.

FRONS quadripollicaris, lineari-lanceolata, obtusa, basi attenuata acuta, integerrima, plana, subtus villis minutis stellatis incana, supra glabra.

FRUCTIFICATIONES in serie simplici longitudinali ad marginem, confluentes, ferrugineæ, villosæ.

A Polypodio serpente SWARTZII omnino distinctum.

*immersum*  
3-4. POLYPODIUM frondibus oblongo-lanceolatis oblongisve obtusissimis basi acutis integerrimis glabris, fructificationibus serialibus immersis.

Habitat in India orientali. Dn. Dr. KÖNIG.

STIPITES plures, aggregati, unguiculares vel pollicares, supra planiusculi, subtus carinati, glabri, læves.

FRONDES indivisæ, tri-vel quadripollicares, lanceolato-oblongæ, pollicem latæ, interdum oblongæ medio dilatatæ, pollicesque binos latæ, integerrimæ, basi parum attenuatæ, acutæ, apice obtusissimæ, crassiusculæ, vix venosæ, glaberrimæ.

FRUCTIFICATIONES ratione frondis magnæ, in serie duplici longitudinaliter digestæ, substantia frondis immersæ.

## A D I A N T H U M.

*viride.* ADIANTHUM frondibus bipinnatis: pinnulis ovatis integris terminalibus majoribus ovato-lanceolatis subhastatisve, stipite lævi.

*Pteris viridis.* FORSK. descr. pag. 186.

STIPES 5 vel 6 pollicaris, semiteres, fusco-purpurascens, lævissimus, nitidus, basi subvillosus, superne glaber.

FRONS pedalis vel parum ultra, inferne bipinnata, superne pinnata, circiter tredecimjuga. *Foliola* alterna, inferiora petiolata, superiora sessilia, sæpe tripollicaria vel parum ultra, sursum versus sensim minora; inferiora pinnata pinnulis 6-10, superiora ternata, suprema simplicia angustiora hastata, interdum sursum auriculo aucta, ultima 4. 5. indivisa. *Pinnulae* laterales alternæ, subsessiles, unguiculares, exteriores parum minores, integerrimæ: terminalis ovata, elongata, pollicaris, indivisa, vel hastata: auriculis in pinnulas tandem abeuntibus; omnes glabræ, obliquæ tenuissime multi-striatæ, obrusæ.

FRUCTIFICATIONES marginem totum subtus regentes, ante evolutionem squamulis albidis coopertæ.

Fructificatione simile Pteridi, totus vero habitus Adianthi. Maxime affine Adiantho pteroidi, differt foliis bipinnatis nec supradecompositis: pinnulis non crenulatis.

Index Tabularum partis tertiæ.

- Tab. LI. **P**appophorum alopecuroides. a. gluma calycis magnitudine aucta. b. Flosculi. c. valvula corollinæ.
- LII. Ixora parviflora. a. flos magnitudine auctus. b. Pistillum. c. Anthera.
- LIII. Callicarpa macrophylla. a. Pars paniculae magnitudine naturali. b. Flos magnitudine auctus.
- LIV. Rondeletia triflora.
- LV. Solanum polygamum. a. Pars folii ope lentis aucta. b. Flos masculus magnitudine naturali. c. Calyx. d. Anthera magnitudine aucta.
- LVI. Humboldtia laurifolia (Bartschia laurifolia vid. infra in addend. & corrig.) a. Petalum magnitudine naturali. b. Pistillum.
- LVII. Laugeria lucida. a. corolla magnitudine aucta. b. Calyx cum pistillo. c. Spica fructifera magnitudine naturali. d. Drupa transversim secta. e. Nux. f. Eadem transversim secta.
- LVIII. Rhamnus ferreus. a. Umbella magnitudine aucta.
- LIX. Carissa mixis. a. Flos auctus.
- LX. Vitmannia elliptica. a. Calyx cum pistillo magnitudine naturali. b. Ope lentis aucti.
- LXI. Jambolifera pedunculata. a. Flos auctus.
- LXII. Bauhinia racemosa. a. Calyx cum staminibus & pistillo magnitudine naturali.
- LXIII. Erythroxylon squamatum. a. Pedunculus cum calyce, staminibus & pistillis lente auctis. b. Pistillum. c. Drupa magnitudine naturali.
- LXIV. Prockia crucis. a. Bacca magnitudine naturali.
- LXV. Anemone triternata.
- LXVI. Bignonia lactiflora. a. Corolla magnitudine naturali longitudinaliter aperta. b. Pistillum. c. Siliqua.
- LXVII. Ruellia hirta. a. Calyx auctus. b. Capsula magnitudine naturali.
- LXVIII. Melochia crenata. a. Calyx. b. Petalum. c. Stamina. d. Pistillum lente auctum.
- LXIX. Robinia squamata.
- LXX. — florida.
- LXXI. Cacalia candicans. a. Flosculus. b. Radius pappi lente auctus.
- LXXII. Eupatorium auriculatum. a. Calyx communis. b. Flosculus. c. Semen. d. Radius pappi magnitudine auctus.
- LXXIII. Eupatorium canescens. a. Pars corymbi parum aucta. b. Flosculus magnitudine naturali. c. Flosculus magnitudine auctus. d. Radius lente visus.
- LXXIV. Baccharis dioica. a. Corolla mascula. b. Corollula mascula. c. Eadem longitudinaliter dissecta. d. Stylus corollulae masculae. e. Corolla foeminea. f. Flosculus foemineus magnitudine auctus.
- LXXV. Pteris farinosa.


## Corrigenda & addenda.

- Pag. 10. *Elymus giganteus* linea 1. dele *commis inter spiculis & semis & pone inter arcta & spiculis*.
- 13. *Callitriche lanata* lin. 1. *subdenticulata* lege *denticulatisque*.
- — ib. lin. 8. dele *dentibus* in priori loco.
- 20. *Rapala montana* lin. 3. & *casta* lege *e casta*.
- 26. *Convolvulus platanifolius* lin. 11. *auctis* lege *auctis*.
- 28. *Convolvulus guianensis* lin. 9. *pauca* lege *planta*.
- 28. *Convolvulus striatus* lin. 12. *duabus* lege *duobus*.
- 29. *Convolvulus violaceus* lin. 1. *duabus* lege *duobus*.
- 32. *Convolvulus venosus* lin. 12. *duabus* lege *duobus*.
- 35. *Bertiera guianensis* lin. 13. *glaber* lege *glabra*.
- 36. *Codium a Schoepfia* SCHUMM. gen. plant. pag. 129. specie non differre in litteris monuit Cel. Dn. Dr. SWARTZ. Pericarpium in nostra certe Drupa est, nucis unitoculati.
- 39. *Dactylia*. Typis jam impressa erat hac pagina, cum ad manus pervenit Vol. V. Nov. Ad. Upsalienf. ubi aliam plantam nomine viri laudati insignitam inveniit: Mutatur igitur nomen in nostra planta utpote serius nominata & vocatur HUMBOLDTIA *lauiifolia* in memoriam Botanici eximii Fr. A. ab HUMBOLDT. auctoris Floræ Fribergensis.
- 52. *Jambolifera pedunculata* linea 14. *Calyx* lege *Calyx*.
- 54. *Sapindus emarginata* lin. 17. *Capsula tres, subtrihinnata* adde *condamnata*.
- 56. *Cassia arborefcens*: lin. 10. *glabrifusculi* lege *glaberrifusculi*.
- 57. *Cassia mollis* uti Synonymum adde: *Cassia brasiliensis*: foliis 15. 20. jugis, foliolis oblongis obtusis pubescentibus, leguminibus maxime compressis ensiformibus. LA MARK Encycl. T. I. P. 2. pag. 642. Cassiam grandem LIN. huc quoque revocat Dn. DE LA MARK Synonymum vero LIN. omnino diversam plantam indicat.
- 59. *Melastoma grandiflora*, cum pericarpium capsula est nec bacca, potius erit RHÆXIA species & RHÆXIA *grandis*. *flora* dicenda cum data differentia.
- 64. *Eugenia sessiliflora* lin. 4. *folioli* lege *foliosi*.
- 66. lin. 7. *a usflora* lege *nostra*.
- 68. Post descript. pistilli Elæocarp. copalliferi adde: *Drupa cylindrica, bipollicaris, crassitie pollicis, ferruginea pulverulenta, apice acuta, basi obtusissima*.
- 69. *Lightfootia ferrata* lin. 4. *Montifera* lege *Montiferræ*.
- 70. *Lightfootia integrifolia* lin. 16. *genus* lege *genus*.
- 71. Linea 10. *margini* lege *marginibus*.
- 72. *Dillenia dentata* lin. 1. THUNBERGII *Ad.* lege THUNBERG in *Ad.*
- 74. *Anemone palmata* lin. 6. dele: *si vult & pone: inter pedunculo & foliola*.
- 75. *Mentha glabrata* linea 7. *pedunculo opposito* lege *pedunculi oppositi*.
- 76. *Phlomis urticifolia* lin. 12. dele *folia utrinque concolora*.
- 83. Linea 7. a. R. Symb. b. & c. lege *differre a R. intrusa* Symb. bar. pag. 45.
- 89. Linea 2. inter acutum pone, & dele post interdum.
- 93. *Eupatorium amaro* adde sequentem Synonymum: *Eupatorium vincetoxicum: caule volubili, foliis oppositis ovatis integerrimis floribus paniculato racemosis*. LA MARK. Encycl. Tom. 2. P. 2. pag. 407.
- 95. *Eupatorium auriculatum* uti Synonymum adde: *Eupatorium somniferum varietas β. foliis obsolete dentatis subintegerrimis basi rotundatis*. LA MARK. Encycl. Tom. 2. P. 2. pag. 407.
- 97. Ad finem descriptionis *Eupatorii conyzoidis* adde: *Refert quoad folia Eupatorium &c. PLUK. Tab. 87. fig. 3. differt vero floribus majoribus*.



*Tab. LII.*






*Callicarpa macrophylla* Vahl














*Solanum polygamum*



*Batisia laurifolia*



Tab. LVIII.



*Rhamnus fraxinifolia*















Tab. LXIII.



*Erythroxylon syriacum*



*Tab. LXV.*



*Anemone tritornata.*




*Bignonia latiflora.*

*Tab. LXVII.*






















Indian Botanic Garden Library  
**BOTANICAL SURVEY OF INDIA**

CLASS NO. 522

BOOK NO. 1AH-6

ACC. NO. 01182

